p Bald. Adde eundem in l. ne paſſim. C.de iur. & fac.ign. vbi dicit , quod mulieres ligantur ſtatutis , niſi expreſſe reperiantur exceptæ. H.C.

q Concipit.late dominus And.Tiraq. in tract.retract.proxi §. j.gl. ix.num. 244.cum ſequent. C. M.

r Maſculinum. Hanc regulam ponit Socin.in ſuo trac.fallen.in reg.cclv. fol. 39. vbi ponit ix. limit. & vide late Iaſon. in l. ſi quis id quod. de iuriſdict. omnium iudicum. qui loquitur quaſi in omnibus caſibus quibus hic domin. Philip. Dec.Car. in in clemen. j.de elect. & in clem.j.de ſepul. Hierony.Cuch.

s Differẽti. Alex.conſil. cxxxv.col.ſi. lib.j.vbi dixi. C.M.

t Extenſiuam.limitat Alcia.in l.inter ſtuprum.in ſi.ſupra tit.j. Vide d.Andr.Tira.in trac.retrac. proxi.§.j.gl. ix.nu.223. C.M.

v Homo.Imò idem. C.M.

x Fœminæ.vide late Iaſ.in l.ſi quis.in iiij.col.de iuriſ.om.iu.ver.x.limitatio.& Alex.in l.j. de ver.ſig. qui dicit , quod etiam in ſtatutis ratione vſus maſculinum virorum cõcipit fœmininum. Hier.Cuc.

y Maſculis.falſum,imo neptis excludet eccleſiam,vt dixi ad Alex.conſ. xxxviij.nu.4.lib.vj. & ad Dec. conſil.xv. C. M.

z Caſu . Niſi quando ex proprietate ſermonis.vt ſupra eod.nu.96. C.M.

a Materia.Vide Barb.in cle.j.de elec. in xj.col. Hier. Cuch.

b Cõtractibus.Late Andr.Tir.in tract. retract.prox.§.j.gl.ix.nu.181. C.M.

c Iure. Et hanc partem affirmatiuam plene comprobaui in Cõſue. Pariſ. §.xij. C.M.

d Pœnali.And.Tiraq.trac.retrac. §.j. gloſ.ix.nu.211.Sed vide Alex.conſi. cxxxv.nu.4.li.j. & q̃ ibi dixi. C.M.

e Idem.Et bene. C.M.

f Correctoria.Iaſ.tenet cõtra l.ſi quis id.col.ij.de iuriſ.om.iud. H. C.

g Alex.Idem Cor.conſ.xiij.conſ.xiiij. lib.2. C.M.

h Etiam.Bart.conſ.ccclxxvj.li.j.And. Tira.tract.retract.§ j. gl.ix.nu. 229. Lud.Comes in reg. Cancel. de infir. reſignant.q.vj. C.M.

i Primogenita. ſi tamẽ cõſtet eãdem omnino eſſe rationẽ,alias nõ. C.M.

k Alex. Sed in dict.conſiliis eſt diuerſa ratio. C.M.

l In conſil.clxxx.Eſt in cõſi.clxxxiiij. incip. in quæſtione vertente , quod conſilium etiam allegat,& ſequitur rationibus , de quibus per eum, Iaſ. in l.ij.col.iiij. verſ. pro eadem.ff.de verb.obligatio. G.S.

m Filiabus.Quod verũ puto, quia non eſt tanta ratio in fœminis, & priuilegium exorbitat,& eſt originaliter deciſio Sign.cõſi.clxxxiiij.in q.vertente inter Durantẽ, quod ad verbũ refert & ſequitur Præpoſit. in c. per venerabilẽ.§.quod vero.nu.125. qui ſi.ſint le.Itẽ tenet Sig.cõſ.ccxxix.factũ ſic ſe habet col.pe.nu.15. Cur.ſenior col.ſi.Hip.Marſil.ſing. dxxxvj. & ita tenẽdũ eſt:licet De.hic.& Iaſ. in l. ſi quis id quod.col.ij. de iuriſd. om.iu.dubitent.ſed ipſe Dec.poſtea maturius cogitans & plenius examinans,in conſi.ccccliij. ſecutus eſt opin.Signo.& bene. C. M.

n Tamen.Imo idem. C.M.

o Paul. Quod eſt *conſil.cxix.lib.j.*ſecundũ nouã impreſſionẽ. & placet in exorbitãti,alias ſecus.adde Alex. cõſ.xlv.lib.vij.Soci.in rubric.in xij. ff.de acquir.poſſ. Albe. in j.par.ſtat. quæſtio.clxviij. Dec. infra eod.l.ſecundum naturam.in fine.C.M.

p Quòd ſtatutũ excludens.Sed quid ſi ſtatutũ excludat ſororẽ à ſucceſſione fratris,an è cõtra videatur excludere fratrem à ſucceſſione ſororis? Bal.in l.lege xij. tabularũ. C.de leg. hære.inſti.tenet quòd nõ,ne ex vno incõuenienti maius naſcatur : & hæc eſt communis opinio,vt dicit Iaſ.in rubr.ff.de acq.poſſ.in fine. Cõtrariũ tenuit Socin.in d.rubr.ff. de acquir. poſſeſſ. ſi ſtatutum ſimpliciter ſororẽ excludat à ſucceſſione fratris. Primã tamẽ opi.Baldi ſecutus eſt Alex. in l.inter ſtipulãtẽ.§.ſacrã.ff.de ver. oblig.D. Marianus Socinus Iunior, me audiente dicebat Bald.opi.in d. l.lege xij. tabularum , eſſe communem:& ab ea in iudicando non eſſe recedendum. Si quis tamen vellet, Bartholo.Soci.opin.in d.rubr. ff.de acquir.poſſeſſ.tueri,ſic putabat ipſe d.Marianus Iunior præceptor meus

eſſe diſtinguendum, ꝙ aut in d.ſta-
tuto, quod ſororem à ſucceſſione
excludit, eſt expreſſa ratio, & tunc
iſtud ſtatutum debet à ratione regu
lari, aut in eo non eſt expreſſa ra-
tio:& tunc aut ſtatutum habet taci-
tam rationem, quæ ex eo colligi-
tur, & aſſignari poteſt: vt ſi diceret,
extantibus fratribus ſorores nõ ſuc
cedant: ex hac diſpoſitione tacitè
ratio colligitur, quæ eſt fauor agna
tionis, vt bona conſeruentur in li-
nea maſculina, & familiarũ digni-
tas ſit ſalua. l.j.§. pen. ff. de vent. in-
ſpicien. ſordeſcit enim familiarum
dignitas ſine opibus iuxta text. in l.
quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. & tunc
dicebat fratres non excludendos à
ſucceſſione ſororũ. Aut ſorores ex-
cluduntur ſimpliciter, vt puta, ſoror
fratri nõ ſuccedat: & tunc aut cum
ſorore excluduntur aliæ fœminæ,
veluti auia, vel agnatæ, & tunc aſſe-
rebat dicendum eſſe fratres non ex-
cludi. Aut non excludit alias fœmi-
nas, neque aliqua ratio colligi po-
teſt, niſi voluntas ſtatuentiũ. & tunc
dicebat procedere opin. d. Barthol.
Soc. in d. rub. quòd frater debet ex-
cludi à ſucceſſione ſororis cùm non
reperiatur ratio diuerſitatis, aut po-
tius ſoror à ſucceſſione fratris ſit
excluſa, quàm è contrá. Gab. Sar.

q In contrarium. vide Hippo. de mar.
in ſuis ſingul. xxxix. incip. capias v-
num de pane lucrando. vbi allegat
plura conſilia doctorum tenentium
hanc partem. H.C.

r Coniunctorũ. Sed nõ appellatione
conſanguineorũ vt vult Alex. conſ.
cliij. conſ. clxxxj. in fi. lib. vij. C.M.

s Vterque ſexus. Adde quòd in diſpo-
ſitione ſtatuaria appellatione agna
torũ ſolũ maſculi veniunt & nõ fœ-
minæ. ita tenet Io. de Anan. in conſ.
iiij. circa med. quem ſequitur idem
Dec. in conſil. xiij. col. j. nume. 4. &
in pulchra q. tradit Curtius Iunior.
in l. ij §. mutui. col. ij. verſi. nota ta-
men perpetuo. num. 7. ff. ſi cert. pet.
Adde tamẽ, quòd licet appellatio-
ne propinquorum comprehẽdatur
vterque ſexus, tamen ſi lex propin-
quorum conſilium requirat, fœmi-
næ non requirentur, vt dixit notab.
Dominus & præceptor meus Dom.
Andr. Alc. in l. j. in ver. fœminas. ff. de
verb. ſign. Gab. Sara.

t Fœmininum. Vide Alexã. in l. ſed ſi
hac. §. liberos. de in ius vocando. &
in conſil. xlvj. iiij. volum. & conſil.
lxvj. Hierony. Cu. h.

v Verum. Idem. Dec. c. cum in cunctis.
in prin. col. iiij. de elec. C.M.

x Frequentiæ. Alciat. l. deteſtatio. §. ſer
ui de verbor. ſigni. fa. Corſet. in ſing.
ver. frequentia. Gerad. ſing. xcvij. Te
tigi ad Alex. conſil. cxix. in fin. libr.
vj. C.M.

y Bal. Adde eundem in l. omnes popu
li. de iuſti. & iur. col. pen. & Barb. c.
dilecti. de fo. comp. col. viij. & ſi vis
videre latiſſimè de pluribus verbis,
puta filij appella. an veniat filia: &
hirci appel. an veniat capra: & ver-
bum, ſi quis an cõprehẽdat fœminã.
verbum raptor, & de ſimilibus vide
Barb. in cle. j. de elect. vbi multa di-
cit in col. xj. vſque ad xx. H. C.

In §. Item impuberes.
Argumenta.

1 *Impuberes ciuilibus fungi officiis haud quaquam poſſunt.*

2 *Impubes iudex eligi nequit.*

3 *Impubes dignitatem aut officium ſine adminiſtratione poteſt obtinere.*

4 *Pupillus, quòd ſcilicet iudicio careat, ab officiis prohibetur adminiſtrationem requirentibus. & nu. 5.*

6 *Iuramentum non præſumitur eſſe de feudi ſubſtantia.*

Pupil

Pupillus in eccleſia cathedrali canonicatum habere poteſt.

7 *Pupillus in eccleſia præbendam obtinere poteſt.*

8 *Pupillus iure hæreditario dignitatem cum adminiſtratione poteſt obtinere.*

9 *Pupillus neque notarius neque teſtis eſſe poteſt.*

10 *Impuberes defectu iudicij non poſſunt ad teſtimonium admitti.*

11 *Pupillus maior factus, teſtis eſſe poteſt de iis quæ vidit in ætate pupillari.*

§. Item impuberes.

ITem impuberes ab omni-
bus officiis ciuilibus debent
abſtinere.

1 NOta regulam † quòd impube-
res ab omnibus officiis ciuili-
bus remouentur. Et ideo nõ tenetur
pater qui conſentit filium infantem
creari decurionem: quia creatio non
valet. l. Lucius. §. pro infante filio.
vbi gl. ff. ad municip. Et idem eſt in
officiis eccleſiaſticis quæ impuberi-
bus non conferuntur. c. indecorum.
de ætate & qualitate. c. ſuper inordi-
nata de præbendis.

Et iſta regula generaliter procedit, a-
deò quòd etiam propter penuriam
hominum impubes nõ admittitur. l.
ij. §. fi. ff. de iure immunit.

a Secundò ampliatur *, vt † etiam iu-
2 dex eligi non poſſit, ita quòd offi-
cium debeat exercere poſt puberta-
tem: quia tempus electionis conſide-
ratur. vt not. Barto. in l. impuberem.
in prin. ff. de fal. vbi dicit ꝙ pupillus
notarius creari non poteſt, hoc mo-
do, vt poſtea factus maior officium
exequatur, allegat l. excuſatur. in
prin. ff. de excu. tut. & text. in c. ſi eo
tempore. de reſcript. in vj.

Sed hoc dictum dubitabile videtur:
3 quia † vt infra dicam, impubes po-
teſt habere officium & dignitatem
ſine adminiſtratione. Ergo nihil re-
pugnare videtur quominus conſti-
tuatur notarius conferendo exer-
citium poſt tempus pubertatis: quia
tunc dum eſt impubes nihil facit
iudicio intellectus impuberis. Sed
poſtea poſt pubertatem exequitur
officium ſecundùm iudicium quod
tunc habet. Secus eſſet quando actus
in effectu haberet fundamentum à
iudicio pupilli, dum eſt pupillus gra
tia exempli: Si minor xiiij. annis fa-
ceret teſtamentum conferendo eius
teſtamentum poſt tempus puberta-
tis, certe hoc non valeret: vt eſt bo-
nus text. in l. j. §. ſi minor. ff. de ſer.
exportan. ibi. conſilio eius quaſi pa-
rum firmo reſiſtit. & facit text. in l. j.
§. fin. ff. commod.

Non obſtant iura allegata per Bartol.
quia habent locum quando electio
fit ſimpliciter. Secus quando facta
eſt conferendo exercitium in tem-
pus habile: de quo tamen vidẽdum
eſt, quod dixi in ca. poſt ceſſionem.
in vj. notab. de probat.

4 Tertiò, † pupillus prohibetur hic,
quia iudicio caret: vt dicit tex. in l.
cum prætor. §. non autem. ff. de iudi.
& in §. præterea inſtitu. quibus non
eſt permiſſ. fac. teſt. & facit text. in
l. j. §. impuberes vero. C. de fal. mo.

Idcirco tertio ampliatur iſta regula, vt
contrarium per viam diſpenſatio-
b nis b à principe conſtitui non poſſit:
quia ſuper defectu iudicij naturalis
diſpenſari non poteſt, vt not. Innoc.
in c. ſciſcitatus. de reſcript. Bald. in
l. bonarũ. C. qui admit. fa. text. in l. fi.
C. de teſta. milita. cum ſimil. vt not.
tradit ibi Alexã. & videtur hoc pro-
cedere, niſi pupillus eſſet doli ca-
pax: quia cum eo videtur ꝙ princeps
diſpenſare poſſit: vt not. Ang. & ſe-

quitur Alexã.in d.l.ſi.per illum text.
de teſta.mi. & ad hoc facit text. in
d.l.de minore.in prin.ff. de quæſtio.
vbi in crimine læſæ maieſtatis im-
pubes habilitatur ad teſtimonium,
& facit glo.in c. ſtatutum. in verſic.
in canonicis de reſcript. in vj. quæ
dicit quòd Papa ex certa ſciẽtia po-
teſt cauſam pupillo committere. Et
de hoc tradit Abb.& Moder. in ca.
cum vigeſimum.de offic.deleg.

5 Et † prædicta regula nunc limita-
tur, vt procedat in officiis & digni-
tatibus cum adminiſtratione.Secus
eſſet in officio & dignitate ſimplici
quæ nõ haberet adminiſtrationem:
ad quam etiam pupillus habilis vi-
detur: vt not.Bald. poſt Odofred. in
d.l.ſi.per illum tex.de teſta.milit. Et
idem Bald. per illum text.in l.ſed &
milites.§. iam autem. ff.de excuſat.
tutor.vt not Bart.in l. j.col.x. verſic.
ex prædictis patet. C. de dignit. libr.
xij. vbi inquit, quod infans licet
nihil intelligat, miles creari poteſt.
Et hoc ſæpenumero faciunt baro-
nes & reges qui faciunt eorum fi-
lios paruulos milites: vt Alber. dicit
in d.l.fina. Et iſta ratione etiam in-
fanti feudum concedi poteſt: quia
magis habet naturã beneficij, quàm
contractus.

Et licet non poſſit iurare.l.iuſiurãdum.
6 §.pupillo.ff.de iureiu. †tamen iura-
mentũ non eſt de ſubſtãtia feudi.ita
Bal.dicit in l.ſi quis ſeruo.C.cõmun.
de manu.& facit text. in l.quam tu-
beronis.§.pupillum.ff.de pecul. vbi
pupillus poteſt habere peculium.

Et eodem modo in eccleſiaſticis po-
c teſt pupillus[c] habere canonicatum
in eccleſia cathedrali, licet vocem
d dare[d] non poſſit.c.ex eo de elect. in
vj.not.in c.ſi.vbi glo.de iudi. in vj.

9 Et † poteſt etiam pupillus habere
præbendam in eccleſia: vt not.Bal.
in.l. adminiſtrantes.§. qui corporis.
ff.de excuſa.tutor.& eſt text.in c. ex
inſinuatione de ſimo. de quo Feder.
tradit in conſil. xlix. domine Ray-
nut.& in conſil.cxxxij. caſus eſt ta-
lis: quædam eſt canonica. Et latè
Abb.in c.ſuper inordinata,de præb.
Nam etiam pupillus poteſt habere
ordines minores in quibus ſufficit
ſeptennium.vt per gloſ.lxxxvij.diſt.
in ſumma. & in clem. fin. de æta. &
qualita. Ergo etiam poterit habere
beneficia ſimplicia: vt ſupra dictum
eſt: quia ille qui reputatur habilis
in ordinibus, etiam in beneficiis
debet habilis reputari. c. de his.vbi
gloſſ. xxviij. diſtin. in c.accepimus.
de ætate & qualitate.

8 Secundò, † regula procedit niſi pu-
pillus iure hæreditario dignitatem
cum adminiſtratione conſequere-
tur: vt patet in filio regis, qui mor-
tuo patre ſuccedit: vt not.in c. gran-
di.de ſupplen. neglig.prælat. & not.
Bald.& Ang.in d.l.fin. de teſt. milit.
& idem Angel. in l. cum prætor. §.
non autem. ff. de iudic. Et tunc de-
c bet regi per tutorem: [c] vt not.Oldr.
in conſil. lij. quæſtio talis eſt. Ioan.
And.in addit.Specul.in tit.de tut. in
rub.cum ſimilib.vt tradit Alexan.in
d.l.ſi. & Abb. in c. cum vigeſimum.
col.ij.de offic. deleg. Ioan.de Anan.
in rubr.de delict.puer.col.j.

9 Et † per iſtã regulam infertur, quòd
pupillus non poteſt eſſe notarius, vt
not.Bald.in d.l.impuberem. in prin.
de fal. Et eodem modo non poteſt
f eſſe teſtis [f] .l.iij.§.lex Iulia. l. inuiti,
in ſi.ff.de teſtib.§.teſtes autem.inſti.
de teſta. quia eius teſtimoniũ eſſet,
ſicut ſi cæcus teſtificaretur de colo-
ribus: vt Bald.dicit in l.teſtium.C.de
teſtib.col.ij.verſi.redeo ad primum.
Et licet non opponatur, eius dictum
non valet: quia ipſo iure eſt nullum.
vt not.Angel.per illum text.in §.j.in
auth.de teſtamen.

10 Et † non videtur quòd etiam in de-
fectum aliorum impuberes admit-
tantur

tantur propter defectum iudicij na-
turalis, ex eo quod ſupra dictum eſt
per l.ij §.ſi. ff.de iure immunit.licet
ſecus eſſet in aliis teſtibus, qui ob a-
lium defectum repelluntur.

Et iſta cõcluſio fallit in crimine læſæ
maieſtatis, in quo pupillus ad teſti-
monium habilitatur. l. de minore.
in princ.ff.de quæſtionib. Secundo
fallit quo ad iudicium faciẽdum ſi
ſit doli capax: vt not. per gloſſ.in l.
inuiti.l.vj.in ſi.ff.de teſtibus, & not.
Bart.per glo.ibi in l.ſi.C.de his qui-
bus vt indignis, & in l. ex libero.§.
fin.ff.de quæſtionibus. Non tamen
facit iudicium plenum, ſed aliqua-
le, vt not.Bart.in l.maritus.ſuprà de
quæſtionibus.

11 Tertio † & vltimo limitatur, niſi ſit
maior factus: quia teſtificari poteſt
de his quæ vidit in pupillari ætate
ſecundum gloſſ. in l.iij.§. lex Iulia.
ſuprà de reſtit.in l.notione.§. inſtru
mentorum.de verborum ſignificat.
in l. ad teſtium. in princip. ff.de te-
ſtamentis. & in §. ſed neque. inſtit.
de teſtament. & not. Speculator in
tit.de teſtibus.§.j. verſicul. ſed nun-
quid factus impubes. Et hoc eſt ve-
rum in his quæ vidit, dum eſſet pro-
ximus pubertati: vt not.Bart.in d.l.
ad teſtium. in prin. & in d.§.inſtru-
mentorum. & eſt cõmunis opinio:
g vt dicit Aret. in d.l.ad teſtium [g]. &
Angel.Aret.in §.teſtes. inſtit. de te-
ſtamentis.

Sed tamen conſiderandum eſt: quia
h hoc non videtur verum [h]. Nam ex
quo eorum dictum refertur ad tem
pus pupillaris ætatis, in quo non ha
bebat iudicium, non videtur valere
teſtimonium: quia factus pubes nõ
deponit. Prout nunc ſed prout tunc.
facit text. in l.iij.§.fin. ff.commod.
vbi factus maior non obligatur
pro commodato facto in ætate pu-
pillari.

Philippus Decius Valentiæ.

ADDITIO.

a Secundo ampliatur. Adde hunc
ipſum Decium in l.fin.col.iij.nu.7.
in ſi.C.de pact. Gabr. Saray.

b Per viam diſpẽſationis. Adde Deci.
in l.fin.in ij.notab.C. de teſta.milit.
vbi plura congerit. Et nota, ꝙ illa
clauſula in priuilegio poſita. De ple
nitudine poteſtatis noſtræ ſupple-
mus omnes defectus, &c. intelligi-
tur per illum princeps velle diſpen-
ſare circa ſolennia tantũ, non circa
naturales defectus. quod eſt notan-
dum. Et facit l.& habet.§.ſi pupillus.
ff.de tutorib. Et not. in l. precibus.
C. de impub. & aliis ſubſtit. Sed an
ſi Papa pupillo coram ſe exiſtenti
conferat dignitatem, an videatur
ſecum diſpẽſare ſuper defectu æta-
tis? Vide Apoſtil.ad Dyn. in c.bene-
ficiũ.in 3.char.in ver.adde hic gloſ.
& Philip. vbi multa de hac quæſt.
allegantur, circa med.ibi. Et an Pa-
pa pupillo. Et cum pupillus iudicio
careat, an ſtatutũ poſſit circa illum
impuberem diſpenſare, vt teſtamen
tum facere poſſit? vide Bartol.in l.ſi
quæramus.col.ij.verſic.ſecunda re-
gula.nu.6.de teſtamen. Gab. Sar.

c Pupillus. Imò requiritur ꝙ annum
decimumquartum exceſſerit. Ægid.
Bellamera deciſ. dccxxvij. ſuppoſi-
ta.& deciſio.dcclv.ſentit Panormi.
c.ſuper inordinata. num. 4. de præ-
bendis.in c.præterea.de æta.& qua-
litate. & eſt deciſum per Reg. Can-
cella.17.Innoc.8. C. M.

d Licet vocem dare. Adde Bart. idem
tenentem in l.de pupillo.in prin.cir
ca finem. & ibi Iaſon poſt alios co-
lum.iij.numero 4.ff. de operis noui
nuntia. Gab. Saray.

e Tutorem. Dixi in Conſuet. Pariſ.§.
xxix. C. M.

f Non poteſt eſſe teſtis. Ex hoc infer
tur, ꝙ ſi ſtatutum prohibeat mulie-
rem contrahere, vel obligari non
poſſe ſine conſenſu conſanguinei

proximioris, ꝙ ſi proximior con-
ſanguineus ſit pupillus, non poterit
ſuppleri per illum cõſenſum, etiam
cum authoritate tutoris: quia reda-
cti ſunt tales à ſtatuto requiſiti ad
inſtar teſtium, vt not. Iaſ. poſt alios
in l. de pupillo. in princ. num. 2. ff. de
oper. noui nuntiatio. vbi plene hoc
tangit. Gabr. Saray.
g Ad teſtium. Hæc opin. eſt etiã com-
munis de iure cano. circa quam vi-
de Feli. late poſt alios. c. cum nobis.
de præſcript. iij. col. in cauſa tamen
criminali requiritur quod ſit ætatis
xx. ann. vt l. in teſtimonium. §. de te-
ſtib. Sed in ibi delictum aliter non
poſſet probari, admittãtur impube-
res. Albe. tenet ꝙ ſic, in l. in teſtimo-
niũ. §. de teſtib. quod tamen non cre
do verũ per not. per Bald. in l. teſtiũ.
C. de teſtib. ij. col. & per ea quæ dicit
hic do. Philip. in verſi. & per iſtam.
& maxime, quia in criminalib. pro-
bationes debent eſſe luce clariores,
l. fin. C. de prob. & per text. in d. l. in
teſtimonium, qui nõ ſine myſterio
ſtatuit ætatem xx. annorũ, in cauſa
criminali. Hier. Cuch.
h Verum. Imo vt dixi ad Alex. conſil.
xxix. lib. vij. C. M.

In l. Eius eſt nolle. argumenta.

1 *Nolle nubere non dicitur, quæ viri*
potens non reperitur.
2 *Religioſus qualiter intelligatur*
non habere velle aut nolle.
3 *Silere dicitur propriè qui loqui po*
teſt, & deſinere qui cœpit.
4 *Tutor nomine pupilli bonorũ poſ-*
ſeßionem poteſt agnoſcere, qui repu
diare nequit eam.
5 *Repudiare poſſe eum, qui & adi-*
re, qualiter intelligendum.
6 *Nolle & velle contraria ſunt, me-*
dium inter vtrunque eſt non velle.
7 *Voluntatem ceſſare, differt ab eo*
quod eſt, eandem reuocare.

REGVLA TERTIA. VLPIANVS.

EIus eſt nolle, qui poteſt & velle.

ISta regula vltra gloſſ. melius exem-
plificari poteſt, ex eo quod dicit tex.
in l. pater Seuerinam. in princ. ff. de
condit. & demonſtr. & Bart. ibi po-
nit ſummarium huius l. Et not. il-
1 lum ꝙ illa † quæ nõ eſt viri potens
nõ dicitur nolle nubere, ex quo ma
trimoniũ contrahere non poteſt. Et
ſic velle nõ poteſt. bene facit tex. in
l. ſi quis ſit fugitiuus. §. idem ait ſi ſer
uus. ff. de ædil. edi. vbi nolle dicitur
ille qui poteſt ſtatim facere, & non
facit ibi, cum poſſet noluit. Ad idem
text. in l. nolle adire. ff. de acqui. hæ-
redit. vbi non videtur nolle adire,
qui non poteſt. Et iſta ratione dici-
2 tur, ꝙ † religioſus non habet velle
nec nolle, c. ſi religioſus. de elect. in
vj. & in c. ſi religioſus. de teſtam. in
vj. in c. ſi. de ſepultu. eo. lib. not. in c.
non dicatis. xij. q. j. & ideo non no-
cet nolle ei qui velle non poteſt, vt
not. Bald. per illum text. in l. ab ad-
miniſtratione. C. de leg. vbi poſt Iac.
But. infert ad ſtatutum, quod impo-
nit pœnam declinanti iuriſdict. po-
teſtatis, vt non habeat locum in cle
rico, qui etiã ſi velit non poteſt co-
ram ſeculari litigare. c. ſi diligenti.
de fo. comp. & hoc late proſequitur
ibi Alex. & per iſtum etiam, vt ſuprà
& nolle etiã dicitur, qui facit quod
non poſſit velle, vt not. Bal. in c. in-
telligimus. col. ij. de iudic. per l. j. C.
de natur. lib. vbi etiam Bald. in vlti.
notab. idem dicit. Et per iſtum text.
dicit Abb. in conſi. xxij. quidam Io.
col.

3 col. ij. lib. ij. quod † ille dicitur pro-
priè ſilere, qui poteſt loqui: & deſi-
ſtere dicitur ille, qui inchoauit, vt
not. Cald. in conſi. xvj. de verb. ſign.
facit text. de pœnit. diſtinct. ij. in fin.
vbi dicitur, quòd illud quod non
eſt, deſeri non poteſt. Et proprie ex-
cuſatur ille qui acceptare poteſt: &
qui non poteſt, dicitur improprie
excuſari. gloſſ. not. in l. j. §. initium.
in verſicu. caſum. ff. de poſtuland. &
facit quod not. per gloſſ. in cap. ad
diſſoluendum. de deſponſat. impub.
dum inquit, quòd non moritur ille
qui non vixit. alleg. xxxij. quæſt. ij.
in cap. quod vero. & in cap. ſicut ex
veſtratum. de homicid. cum ſimil. vt
per gloſ. in d. c. ad diſſoluendum. &
eſt regula generalis, quòd priuatio
præſupponit habitum. l. decem. de
verbor. obligat. l. manumiſſiones. de
iuſti. & iure. l. non videtur. infrà eo.
vbi de hoc plene videbimus.
4 Et † regula iſtius legis ſecundum
gloſ. & Bart. hic fallit in tutore qui
bonorum poſſeſſionem agnoſcere
poteſt pro pupillo: & tamen illam
repudiare non poteſt. l. tutor. ff. de
bonorum poſſeſſione.
Sed tamen videtur dicendum, quòd
imò iſta regula etiam in tutore ha-
beat locum: nam ipſe poteſt nolle,
cùm habeat facultatem adeundi
hæreditatem, vel agnoſcendi bo-
norum poſſeſſionem. Ergo etiam
bene verificatur, vt dicatur nolle
adire vel nolle agnoſcere. Sed non
ſequitur quòd licet dicatur nolle
adire vel nolle agnoſcere bonorum
poſſeſſionem, quòd videatur repu-
diare: quia ex eo quòd tutor dicat,
nolle agnoſcere, nolle adire, non
infertur repudiatio: vt not. in l. qui
ſe patris. C. vnde liberi. vbi declara-
tum fuit.
Bene verum eſt, quòd per illum text.
in d. l. tutor. limitatur regula. l. is po
5 teſt. ſuprà de acquiren. hæred. † vbi
dicitur: is poteſt repudiare, qui po-
teſt adire. Nam illa regula habet lo
cum in eo qui iure ſuo, & ex pro-
pria perſona adire poteſt. Secus ſi ex
perſona alterius. vt not. Bartol. hic:
& ſequitur Alexand. in l. legatum.
ff. de legat. j. in l. fin. C. de repudi. bo-
norum poſſeſſione. Et hoc etiam
non videtur verum: quia imò regu-
la. d. l. is poteſt. etiam habet locum
in eo, qui ex perſona alterius adire
poteſt: vt probatur in l. is qui hæres.
§. fin. ſuprà de acquirenda hæredita-
te, vbi in repudiando voluntas pa-
tris & filij requiritur, ſicut etiam in
adeundo neceſſaria eſt, vt etiam di-
xi in d. l. ij. de repud. bonor. poſſeſſ.
Et ideo d. l. tutor. aliũ habet ve-
rum intellectum: quia procedit in
eo qui ad vtilitatem alterius adire
poteſt. Nam in præiudicium alte-
rius repudiare non poteſt. vt not.
idem Bart. in d. l. is poteſt. col. v. vbi
alleg. gloſſ. hic, quæ hoc ſentire vi-
detur, dum dicit quòd fallit in tu-
tore ratione officij.
6 Poſtremo † ad declarationem ver-
borum regulæ, notandum eſt, quòd
a nolle & velle contraria ſunt [a]. Et
inter iſta contraria datur medium,
b quod eſt, non velle [b], vt not. Bart.
in l. iam dubitari. de hæredibus in-
ſtituendis. facit quod not. in l. j. §.
ſcientiam. ff. de tribu. Nam verbum
nolle, denotat expreſſam reſiſten-
tiam: non ſic in verbo, non nolle.
vnde dormiens bene dicitur non
c velle: ſed non dicitur nolle [c], vt tra-
dit Innocentius, Ioan. And. & Doct.
in cap. prudentiam. §. ſexta. de offic.
deleg. cum ſimilibus, vt dixi ibi, &
in l. qui ſe patris. poſt Alexand. ibi.
C. vnde liber. Et adde Abb. qui vide-
tur in c. finem litibus. de dolo & cõ-
tumacia. in ij. col.
7 Et ad prædicta etiã fa. quia † aliud
eſt, ꝙ in aliquo caſu ceſſet volun-
tas: & aliud eſt, ꝙ voluntas reuoce-

d tur. [d] gratia exempli : morte man-
dantis expirat manda:ũ,& manda-
tum non extinguitur per mortẽ tan
quam reuocatum ſit à domino. Sed
quia voluntas domini ceſſat. l.iiij.
ff. loca. nam per mortẽ non dicitur
voluntas reuocata : quia reuocatio
eſt, quando contraria voluntas po-
nitur,& talis reuocatio per mortem
fieri nõ dicitur. ita notabiliter Bart.
dicit,in l.more maiorum.col.fin.ſu-
pra de iuriſ.om.iud. vbi per hoc in-
fert, ꝙ ſi aliquis cauſam delegaue-
e rit, [e] donec iuſſerit reuocandum,ꝙ
f per mortem nõ videtur reuocare. [f]
Allegat bonũ text.in c. ſi delegatus.
de offic. deleg. in vj. & eſt cõmunis
g opinio, [g] quòd per mortem non di
h catur actus reuocari: [h] vt late Alex.
concludit:qui alios refert. in l. cen-
teſimis.§.fin.de verb.oblig. & eſt di
ctum Innocen.in c.licet vndique.de
offic. deleg. refert & ſequitur Ang.
in l.& quia. ſupra de iuriſd.om.iud.
Et ſic ille cuius voluntas ceſſat, di-
citur non velle.Et nolle dicitur, qui
reuocationem facit.

Philippus Decius Valentiæ.

ADDITIO.

a Contraria ſunt.Idem dicitur de poſ-
ſe,& velle gl.in c. cum ſuper.in ver.
aduerſantibus de offic.deleg. G.S.
b Non velle. Adde Bald.in l. verbum.
C.de fideic.& Deci.in l.j.col. iiij.nu.
38.ff.de officio eius cui mand. eſt iu
riſdict. Gab.Sarayn.
c Sed non dicitur nolle. Hinc inferri
poteſt ad q.de qua per Bart.in l.non
ſolum.§.morte. in iij.q.princ. verſi.
eſt autem tempus incongruum.col.
x.num. 59.ff. de oper. noui nuntiat.
Nam proteſtatio incitatoria ad ſol-
uendum, debitori dormienti facta,
non valet.Ratio,quia eſt contra bo
nos mores, & quia per illam debi-
tor non conſtituitur in mora, quia
dormiens nolle non dicitur, vt ex
hoc nomine,quia interpellatus fuit,
teneatur de rei interitu, iuxta l.ſi ex
legati cauſa.ff.de verb.oblig. G.S.
d Reuocetur.not. vnũ caſum vnicum
in materia reuo.mãdati, ꝙ vbi ſub-
eſt cauſa reuocandi mandatũ, reuo
catur,lege, ſi cum Corn. ff.de ſolut.
ibi,nec cauſam habuiſſet. H.C.
e Cauſam delegauerit. Idem ſcribit
Dec.in l.ſingularia.co.ix.ver.tertia.
nu.24.ff. ſi cert. petat. Et Iaſon in l.
eius.ver.placebat in prin.in vj.limi-
tatione.ff.eod.tit. Gab. Sar.
f Reuocare. hinc etiam dicitur iudex
qui poſuit quendam ad cõfinia do-
nec reuocauerit,an eo mortuo expi
rent cõfinia.de quo vide Bar.l. cen-
teſimis hic alleg. Bal.in l.in emptis.
vbi late Sali.de contrahen.empt. la-
te per cano.in c.ſi gratioſe.de reſcr.
lib.xj. Hier.Cuch.
g Eſt communis opinio.Adde Cyn.in
l.fi.C.de contrahen.empt.& Spec.in
tit.de locato.§.vj.verſ.quid ſi domi-
nus.& ſequ.& tradit Iaſ.ꝙ voluntas
morte extinguatur,in l.nõ ſolum.§.
morte.col.iij.in prin.verſ.glo.j.ff.de
oper.noui nunt. Et Alber. de Roſa.
in d.l.fi.C.de contrahẽ.empt.& in l.
j.C.ſi mancip.ita fuerit alien.vbi di-
cit,quòd volũtas ita morte ſoluitur,
vt qui ſine alicuius volũtate aliquid
facere non poteſt,eo mortuo poſſit.
Vnde infert,ꝙ ſi filius iurauerit non
ludere ſine voluntate patris, quòd
ludere poteſt mortuo patre ſine per
iurio. Et idem poteſt dici in prohi-
bito alienare ſine alicuius volunta-
te. Et ſi ſtatuto caueat, quòd banni-
tus exire non poſſit de banno ſine
volũtate offenſi, ꝙ mortuo offenſo
exire poterit, quia poſt mortem am
plius velle non poſſunt.l. j. C.de ſa-
croſanct.eccleſ.Hæc talia tranſeunt
ad hæredes.ff.de cond. & demonſt.
l.ſi ita expreſſam. Et facit c. ſi dele-
gatus hîc allegatus per Deci. de of-
fic.delegati.in vj. Et idem Alber.de
Roſat.dicebat in l.iiij.ff.locati : vbi
dicit

dicit,ꝙ quemadmodũ voluntas im-
ponit finẽ cõtractibus, ita mors vo-
luntatibus.Inde morte mãdãtis & mã
datarij etiã ceſſat mandatũ.l. ſi quis
alicui.§.morte.ff.mandati, idque ex
eo eſt,quia mors omnia ſoluit.§.de-
inceps,in authen.de nuptiis.& notat
idem Dec. in rubr. C. qui teſt. facer.
poſſ.in prin.nu.2.Et Paul.de Caſt. in
l.eius qui.nu.3.& 5.ff. ſi cert.pet. Vn-
de volũtas ſicut per mortem ceſſat,
ita etiam mandatum per mortem
expirat, vt notat idem Dec. in rubr.
C.de mand.princ.col.ij. num. 11.per
doctrinam Bar.in l.& quia.col. fi. ff.
de iuriſdi.om.iud.quam legit cum l.
more maiorum.col.iij.nu. 17. verſi.
quæro morte.Adde tamẽ,quòd licet
mãdatum regulariter morte expiret.
§.rectè. inſtit. mand. plenè in l. eius
qui in prouincia. ff. ſi cert. per. Ta-
men pone, quòd dediſti procurato-
ri mandatum, de donando, vel ſol-
uendo dotem alicui puellæ de tuo
patrimonio, an morte finietur tale
mandatum, an verò poſt mortem
poterit procurator ſoluere, & exe-
qui dictum mandatum ? Caſus eſt
ſingularis, quòd ſic.in l.ſi ego.§ j.ff.
de iure dot. quem text. ad omnem
piam cauſam extendit Bald. in l.
mandatum. C. mandat. Et ita no-
tauit Franc. Cremenſ. in ſing. cxliij.
Et ibi dixi in additio. poſt Ioann.
baptiſt.Caſtilio. G. S.
h Reuocari. fateor, ſed bene dicitur
per ſe finiri ceſſante voluntate,vt in
delegatione vel alio mandato.C.M.

In l. Velle non creditur.

Argumenta.

1 *Velle non putatur, qui ſuperiore cogente operatur.*

2 *Voluntarius non dicitur actus qui iuſſu patris vel domini eſt factus.*

3 *Voluntas coacta qualiter voluntas dici poteſt.*

4 *Voluntatem coactam, voluntatem eſſe,in negotiis propriis & non alienis intelligendum.*

5 *Voluntas an poſſit dici coacta in eo,qui gerit negotia aliena.*

6 *Voluntas dicitur quandoque coacta conditionali violentia.*

7 *Filius vel ſeruus aliquid faciens mandato patris vel domini preſſus excuſatur.*

8 *Locator operarum excuſatur, ſi iuſſu conductoris aliquid fecerit in fundo alieno.*

9 *Laborator an ob denuntiationem cum proteſtatione extraiudiciali deſiſtere teneatur.*

10 *Bona fides poſſeſſoris non alteratur per ſimplicem denuntiationem.*

11 *Vicinus vicini negotia noſſe præſumitur.*

12 *Iudicis mandato qui quid operatur,an aliquando excuſetur.*

REGVLA IIII.

VLPIANVS.

VElle nõ creditur, qui ob-
ſequitur imperio patris
a vel domini.

1 NOta quòd [a] non reputatur vel-
le ille qui actum facit ex iuſſu
patris vel domini:licet enim præci-
ſe non rogatur obedire, quia etiam
iubente domino ſeruus poteſt nolle
adire : vt dicit text.in l.cum propo-
nas.C.de hæredi. inſtit. Tamen ob-
temperando actus ille non dicitur
voluntarius, vt hic dicitur.Et ſecun-
dum gloſſ. hoc intelligitur quo ad
hoc vt à pœna excuſetur, aliàs ſe-
cus:quia etiam voluntas coacta, vo-
luntas eſt,vt per gloſſ. quæ alleg. l.ſi

mulier.§.ſi metu. el ij. ſuprà, quod
met. cauſ.& l. ſi patre cogente.ſ. de
ritu nup. Sed certe hoc modo iſta re-
gula multũ reſtringitur intelligen-
do illam reſpectu pœnæ, de qua in
tex. nihil dicitur. Et ideo generali-
ter vt verba ſonant intelligi poteſt,
quia proprie & vere non dicitur vel-
2 le: nec † actus voluntarius videtur,
quando fit iuſſu patris vel domini:
quia ex voluntate fieri dicitur, quod
ex libero mentis arbitrio proficiſci-
tur, vt dicit tex. xv. q. j. c. j. in §. volun
tatem. Et per obedientiã propria vo-
luntas mactatur, vt inquit text. viij.
q. j. in c. ſciendum. Et actus non dici-
a tur [a] voluntarius, quando fit ab eo
b qui poterat compelli [b] vt not. Bald.
per illũ tex. in l. nouiſſime. ff. quod
falſ. tut. auth. & tradit Io. And. in c.
præterea. in verſi. extorquentes. de
iure patr. & in regula bona fides. in
prin. de reg. iur. in vj. cum ſi. vt dixi
in c. cum M. de conſt. & facit tex. in
l. rem legatã. infrà, de adi. lega. vbi
alienatio dicitur voluntaria, quãdo
non inſtante neceſſitate, ſed à mera
voluntate procedit. Et ideo ex prędi
ctis bene infertur, ꝙ hæc regula ab-
ſolute procedat prout loquitur.
3 † Non obſt. quòd volũtas coacta vo
luntas dicatur, vt in iuribus alleg. in
gl. & ad idem tex. in l. ſi priuatus. in
prin. ſuprà, qui & à quib. & eſt text.
melior de iure. xv. q. j. in ca. merito.
quia reſpõdetur ꝙ voluntas eſt qua-
lificata & non ſimpliciter: vnde non
proprie dicitur, ex quo non eſt ſim-
c pliciter, ſed ſecundũ quid [c] arg. l. hoc
legatum. & ꝙ ibi Bar. not. de leg. iij.
Et ad hoc eſt tex. ad literã. in c. ma-
iores. in §. item quęritur. de bapti. vbi
dicitur, ꝙ coactus dicitur velle con-
ditionaliter & non abſolutè. & fa-
cit tex. in d. l. ſi priuatus. vbi primo
dicitur, quòd coactus manumittere
volũtatem, accommodauit. Et poſt-
ea dicit tex. quòd non fuit voluntas
munumittendi. Et ſic ſimpliciter &
abſolutè eius qui cogitur nõ dicitur
voluntas. Et in primo limitatur &
declaratur illud quod dicitur, quòd
voluntas coacta, voluntas eſt. Et re-
gula noſtra intelligitur de volunta-
te ſimplici & propria.
4 † Secundò, quod dicitur quod vo-
luntas coacta voluntas eſt, habet
locum in negotio proprio. Secus eſt
in negotio alterius: vt not Bald. di-
cit in rubr. de controuerſ. inueſt. in
fin. per. l. j. in fin. ff. de autor. tuto. &
idem not. Bald. in l. ij. §. ſed ſi quis.
col. fin. C. commun. de leg.
5 † Sed conſiderandum eſt, quòd imò
etiam in gerente negotium alterius:
quia in tutore vel procuratore vo-
luntas coacta volũtas eſt, dum eligit
potius hoc facere, quam aliud ma-
lum pati, vt dicitur in d. ca. merito.
xv. q. j. Nam ratio iſta quæ in facto
proprio conſideratur, etiam in alie-
no procedit, bene verum eſt, quod
compulſio nõ reddit actum nullum
in facto proprio: ſecus in tutore. &
ita loquitur tex. in d. l. j. in fi. Et hoc
idem eſt in pluribus aliis caſibus. vt
not. ibi per gloſſ.
6 † Tertiò, voluntas coacta voluntas
dicitur, quando violentia præciſè
non infertur, ſed eſt conditionalis:
putà, niſi ſic feceris, te interficiam. In
eo enim ꝙ elegit ita facere potius
quàm mori, eius voluntas eſt: vt de-
clarat tex. in d. c. merito. xv. q. j. & in
d. c. maiores. in §. item quæritur. de
baptiſ. Secus quando quis præciſè
cogitur aliquid facere, quia tunc
nullo modo cõſentire videtur: quia
potius dicitur pati, quàm agere: vt
dicit text. not. in c. ſatis. quod met.
cau. & idẽ habetur in d. c. maiores.
Quartò & vltimo licet coacta volun-
tas dicatur, non tamen eſt voluntas
ſpontanea. vt no. Abb. per illum tex.
in c. j. de reg. & eſt glo. not. xxxiij. q.
v. in ca. notificaſti. in verb. licentia.

& no. Abb. in c. cum locũ. de ſponſ.
in c. abbas. quod met. cau. Et in hoc
etiam cõſiderandum eſt, quia ſi vo-
luntas ſpontanea accipiatur pro li-
bera, hoc habet locũ in qualibet vo-
luntate ſimplici quæ proprie libera
eſſe debet, per ea quæ ſuperius dicta
ſunt. Si vero capiatur ſpontanea vo-
luntas pro voluntate eius qui ſponte
ſe offert: tunc ſpontanea voluntas à
voluntate ſimplici diſtinguitur. Nã
ſpõte fieri dicitur illud quod fit pro-
prio motu, & non ad petitionem: vt
no. dicit Pet. de Anch. in cle. pręſen-
ti. de cenſ. in v. not. vbi expreſſe dicit,
quòd non dicitur ſponte fieri illud
quod fit ad petitionem.
7 † Vltimo notãdum eſt [d] quod dicit
d gl. hic per iſtũ tex. & excuſatur filius
vel ſeruus qui aliquid facit de man-
dato patris vel domini. Et hoc intel-
ligitur in delictis leuibus qui nõ ha-
bẽt atrocitatẽ: vt gl. dicit p l. ad ea. ſ.
eo. Et ad hoc eſt tex. in l. liberorũ. §.
excuſantur. ff. de his qui no. infa. &
in l. liber homo. la ij. in princ. ſ. ad
leg. Aquil. & gl. ibi. late inſtit. Secus
eſt in grauibus delictis in quibus
non excuſatur filius vel ſeruus. d. l.
ad ea. quæ à contrario ſenſu. & eſt
text. in l. ſeruus non in omnib. ſ. de
act. & obli. & not. Barr. in l. ſeruus. ff.
de noxal. in l. non ſolum. §. mãdato.
col. j. ſ. de iniur. & ibi in verſi. idem
puto. dicit ꝙ quælibet iniuria perſo-
nalis dicitur graue delictũ quantum
ad ppoſitũ. Et licet in grauioribus (vt
dictũ eſt) nõ excuſetur filius vel ſer-
uus ex iuſſu patris vel domini, pœna
tamen mitigatur: vt eſt text. no. in l.
ſeruos. C. ad leg. Iul. de vi publi. &
Bal. & Sal. ibi ad hoc not. illum tex.
Et eodem modo excuſaretur etiã in
atrocibus, quando ſeruus cogeretur
à domino ſub cõminatione mortis
ſi illud non faceret: vt Bar. dicit in d.
l. ſeruus. de nox. Et hoc haberet lo-
cum in quolibet qui tali modo per
metum compelleretur: vt not. per
doct. in l. vt vim. ſuprà de iuſt. & iu.
8 † Et quod ſupra dictum eſt de filio
vel ſeruo, etiã habet locum in aliis
hominibus ſui iuris qui ex mandato
alterius excuſantur, ſaltẽ in his quæ
ſunt de genere permiſſorum. vt not.
per glo. ſi. in l. in rem. §. tignum. ff. de
e rei vẽd. quæ dicit de laboratore [e] qui
conductus de mãdato conductoris,
intrauit fundũ alterius, ꝙ excuſatur.
& Bar. Ang. & Doct. illam ſequũtur
& tradit no. Bal. in conſil. ccccclxiij.
ſtatuto ciuitatis Papiæ. lib. iij. ſecun-
dum nouam formam. & not. Alb. in
l. ſi quis id quod col. pen. in ver. item
facit. ſuprà, de iuriſdict. omn. iud. &
idem Alb. in l. j. in prin. col. j. in fin.
in ver. & bene facit iſta litera, ſuprà
de eo per quem fac. eſt. & no. Barr. in
d. l. non ſolũ. §. ſi mandato. col. iij. in
ver. ſed quæro. Bal. in l. non ideo. col.
j. ver. & nota ꝙ l. noſtra. C. de accuſ.
& idem Sali. ibi, in j. q. & idem Bald.
in auth. ingreſſi. col. ij. in verſi. quod
dico de medico. C. de ſacroſanct.
eccleſ. & facit quod not. Bald. in q.
accuſatus de vi turbatiua. col. ante-
pen. verſi. tertio quæritur.
9 † Et prædicta concluſio limitatur
non procedere quando prædicto la-
boratori ſit facta denuntiatio. vt di-
cunt Imol. & Rom. in l. de pupillo.
§. nuntiationẽ. in ver. quis forte. per
gl. ibi, in verſi. nullus. in fin. Et idem
voluit Ange. in d. §. tignum. in verſi.
quod intellige. dicens, ꝙ contra la-
borantes non obſtante proteſtatio-
ne eis facta, eſt præſumptio doli. &
idẽ no. Ang. in auth. vt omnes obe.
iud. in iij. col. in ver. item ex hac le-
ctura patet. & ſequitur Alex. in cõſi.
xxxvj. viſis his quæ per dominos.
libr. j. col. ij. & in conſil. lxxix. viſis
his quæ egregiæ. lib. iij. Et iſta vide-
tur communis opi. licet idem Alex.
cõtradicat in d. l. de pupillo. §. nun
tiationem. col. iiij. vbi inquit, quòd

laboratores propter talem proteſta-
tionem non debent deſiſtere: quia
illa denũtiatio extraiudicialis non
conſtituit illos in mala fide. alleg.
tex.in l.pen.ff.pro emp. vbi emptor
rei alienæ qui bona fide poſſidebat
non conſtituitur in mala fi. ex eo ꝙ
quis extraiudicialiter ſibi denuntia-
uit rem eſſe ſuam.
10 † Sed reſponderi poteſt,ꝙ text. in d.
l.pe.loquitur in eo qui erat in bona
fide cauſata ex ti.emptionis: merito
illa bona fides non alteratur ex ſim-
plici denuntiatione alterius. Non
ſic videtur in laboratoribus, quorũ
bona fides & credulitas erat ſolum
fundata in ſimplici dicto conducto
ris: ideo etiam ex ſimplici dicto al-
terius alteratur, cum nulla ſit ratio
quare magis vni quàm alteri creda-
tur. Et ſic defenditur iſta milicatio
quæ maximè haberet locum ſi pro-
teſtatio facta fuiſſet re integra ante
quam laboratores intrarẽt fundum.
arg.l.ſi fundum.& quod ibi Bart.no.
C.de rei vend.& ex eo quod dixi re-
f ſponderi poteſt f ad doctrinam Bar.
quæ facit pro opin.Alex. in l.quod
te.colum.pen.ff.ſi cert.pet.in l.qui in
alterius de reg. iur. cum ſim. vt dixi
ibi, quòd quis non tenetur credere
denuntianti vel proteſtanti in eo
quod non pendet à facto proprio e-
ius cui ſit proteſtatio: quia in facto
alieno eſt probabilis ignorantia,ni-
ſi facta ſit fides per inſtrumentum:
nam hoc nõ videtur habere locum
in laboratore: quia,vt dixi,ſicut fuit
facilis ad credendum conductori:
ita etiam debet contradicenti cre-
dere & deſinere.
Secundo glo.in d. §. tignum. habet lo-
cum propter ignorantiam probabi-
lem in qua ſunt laboratores. Secus
ergo videtur ſi ignorantia non eſſet
probabilis: vt quia eſſent vicini qui
11 præſumuntur habere notitiã † quia
vicinus præſumitur ſcire facta vici-
ni.c.quoſdam. de præſumpt.& not.
Bar.& doct.in l.j.ff.ſi cert.pet. Et in
ſimili caſu ad propoſitum noſtrum
tradit Spec.in tit.de empt.& vend.§.
nunc dicẽdum eſt.in fi. & in termi-
nis tradit Alex.in conſ.xxxvj.lib. j.
ſuprà alleg. Et pari ratione idem eſ-
ſet dicendum in aliis caſibus in qui-
bus ſcientia præſumitur: vt quia eſ-
ſet fama in loco, propter quã ſcien-
tia præſumitur:vt no.Bar. in l.is po-
teſt.col.vj.de acquir.hær. & in l. ſi
cui.§. eiſdem. ff.de accu.cum ſim.&
tradit Alex.in conſ.xxxvj. viſis his.
col.ij. libr.j. & in conſil. clxxvj. in
hac cauſa. col.iiij.lib.ij.& in conſil.
clx.co.ij.eo.lib.iij.& ſecũdùm iſtam
limitationem procedit text.in l.ij.in
fi.in verſi.ſi vero.ff.de term.mot. de
quo text.opponit Alb.& non ſoluit
in l.ſi quis id quod. ff.de iuri.omn.
iud. Nam loquitur ille text.quando
operarij ſcienter hoc fecerunt, vt
colligitur ibi,in verſi.ſeq.quòd ſi per
ignorantiam vbi tex.aduerſatiuè lo-
quitur de ignorantia. Ex quo datur
intelligi ꝓ in d.verſ. ſi vero. imme-
diate præcedenti loquitur, quando
ſcienter id factum fuit. & non pla-
cet ſol.Moder.in d.§.nuntiationem.
qui dicunt,ꝙ text.in d. l. ij. ſequitur
quando laboratores conducebantur
tur ad opus illicitum: quia ibi non
conſtat hoc: quia illa mutatio lapi-
dum & terminorum de ſe non vi-
12 detur de genere prohibitorum.† Ad
ſupradicta etiam eſſet videndum,an
excuſetur ille qui mandato iudicis
aliquid facit. Et regula eſt, quòd ſic
in regu.quod quis. de reg. iur. in vj.
& in l. non videtur.§.quod iuſſu.in-
frà eod. & quomodo hoc procedat
& intelligatur,reſeruatur dicendum
ibi,vbi melius cadit.

Philippus Decius Valentiæ.

ADDITIO.

a Actus non dicitur. Contrarium te-
net Salicetus in l.fina.C. de iudic.
Alex.

Alexand.in l.ſi quis maior.in princ.
C.de tranſact. Et in l.j.ff. ſolut.ma-
tri.in q. compromiſſi. Ipſemet Dec.
refert in auth.præterea.col.vij. ver.
& ad hoc facit.nu.12. C.vnde vir &
vxor.& in l.j.col. pen.num. 22.C.de
edendo. G. S.
b Compellit.Dec.conſ. ccij.nu.1.vbi
dixi. C.M.
c Quid.Bald.l.pen.in fi.C.quomodo
& quãdo iud.adde Ariſt. in iij.Ethi.
Gabr.Biel.in iiij.ſent.di.xv.q.iij.art.
j.tetigi in tract.vſura.nu.411. Et no-
uem gradus volũtarij tradit Bona-
uen.in ij.ſent.diſt.xij. & quæ dicam
infra eod.re.cxxiiij. C. M.
d Vltimò notandum eſt. Adde eundẽ
Dec.infra, eod.in l.is damnum.§.e-
ius vero. G.S.
e Laboratore. Idem Bald.l. non ideo
minus.col.j.C.de accuſ. Ang.de ma
leſi.verſ. Semproniũ mandatorẽ. q.
iiij. Socin.l. rem quæ nobis.col.vlt.
de acq.poſ.conſi. liiij.cũ ſeq.lib.iiij.
Iaſ.l.de pupillo.§. nunciationem.in
fin.de oper.nou.nunt.Fran.Purpu.l.
quod te.num.86.ſi cer. per. Limitat
Paul.conſi.ccccl xx.in fin.lib.j.Alex.
conſil.xxxvj.vbi in anno. tetigi lib.
j.Fran.Rip.c.ij.nu.61.de iud. C.M.
f Reſponderi poteſt. Vide quæ nota-
ui infrà,eo.in l.qui in alterius. G.S.

In l. In negotiis.
Argumenta.

1 *Furioſus quia agenda non intelli-
git,merito negotiũ gerere nequit.*
2 *Furioſus ne ad pias quidem cau-
ſas teſtari poteſt.*
3 *Teſtamentum furioſi aliquando
Romæ approbatum legitur.*
4 *Furioſus pro delicto non punitur,
quòd ratione careat & ſenſu com
muni.*
5 *Furioſi factum non perſonale di-
tur,ſed caſuale.*
6 *Furioſus iiſdem cauſis, quibus &
ignorans ligatur.*
7 *Filia furioſa aliquo caſu pro con-
ſentiente habetur.*
*Filia ſanæ mentis,ſi non contradi
xerit,pro non conſentiente habita.*
8 *Furioſus quo differat à pupillo fa
ri valente.*
9 *Pupillus infans à pari procedit cũ
eo,qui infantiæ proximus eſt.*
10 *Pupillus qualiter obligari poßit,
remiſsiuè.*

REGVLA V.
PAVLVS.

IN negotiis cõtrahendis alia
cauſa habita eſt furioſorũ,
alia eorum qui fari poſſunt,
quanuis actum rei non intelli-
gant. nam furioſus nullum ne
gotium contrahere poteſt:pu-
pillus omnia negotia tutore
autore agere poteſt.
1 PRimo noto,quod† furioſus nul
lum negotium contrahere po-
teſt: quia non intelligit quod agit.
§.furioſus.inſtitu.de inutil.ſtipul. &
nulla eſt eius voluntas.l.furioſi. in-
fra eodem.§.præterea.inſtitut. qui-
bus non eſt permiſſum facere teſta.
& in omnibus & per omnia loco
abſentis & quieſcentis habetur l. ij.
§.furioſus.ſupra de iure codic. l.j.§.
adipiſcuntur.ſupra de acqui. poſſeſ.
& in l. vbi non voce.§.furioſus, in-
fra eodem.in l.ij.§.furioſus.ſupra,de
procuratoribus.
Et iſta concluſio procedit etiam dato,
quòd actus per furioſum recte fa-
ctus fuiſſet, prout prudenti con-
ueniret: quia hoc videtur factum à
caſu ex quo mente caret: vt dicitur
in d.§. præterea. cum ſimil. ſupra

2 alleg.Et hoc patet, quia † etiam ad
pias cauſas furioſus teſtari non po-
teſt: vt Bart. concludit in l.j.in j.q.
C.de ſacroſan.eccle.bene facit text.
in c.fi. de ſucceſſio. ab inteſt.& in c.
ſicut tenor.de reg.& hoc videtur ve
rum, quãdo conſtat talem non eſſe
ſanæ mentis: alias vero ex diſpoſi-
tione quæ mature & prudenter fa-
cta ſit, ex quo hic nõ cõſtat de furo-
re, videtur, ꝙ nõ præſumatur furio-
ſus. Et hoc modo videtur procede-
re quod notat Io.And.in c.fi.de ſuc
a ceſ.ab inteſt.circa fi.vbi refert[a] te-
3 ſtamentũ cuiuſdã qui dicebatur fu-
rioſus, ex eo, ꝙ recte factum fuiſſet,
Romæ in ſenatu approbatũ fuiſſe.
& recitat Bald.in cap.j.in princ.per
quos fiat inueſt.Alex.in l.furioſum.
C.qui teſt.fac.poſ. & facit quod no.
Ang.in d.l. furioſum. vbi inquit, ꝙ
in furioſo qui dilucida habet inter-
ualla, ex qualitate actus pręſumitur
b factum, quando erat ſanæ mentis.[b]
cũ ſi.& tradit Alex. in cõſ. cxiij.ma-
tureq;. col.iiij.lib.j. & in cõſ.xxxvj.
4 viſis atteſtationib.col.pe.li.ij. † Se-
cundo, prædicta concluſio quæ vi-
detur loqui in cõtractibus, amplia-
tur vt habeat etiã locũ in delictis, in
quibus furioſus non punitur, l.ſed &
ſi quemcunq;. §.ſecũdo.ff.ad legem
Aquil.l. illud.§. ſane.ſupra de iniur.
c & etiã pro graui delicto,[c] puta pro
homicidio.vt eſt text.in l.diuus.ſu-
pra de of.præt.l. infãs. ſupra ad leg.
Corn.de ſica.in l.pen.§. fin. ſupra de
par.Aliqualis tamẽ pœnitẽtia impo
nitur, ſi furioſus poſt delictũ cõmiſ-
ſum ad ſanam mentem cõuertatur.
vt dixit tex.xv.q.j.c.ſi quis inſaniẽs.
& hoc toleratur, ne diſciplina eccle
ſiæ deſeratur, vt dicitur in c.excom-
municatorũ. xxiij.q.v. vbi imponi-
tur pœnitentia pro homicidio per-
miſſo, ne diſciplina eccleſiæ deſera-
tur.& in hoc tenet Luc.de Pen. in l.
ſi apparitor.col. fi.de coarta. lib.xj.

Sed hoc dictum nõ videtur verum:
quia furioſus pro tali homicidio
non efficitur irregularis tex. in cle.j.
de ho.ergo non videtur aliquo mo-
do puniẽdus:& quia ſatis ipſo furo-
re punitur.d.l. diuus.& d.l.pe.§.fi.de
par. & quia ibi dicitur tale homici-
5 diũ eſſe impunitũ. † Et quia factũ à
furioſo, videtur factũ à caſu ſine fa-
cto perſonæ.vt dicit text.in l.fi.in fi.
ſupra de admi.tut.& gl.hoc tenet in
d.c.ſi quis inſaniens.in ver. propria.
& ad illum text. in princ. reſponſio
colligitur. Non obſt.text.in d.c.ex-
communicatorum. quia ibi poteſt
eſſe culpa, quę non cadit in furioſo.
6 † Et ad ſupradicta notãdũ eſt, ꝙ fu-
d rioſus[d] tamẽ obligatur ex cauſis, ex
quibus ignorans obligatur, vt pro-
batur in l.iij.§. & ſi furioſi. ſupra de
neg.geſt.& no.per gloſ.hic, & tradit
Bartol.in l.Iulianus. in vij. col.ff.de
condict.indebiti.
Et not. etiã caſum ſing. quẽ gl.hic ad-
ducit in quo furioſa filia pro cõſen-
tiente habetur in l.ij.§.voluntatẽ.ff.
ſol.mat.vbi videtur ille text.contra
text.in l.quia certum.ff.loca.vbi fu-
rioſus nõ poteſt haberi pro conſen-
tiente: quia expreſſe conſentire non
poteſt.Doct. laborant in ratione il-
lius §.voluntatẽ, in d.l.ij ff.ſol.mat.
Iaſ.ibi dicit, ꝙ in d.§.voluntatẽ.non
fingitur cõſenſus aut voluntas: quia
iſtud eſt impoſſibile in furioſo d. l.
qui ad certũ, ſed ibi fingitur nõ con-
tradictio: quia filia ibi furioſi habe-
tur pro non contradicente.
Sed certe hoc videtur cõtra illum tex.
qui expreſſe dicit conſentire eam,
quia merito credat: ergo ibi fingi-
tur cõſenſus: & nullo modo dici po-
teſt ꝙ fingatur ibi non cõtradicere:
quia in veritate nõ contradicit filia
furioſo. Cum ergo habeamus veri-
tatem, non eſt opus fictione: quia fi-
ctio cum veritate non conueniret.
l. filio quem pater. ff.de lib.& poſth.
Præter

7 † Præterea in illo caſu filia ſanæ
mentis, ſi non contradicit, habetur
pro conſentiente.vt ibi dicitur, niſi
euidenter contradicat, videri patri
conſentire, ergo in illo caſu non vi-
detur differentia an fingatur con-
ſentire, vel fingatur non contradi-
cere. Et ideo ſtat contrarium de d.l.
quia certum.quia in filia ſanæ men-
tis, taciturnitas habetur pro conſen
ſu: quia cõtradicere potuiſſet: ſecus
videtur in furioſa d. l. quia certum.
e Sed poteſt reſponderi,[e] vt dicit gl.
hic, quòd ibi ſit caſus ſpecialis:& ra
tio ſpecialitatis videtur, quia actio
erat communis cum filia:& quia nõ
agitur de intereſſe filiæ, ex quo pa-
ter teneretur illam iterum dotare, ſi
non haberet dotem: vt no.per gl.in
l.ij.§.quòd ſi in patris. in verbo, dos
eſt.ff.ſolut.matrimo.
8 † Secundo principaliter noto diffe
rentiam quam regula facit inter fu-
rioſum, & pupillum qui fari poteſt,
& idem habetur in §. furioſus. & in
§.pupillus.inſtit. de inut.ſtip. Secus
eſt in pupillo infante, quia furioſo
æquiparatur, vt à cõtrario ſenſu col
ligitur hic. & ad idem pro iſta æqui
f paratione[f] eſt text.in d §.pupillus.
in l.j.§.adipiſcimur. ſupra de acqui.
poſſ. in l. Fulcin.§.adeo.ver.ita au-
tem.ſupra ex quibus cau.in poſſ. ea.
in l.pupillus.ſupra de acquir.hær.in
l.vij.ſupra de cond.fur.in l.quod in-
fans.ſupra de rei ven.in l.infans.ſu-
pra de ſica.in l.inuitum. de ſer. vrb.
prædio.in §.præterea.inſti.qui. non
eſt permiſ.fa.teſ.in l.quod pupillus.
ſupra de condi.inde. in l.pupillus.ſu
pra de act.& obl.in l. j.C.de fal.mo.
limitatur in caſu l. infantis. C. qui
admitti.vbi gl.facit differẽ.inter in-
fantẽ & furioſum, de quo ibi dixi.
9 † Et quod dictum eſt de pupillo in
fante, idem eſt ſi infantiæ proximus
ſit. vt dicitur in d.§. pupillus.inſt.de
inuti.ſtip.& gloſ.ibi declarat, quan-
do dicatur proximus infantiæ vel
pubertati, in verbo infantiæ proxi-
mus.& idẽ gl.in l. pupillũ.in j.glo.j.
eod.not.Bar.in l.j.ff.de noua. col.ij.
Et de hoc quomodo intelligatur &
procedat, videbimus in d.l. pupillũ.
infra eo.vbi melius cadit: quia text.
ibi loquitur de pupillo proximo pu-
bertati. Regula ergo ex differentia
quæ traditur hic, procedit in pupil-
lo qui ſit maior infante & proximus
pubertati: quo caſu habet aliquem
intellectum, & actus in eo fundari
poteſt & ſuppleri cum autoritate tu
toris: vt hic dicitur, & in d.§.pupil-
lus.de inuti.ſtipul.
10 † Et qualiter pupillus obligetur, no.
Bar.in d.l.j.col. pen. ſupra de noua.
cuius dicta reaſſumit Ang. Arc.in d.
§. pupillus. col.j. & videbimus in l.
pupillus. infra eo.

ADDITIO.

a Refert.Ant.Corſ.in ſingu.ver. teſta-
mentum.Iaſ.l. patre furioſo. col.ſe-
cũda, de his quæ ſunt ſui vel ali.iur.
& conſilio. cxlj.col.v. lib.iiij. Hipp.
mar.ſing.cccxxx.vide Cor. conſilio
lxxiij.lib.j. C.M.
b Mẽtis.Dixi remiſſiue ad Alex. conſ.
cxlj.lib.j.fa. Pentha. de Cre.repet.l.
ij.col.ij.C. de reſcind. ven.Lud.Co-
mes in Reg.Cancell. reg.de infir.re-
ſignan.q.x.Sed, ꝙ præſumitur furor
perſeuerare, & in eo facto, Alex.cõ-
ſil.cxlvij.col.ij.lib.vij.Bertran.con-
ſil.xlviij.ex proceſſu.col.ix.lib.j. vi-
de Alciat.tract. præſum.reg.ij. præ-
ſum.xviij. C.M.
c Delicto. Nota tamen, ꝙ ſi culpa ſua
ſit factus furioſus & delinquit, non
excuſatur.ita Car.in clemen.j.de ho
micid.in vj. quòd de delicto tamen
commiſſo ante furorem nõ poteſt
puniri criminaliter. ita Bal. in capi-
tulo primo, de eo qui frat. ſuum oc-
cidit. & iſta eſt communis opin. de
qua vide latiſſime per Iaſ.poſt Alex.
l.ex facto.de vulgar. & pupil. col.x.
verſ.

verſ.ſed pulchrum dubium.& Bald.
in cap. in literis. de reſcript. & hoc
procedit etiam ſi ante furorem fue-
rit condemnatus, ſecundum doct.
ibi. Si tamẽ conſtaret de ſimulatio-
ne, bene poteſt puniri. ita Bald.l.fu-
rioſum.qui teſt.fa.poſ.C.in cautela.
hinc vſus eſt quidam iudex in pa-
tria mea quadam cautela:nã cũ vel-
let mandare ſententiam executioni
contra quendam malefactorẽ: fuit
oppoſitum, ꝙ non poterat propter
ſuperuenientem furorem: tunc ipſe
fecit ponere malefactorem in loco
vbi erat ſagittãdus: & præcepit cui-
dam ex executoribus vt percuteret
ſagitta lignum in quo malefactor
erat: quo facto ipſe alta voce petiit
confeſſionem:& ſic detecta fuit ma
litia malefactoris. Qualiter autem
probetur furor, vide Barb.c. cum di
lectus.de ſucceſſ.ab inteſt.ij.col.Iaſ.
l.furioſum.j.col. quia quis non præ-
ſumitur furioſus, ſecundum Bal.per
illam l.in fine. C.de hæredib. inſtit.
ideo alleganti incumbit onus pro-
bãdi, vt per Bal.in l.nec codicillos.
C.de codic.& Card.clem.j.ſupra al-
leg.in ij.q. Et an probetur per teſtẽ
non reddentem rationem dicti ſui,
vide Bald.in l.ſolã. C.de teſtib.P.de
Caſt.in d.l.furioſum. H. C.
d Furioſus. Et an furioſus gaudeat o-
mnibus priuilegiis pupilli Bald.in l.
ij.C.qui admit.& vnum not.ꝙ licet
furioſus non habeat conſenſum in
contractibus, habet tamen in quaſi
contractibus.ita Bal.in ſua Marg.in
verbo, furioſus. & in dubio ſi ſit fu-
rioſus per dilucida interualla ſi fa-
ciat teſtamentũ vel contractũ præ-
ſumitur feciſſe tẽpore non dilucidi
interualli ita Bal.vbi ſupra. H.C.
e Sed poteſt reſponderi. Glo.in d.l.ij.
§. voluntatem. in ver. credet. aliter
ſoluit, & melius.ff.ſolut.matri. G.S.
f Pro iſta æquiparatione. Vide Soci.
& Alex.& Iaſ.in l.j.in princ.col.fin.
ff.de verb.oblig. G.S.

In l.Non vult hæres eſſe.

Argumenta.

1 *Legitimus conſentiens hæreditatẽ*
transferri in inſtitutum, præſumi-
tur nolle hæres eſſe.
2 *Transferre latius patet, quàm cõ-*
cedere.
3 *Transferre velle intelligitur quis*
variis modis.& num.9.
4 *Corrumpere volẽs mulierem, quan*
do capite puniri debeat.
5 *Voluntas non eadem eſt cum facto*
ſed ipſa re diſtincta.
6 *Verba ſtatutorum ſunt propriè in*
telligenda.
Veneno interficere volẽs, an ſit ple
ctẽdus, ſi nõ perfecerit quod voluit.
7 *Venenum emens, necandi gratia,*
punitur, ac ſi necaſſet.
8 *Verba actũ denotantia pro mate-*
riæ ſubiectæ ratione, ſumuntur,
quãdoque pro ſimplici voluntate.
10 *Actus ſe habens per modũ actio-*
nis, fortior cenſetur eo, qui per pa-
tientiam conſtat.
11 *Nõ velle dicitur, qetiã velle poteſt.*

REGVLA VI.

VLPIANVS.

NON vult hæres eſſe, qui
ad alium transferre vo-
luit hæreditatem.

ISTA regula melius quàm gl. di-
cat, exẽplificari poteſt in caſu l.ſi
quis ita hæres inſtituatur ſi legiti-
mus.ſupra de hæred. inſt. vbi hæres
inſtitutus ſub cõditione ſi legitimus
hæres hæreditatẽ vendicare nolit.
1 † Nã ſi legitimus cõſentiat, ꝙ hære-
ditas in hæredẽ inſtitutum transfe-
ratur,

ratur apparet, ꝙ nõ velit eſſe hæres,
vt hic dicitur: qui enim rẽ in alterũ
transfert, illã nolle ipſe habere dici-
tur: vt de donatione tex.dicit in l.ſe-
natus.§. j.ff.de donat. cau.mor. vbi
qui donat illum potius quàm ſe ha-
bere mauult. Et qui rẽ habet pro de-
relicto, intelligitur voluiſſe in alium
trãsferre, & à ſe omnino reiicere: vt
inquit tex.in l.j.in l. ſi id quod. §.fin.
ff. pro derelict. in l. quod ſeruus. in
prin.ff.de ſtipula.ſer.& in §.hoc am-
plius.inſtit. de rer.diui. Et ideo hic
bene dicitur, quòd nõ vult hæres eſ-
ſe, qui ad alium voluit hæreditatem
transferre:& verbũ illud, transferre,
de quo tex. loquitur, intelligitur de
2 totali abdicatione: † quia plus eſt
a transferre, [a] quàm concedere.vt per
gl.in c.j.de cõm.in §.ſed quod prin-
cipi.in verbo, cõceſſit. inſtit.de iure
natu.& in c.lex eſt.ij.diſtinct.quę ex-
ponit tranſtulit, id eſt conceſſit. Et
ideo tranſlatus de vna eccleſia in a-
liam, nihil retinet de prima.xxj.q.ij.
c.ſi quis tranſlatus.Et not.Bal.per il-
lũ tex.in l.Vlpianus.ff.de exc.tut. Et
dũ in tex.dicitur hic voluit trãsferre.
iſta verba duplic. intelligi poſſunt.
3 †Primò ſimpliciter pro nuda vo-
luntate: vt quia declarauit volunta-
tem ſuam eſſe, ꝙ hæreditas in alium
transferatur, prout dictum eſt in fi-
guratione caſus, per illum text. in
d.l.ſi quis ita hæres.
Secũdo, illa verba, voluit trãsferre, in-
telligi poſſunt cum effectu, ita ꝙ re
ipſa hæreditatẽ ipſe in aliũ trãſtule-
rit. Et ita videtur gl.hic intelligere.
Et ſecũdum iſtũ intellectũ hic pro-
batur quod voluit glo. no.per illum
tex.in l.ſi.ff.de re.diui.quæ verba hic
poſita, muros tranſcendere voluerit:
interpretatur & intelligit, quòd re
4 ipſa tranſcenderit muros.† Et Bart.
ibi per iſtam glo. infert ad ſtatutum
b quo cauetur, ꝙ ſi quis voluerit [b] ali-
quã mulierẽ corrumpere, capite pu-
niatur. Nã intelligitur, ꝙ cũ effectu
illam corruperit. Et ex hoc dicto
Bar.infert.Franc. de Cre.in ſuo not.
xlix.defenſaui ſemel, quòd ſtante ſta
tuto quòd ſi quis voluerit aliquẽ vẽ-
nenare, capite puniatur, quod tale
ſtatutũ non haberet locũ in illo qui
præparauerat venenum, ſi delictũ nõ
fuit conſummatum: quia verbum il-
lud, voluerit, intelligitur de re ipſa,
quòd fecerit.Et pro tali expoſitione
etiam eſt gl.in l.j. in verbo. Voluerit.
ff.de leg.ij. Et illum not. ibi Alex. in
fi.poſt Pau.de Caſt.Et ad idẽ eſt glo.
in l.ſi.in prin.C.de cond.in ver. vo-
luerit. quæ exponit voluerit, id eſt
elegerit.& in l.ſi conſtituerit.in ver.
voluiſſe.ff.ſini.reg.& in l. quòd ſi ab
initio.ff.ſi cert.pet.& in c.ſi diligen-
ti.in verbo purgare.de foro compe.
& not. Bald.Ang.& Imol.in l.ſi quis
Sempronium.ſupra de hæred. inſtit.
c Sed tamen [c] aduertendum eſt in
prædictis quæ Doctores ſimpliciter
ſequũtur.Nã talis expoſitio eſt con-
5 tra proprietatem verborum: † quia
voluntas ab ipſo facto ſeparata eſt,
& diſtinguitur. c.j. de eo qui mit. in
poſ.l.promiſſor Stichi.§.cũ cõſtitu-
to.ſupra de conſtit. pec. Et ideo ex-
ponere verbum voluerit, pro ipſo
actu, eſt contra proprietatem ver-
borum. Bene fateor, quòd talis ex-
poſitio tolerari poteſt, quandoque
propter ſubiectam materiam: quia
verba ſecundum ſubiectam mate-
riam accipiuntur. l. ſi vno in princ.
vbi Bart. C. loc. etiam impropriando
do verba: vt Alexand. tradit in con-
ſil. v. puto de iure. libr. iiij. cum ſi-
mil. vt dicam in l. quoties. infra
eod. Et hoc modo procedit & in-
telligitur gloſſ. in d. l.fina. ſupra de
rer. diuiſ. Nam illa expoſitio ibi
neceſſaria eſt, quòd exponatur ver-
bum illud, tranſcendere voluerit,
pro facto quòd tranſcenderit: quia
pœna, de qua ibi agebatur, erat

impoſita pro ipſo facto, vt dicitur ibi in principio. l. ſi quis violauerit.
d Nam verbum [d] illud violauerit, deſignat factum. vnde licet poſtea inferius in eadẽ l. dicatur, quòd Remus occiſus fuit ex eo ꝙ muros tranſcendere voluerit: cõſonat quòd verbum illud voluerit, pro facto accipiatur, ſecundum quod in prin. l. dicitur. Et ideo illatio quam facit Bart. ad ſtatutum in d. l. fin. non bene probatur in ſtatuto: quia in ſtatuto non concurrit illa ratio ita interpretandi quæ in præalleg. l. fin. habetur.
e Et in contrarium eſt [e] regula communis, † quòd ſtatutorũ verba propriè intelliguntur. l. iij. §. hæc verba. vbi Bart. ff. de neg. geſt.
Minus etiã ſatisfacit illa deciſio Fran. de Cre. quòd ſtatutum ſi quis voluerit venenare aliquem, nõ habeat locum in eo qui præparauit venenum.
7 † Primò, quia militat ratio inducta contra Bar. quòd in caſu ſtatuti non
f ſubeſt alia neceſſitas [f] recedendi à proprietate verborum, prout erat in caſu dictæ l. fin. de rerum diuiſio.
Secundò, quia in caſu in quo loquitur Franc. de Cremona, ille non habuit ſimplicem voluntatem, ſed deuenit ad actum, quia venenum præparauit: & per eum non ſtetit, quia detectus fuit, vt ipſe dicit: quo caſu ſtatutum videtur voluiſſe talem pœnam imponere propter atrocitatem delicti: quia plus eſt hominem veneno interficere, quàm gladio. l. j. C. de male. Et ad hoc bene facit deciſio. Barto. in l. j. ff. de parr. vbi in vlt. not.
† per illum tex. dicit, ꝙ ille † qui emit venenum vt daret alicui, licet non dederit, punitur tamen perinde ac ſi dediſſet. Quod dicit notandum eſſe contra quoſdam monachos qui voluerunt abbatem venenare.
Et de hoc not. Io. de Anan. in rubr. de his qui fil. occi. & Barth. Veron. in conſi. lxxxj. viſa inquiſitione. & eſt conſilium vltimum. Et idem Bartholo. Veronenſis in conſilio v. caſus talis. & in ſimili caſu de abortiuo tradit And. Sicul. in conſi. xxiij. ſapientiſſimus dicit lib. ij. col. pen.
Eodem modo quantum ad caſum huius l. applaudet, ꝙ verba illa transferre voluerit, intelligantur cum effectu propter ſubiectam materiam: vt ſupra dictum eſt.
8 † Sic etiam econtra propter ſubiectam materiam verba quæ denotãt actum & effectũ, pro voluntate ſimplici quandoque accipiuntur.
g [g] l. ſtipulatus ſum Damam. de verborum obligat. cum gloſ. in ver. dares. quæ exponit dare velles. l. ij. in prin. ff. ſol. matrim. in ver. cogitur. circa finem dum dicit: ſtipulanti, id eſt ſtipulare volenti. & in l. illud. C. de ſacroſan. eccleſ. in verſi. fecerit quæ exponit, id eſt facere voluerit. facit text. in l. j. §. j. ff. de aqua plu. arcen. cum gloſſ. in verſi. noceat. quæ exponit, id eſt, nocere poſſit, ad idem text. in l. Labeo. in prin. §. de ſtatu lib. ibi, nocet, id eſt, nocere poſſit & in l. hæ actiones. ff. ad Velleia. cum gloſſ. in verſi. competunt, quę exponit, id eſt, competere poſſunt cũ ſimil. vt in notab. caſu tradit And. Sicul. in conſil. xxj. præclare dicitur, col. iij. lib. ij. & cõſi. lxxxj. præclare & eleganter. col. ij. li. iiij. Et retento ſupradicto intellectu, ad iſtum tex. ꝙ verba illa transferre voluit, intelligantur cum effectu, ita ꝙ realiter in alium hæreditatem tranſtulerit, colligitur & bene probatur hic,
9 † ꝙ ex facto voluntas declaratur. ad idem tex. in l. Paulus reſpondet. ff. rem rat. hab. in l. ſi auia. C. de iure delib. in l. reprehendenda. cum gl. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi gl. in ver. comprobaſti. quę allе. bonũ text. in l. de quibus. §. de legib.
Et plus eſt aliquid facere facto, quàm verbo: vt dicit tex. in c. dilecti. el. ij. de app. Et plus eſt facere, quàm pronunciare,

nunciare, vt inquit tex. in l. ſi tamen. §. ei qui. §. de ædil. edict. & potiora ſunt facta ad declarandũ voluntatem, quàm verba, quæ ſæpenumero contra intentionem proferuntur: vt Abb. dicit in conſ. cxvij. illud de iu-
10 re quæritur. lib. ij col. ij. † Notandũ tamen eſt ꝙ voluntas quæ ex facto colligitur, tacita videtur: Et ad qualitatẽ facti reſtringitur & limitatur: vt not. Bar. in l. j. §. ſi quis hoc interdicto. in fi. ff. de itin. actuq; priua. quæ vero verbis fit, expreſſum dicitur, & magis extẽditur gl. not. in cle. ſæpe. in verſic. partibus. circa fin. de verb. ſign. de qua not. Paul. de Caſt. in l. ſi cõuenerit. §. de iuriſd. omn. iud. & in conſi. xxv. ſuper primo. col. v. ſecundum formam primam. & Rom. in conſil. cxxxiij. in propoſito caſu. Et ad idem facit gloſſ. not. in l. j. §. ſed videndum. in verſic. ſuccedat, infrà, de ſuc. edi. prout illã declarat Paul. de Caſtr. in l. j. C. qui admit. de quo videndum eſt quod dixi ibi, col. iij.
Similiter notandũ eſt, ꝙ licet facto voluntas declaretur, vt ſuprà dictum eſt: tamen actus facti qui ſe habet per modũ agendi, eſt fortior & magis intentus ad demonſtrandũ voluntatẽ: quàm actus qui ſola patientia conſiſtit: vt not. Inno. tradit, in c. olim. el. iij. de reſti. ſpol. Ant. de But. in c. veniẽs. col. ij. verſic. reſtat videre. de fil. preſbyt. cum ſimil. vt Mod. cõgerunt in c. gratũ. de offic. deleg. & dixi ibi, col. penu. Sic etiam teſtis facilius probat facere, quàm pati. vt not. Bal. in l. data opera. col. xj. verſ. octauo modo dicitur. C. qui accuſ.
Vltimo conſiderandum eſt, quòd regula iſta videtur procedere quantum ad hæreditatem de qua principaliter diſponitur quòd in alium transferatur. Secus eſt in conſequentia: quia trãsferendo in alium hæredi-
h tatem, videtur velle [h] eſſe hæres per prius: quia aliter in alium tranſlatio fieri non potuiſſet. l. ſi auia. vbi tex. C. de iure deliberan.
In gloſſa vnica, quæ laborat ponendo exempla ad iſtum tex. quæ, non videntur conuenire. Nam in duobus primis exemplis nõ potuiſſet pro ſe retinere ille, qui in alium tranſtulerit hæreditatẽ, cuius contrarium videtur præſupponere tex. hic, dum
11 inquit, non vult hæres eſſe. † quia non velle dicitur, eſſe eius qui poteſt & velle. l. eius. §. eod. & vlterius in ſecundo exẽplo, quando quis fuit grauatus reſtituere, ipſe remanet hæres ſaltem nomine, & non fit totalis tranſlatio, vt denotat verbum illud trãsferre, vt ſuprà dictũ fuit, in prin. Alia duo exempla poſita in glo. etiã non poſſunt bene adaptari: quia ibi hæreditas in illum transfertur propter expreſſam repudiationẽ. & non ex eo ſimpliciter quando quis hæreditatẽ in alium trãſtulerit, prout hic tex. loquitur. & vltra glo. ſecundum Alber. hic exemplificari poteſt text. in caſu. l. fuit quæſtionis. §. de acqui. hæredi. & in l. Iulianus. in princ. §. ſi quis omiſſ. cau. teſt. Sed etiam illa iura non videntur bene adaptari poſſe ad iſtam regulam quę videtur loqui in caſu licito in quo quis poſſit licite in alium hæreditatẽ transferre, vel illam habere apud ſe: ſed in illis iuribus punitur trãsferendo hæreditatẽ in alium: ideo exemplificari poteſt, vt dixi ſuprà in princ.

Philippus Decius Valentiæ.

ADDITIO.

a Quia plus eſt transferre. Adde eundem Deci. in l. j. §. qui mandatam. in fin. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdictio. Gabr. Saray.
b Voluerit. Iſtud dictũ ſequitur Barb. in c. quia nonnulli. de reſcript. col. xvij. & Feli. in ſuo tract. quando conatus puniatur. in iiij. col. in princ. quem vide in iſta materia. & Socin. in tract. fallen. in regu. xxxj. fol. 8. &

Philip. Dec. c

Bertachi.in ſuo repertorio.in verſiculo venenatio.

c Tamen. Eadem tradit & tenet Dec. in l. certi condictio. §.fin.col. ij. ſ.ſi cert. pet. vbi aliquid dixi. C.M.

d Nam verbum illud. Vide Bart. in l. poſt dotem. col.iij. nume.21. ff.ſol. matrimo. Gabr.Saray.

e Et in contrarium. Idem not. Iaſ.in §.omnium.nu.19.inſtit.de act. G.S.

f Neceſſitas. Imò videtur ꝙ ſic: quia ſtatuta puniētia delicta intelliguntur de conſūmmatis, iuxta doctrinā Bart.& omnium in l.j.ad leg. Corn. de ſicar. & ſtatuta debent intelligi in caſu vero & non ficto. l.iij.& ibi Bald.§.hæc verba. de neg. geſt.& l. quicquid.de verb.oblig.ſuprà.& ſic iſta voluntas venandi etiam ſi proceſſit ad actū propinquū, dicitur ficta. vnde nō poteſt puniri per ſtatutum, quia requirit factum verum & conſummatum: prout in ſimili conſuluit Bal.in conſi.ccclvj.incip.ſtatuto Placentiæ in j. volu.vbi vult ꝙ ſtante ſtatuto Placent.ꝙ quicunque nixus fuerit adulterium cōmittere, decapitetur. ꝙ ſi quis tentauerit, & non potuit adimplere, ꝙ non ſit decapitandus, ſed ꝙ puniatur alia pœna pecuniaria: per not. per Cyn. & doct.in l.is qui cum telo. ad l.Corn. de ſicar. Tertio facit, quia per conſuetudinem, totius mundi eſt derogatum omnibus legibus diſponentibus conatum puniri: vt vult Spec. in tit.de accuſat.in §.j.quem ſequitur Bald.in conſil.ccclxj. in j.volu. incipien. quidam rumor.& Alex.in conſil. xv.in j. vol. ij. col. Angel.& Moder.in l.j.§.hæc autem verba.ff. quod quiſque iuris. Felyn. in tract. quādo conatus puniatur. in iij.col. Angel.in tract.malefic.in verſ.& ex interuallo. penult. colum. Bertachi. in ſuo repertorio. in verſic.venenatio. vbi dicit ſe pluries iudicaſſe Romæ. Barb. latiſſime in conſil. xxxiij. in ij. vol. & hæc eſt communis opi. prout ipſe dicit, & ſic videtur quòd bene iudicauerit Franc.de Cremon. exponendo venenauerit, id eſt re ipſa fecerit, & mors ſecuta eſt. pro quo facit tex.glo. in c.conſulere. de ſimonia. his tamen non obſtātibus credo opin. d. Philip. veram per ea quæ ipſe ſubtiliter dicit, prout moris eius eſt ſemper mittere falcem ſuam in materias ſubtiles, nodoſas, & intricatas, & eas miro & ſubtili modo enucleare; nam negari non poteſt, quòd volūtas ſit ſeparata ab ipſo facto. text.c.j. hic per eū alleg. vbi gloſ.in verb. voluntatem, alleg. plures cōcord. quæ voluntas in delinquendo retenta in animo etiam in atrociſſimis delictis non punitur. l.cogitationis.ſ. de pœn. latè Card. in cle.j.de vſur.in iij.q. ſed vbi proceſſum eſt ad actum exteriorem; efficitur punibilis; vt not.dicit Bald.in l.non ideo minus.C. de accuſat.vij. col.dicens, quòd etiam in atrociſſimis volūtas ſeu ordinatio ad delinquendum non punitur, niſi proceſſum ſit ad aliquem actum ordinatum de præſenti ad ipſum factum; quo caſu venit puniēda: ſic ergo in præſenti caſu. Secundo vbi quis eſt impeditus impedimento facti, vt quia fuit detectus, nō venit puniendus conatus: vt volunt doct. maxime Cardin.in d.c.j.de eo qui mit.in poſſeſ. Tertio, ſtatutū loquitur clarè & expreſſe puniendo ipſam voluntatem. ergo debemus ſequi illud: quia lex vel ſtatutum quātuncūq; durum & rigoroſum ſit, vbi clare loquitur, eſt ſequēdum. l.proſpexit. ff.qui & à quibus. Quarto, verba ſtatuti ſunt intelligenda propriè vbi abſonus intellectus non ſequitur: vt in l.iij.§.hæc verba.& ibi Bart. ff.de negot.geſt. ita in caſu iſto cum clare conſtet voluntatem ſtatuentium velle punire ipſam voluntatem de-

linq

linquendi propter atrocitatem delicti: vt in l.j. C.de malefic. vbi gloſſ. Salic.& Ioan.Fab.& Ang.poſt gloſſ. in §.alia. inſtit. de public. iud. Bald. in ſuo conſil.clxiiij.in iij.volum.vbi appellat iſtud delictū grauiſſimum, dicens ꝙ committens tale delictum, proditor & homicida nuncupatur. ergo ſi eſt grauiſſimum, quare non punietur eius conatus, ſicut in aliis etiam hodie, vt in crimine læſæ maieſtatis, & in aſſaſſinamento: vt vult ipſe Bald.& Ang.poſt gloſſ.ibi in d. §.hæc verba.& magis latè Lud. Bolo.in ſuo conſil. viij.in iij.col. verſi. quo aſſaſſinamento. Quinto, facit dictū conſil.Bald. ccclvj vbi vult, ꝙ ſi ibi probatum eſſet, ꝙ ille qui tentauit cōmittere adulterium, feciſſet quicquid potuerit, & per eum non ſteterit, ꝙ veniret puniendus: tamen quia ibi non perſeuerauerit: quia aufugit, non puniendus & ad contraria ſuprà adducta reſpondeo, ꝙ nos loquimur vbi ſtatutū clare vult punire conatum: quia tunc non poteſt dici caſus fictus, imò verus, quia ipſa voluntas delinquendi vera eſt: nec etiam nō conſummatum, quia ſatis eſt conſummatum illud quod punit ſtatutum, nec etiam obſtat communis opi. quę habet, quòd generali conſuetudine eſt hodie derogatum omnibus legibus punientibus conatum, quia illa non extenditur ad atrociſſima delicta, vt ſuprà dictum eſt, nec etiam obſtat d.c. conſulere: quia reſponde, prout ad l.fi.de rer. diuiſ. Et bene verū quòd in iudicando eſſet durum recedere à prima opinione quam ſequuntur omnes. de quo vide hic per domi. Philip. alleg. maximè Barb. Vnum tamen dico, quòd ſi caſus eueniret vbi eſſet in practica talis ſpecies delicti, prout eſt Romæ quòd iudicarem contra communem, & credo quòd rectè. Hier.Cuch.

g Quandoque accipiuntur. Adde eundem Deci. in l. cognitio.§.vt poſſeſſio.col.ij.verſic. vlterius. ff.de offic. eius cui manda.eſt iuriſdict. gloſ.in c.nerui. in verbo, conceſſit. xiij.diſt. Et facit quod not. Gemin. in c. felicis in princ. col. j. verſic. quid ſi aliquis fuit. de pœnis lib.vj. Gab.Sar.

h Velle. Dixi in conſuet. Pariſien.§. ix.gloſ.iiij.num.7. C.M.

In l. Ius noſtrum.

Argumenta.

1 *Teſtamentū eſt quid indiuiduum, quod non eſt partim validum, & partim nullum.*

2 *Ius accreſcendi qua ratione introductum fuerit.*

3 *Subſtitutio pupillaris an faciat teſtamentum pro parte valere, quod alias non valet.*

4 *Teſtator non poteſt ius accreſcendi prohibere in inſtitutione.*

5 *Hæres partē hæreditatis adire nequit, alia repudiata.*

6 *Miles partim teſtatus, & partim inteſtatus decedere poteſt.*

7 *Miles de vna re teſtari poteſt, in reliquis remanens inteſtatus.*

8 *Miles, quod ad teſtamentum attinet, in dubio præſumitur vti velle communi iure.*

9 *Miles cœleſtis militiæ quo iure teſtetur, & an poſſit teſtatus partim, & partim inteſtatus decedere.*

10 *Qualitas quæ verbo adiungitur, ſecundum tempus verbi fere ſemper intelligitur.*

11 *Sententia iudicis quare ſtrictam recipiat interpretationem.*

12 *Statuto induci poteſt, vt decedere*
poßit quis partim teſtatus, & par-
tim non.
13 *Teſtatus partim quis decedit, quã-*
do alicui totum relinquere nequit.
Vxor maritum in tertia parte bo-
norum poteſt hæredem inſtituere,
in reliquis quos vult, aut debet.

REGVLA VII.

POMPONIVS.

IVs noſtrum non patitur eun-
dem in Paganis & teſtato &
a inteſtato [a] deceſsiſſe, earúmq;
rerum naturaliter inter ſe pu-
gna eſt, vt teſtatus & inteſtatus
quis ſit.

1 ISta regula, comprobatur: † quia
teſtaméтum eſt actus indiuiduus:
Ideo pro parte valere non poteſt: vt
not. Cy. in l. furioſum. C. qui teſt. fa.
poſſ. & Bald. per illum text. in l. ſi is
qui legem. ff. de teſt. & facit text. in l.
fideicommiſſa. §. j. & quod ibi Bart.
no. de leg. iij. & propter iſtã regulam
2 † ius accreſcendi introductũ fuit [b],
b ne quis decedat pro parte teſtatus,
& pro parte inteſtatus. vt not. per gl.
in l. ſi ſeruus communis ab extero.
ff. de acquir. hær. vt not. Bart. in l. j.
§. his ita. verſic. tertio habet. C. de
cad. toll. in l. re coniuncti. col. viij.
ver. quarto quæro. de leg. iij. & pro-
batur in §. non autem. inſtit. de hæ-
redib. inſtit. vbi tex. iſtam rationem
adducit. & in l. ſi duobus. ff. de teſt.
milit. & de iſta ratione videndum
eſt quod dixi, in l. j. C. quando non
pet. par. vbi defendo prædictam ra-
tionem ab impugnatione Moder.
Iſta regula ampliatur tripliciter. Et
quatuor modis limitatur.
3 Primo † enim ampliatur, vt etiam
habeat locum in pupillari ſubſtitu-
tione, quam facit pater pro filio. vt
no. Bald. in l ſed & plures. §. ad ſub-
ſtitutos. ff. de vulg. vbi per illum tex.
dicit, quòd ſicut pater poteſt dece-
dere pro parte teſtatus, & pro parte
inteſtatus: ita filius cui pater pupil-
lariter ſubſtituit: quod dicitur eſſe
notatu dignum. & hoc refert & ſe-
quitur Corn. Peruſ. in conſi. xxxviij.
in caſu iſto. lib. v.
4 Secundò, † ampliatur, vt iſta regula
intantum procedat, quòd diſpoſitio te-
ſtatoris in cõtrarium nõ valet: quia
non poteſt teſtator in inſtitutione
prohibere ius accreſcendi, ad iſtum
effectum, vt pro parte decedat teſta-
tus, & pro parte inteſtatus: vt not.
Bart. in l. ſi duo. in prin. ff. de hæred.
inſt. & de hoc doct. omnes cõueniũt.
arg. l. nemo poteſt. de leg. j. Sed inter
doct. magna eſt diſcordia. An tali
caſu debeat teſtator in totũ teſtatus
vel in totum inteſtatus decedere, de
quo videndũ eſt in locis alleg. per
Alex. in l. quoties. C. de hær. inſt. &
in l. ſi quis priore. in fi. ff. ad Treb.
5 Tertio, † ampliatur vt idem ſit in
hærede, qui non poteſt hęreditatem
pro parte accipere, & pro parte re-
cuſare. l. j. & ij. ff. de acquir. hæred.
Et intantum hoc procedit quòd etiam
filius hæres inſtitutus non poteſt le-
gitimam retinere, & reſiduum hęre-
ditatis repudiare: vt tenet Cyn. in l.
hæres inſtituta. C. de impub. vbi Bal.
& Paul. de Caſt. ſequuntur. & Bar. in
l. quia poterat. ff. ad Treb. cum ſimil.
vt tradit ibi Alex. & idem Alex. in
conſi. xl. lib. v. Pet. de Anch. in conſi.
cccxij. ex ſola vulgari. Aret. in conſ.
clx. longa eſt iſta conſultatio. col. ij.
6 Prædicta † regula primo fallit in
milite, qui poteſt decedere pro par-
te teſtatus, & pro parte inteſtatus:
vt colligitur hic ibi, in paganis. &
eſt text. §. non autẽ. inſti. de teſt. mil.
& in l. qui miles vnũ. in l. ſi duobus.
ff. de teſt. mil. Et nõ ſolum pro parte
bonorum, ſed etiã pro parte tempo-
ris

ris militi priuilegium conceditur: vt
probatur in l. miles ita hæredẽ. ff. de
teſt. mil. Et ratio ſpecialitatis in mi-
lite videtur, quia vice duarum perſo-
narum fungitur. l. ij. §. fi. ff. ad Maced.
Et regula iſta de eadẽ perſona loqui-
tur ibi, eundem. vnde non mirum ſi
regula non habet locum in milite,
licet vice plurium perſonarũ funga-
tur. Et ita dicunt Bal. Sali. & Moder.
in ij. notab. in l. j. C. de teſt. milit. Et
ex iſta ratione inferri videtur quòd
miles teſtari poſſit de bonis caſtren-
ſibus tantum, & in paganicis rema-
nebit inteſtatus, vel econtra, nõ au-
tem videtur quòd pro parte bonorum
paganicorum teſtari poſſit. ita in-
ferri videtur ex ratione prælleg.
7 Sed † tamẽ hoc non eſt verum: quia
etiam de vna re miles teſtari poteſt,
& in omnibus aliis bonis inteſta-
tus decedere. l. miles vnum ex fun-
do. ff. de teſt. milit. l. cogi. §. ſed & ſi
miles. ff. ad Trebel. Et ratio ſuperius
alleg. non videtur vera: quia imò
miles pro vna perſona conſidera-
tur in tali priuilegio. vt colligitur
in d. §. cum autem. inſtit. de hæred.
inſti. vbi ponitur regula, quòd iſte non
poteſt decedere pro parte teſtatus,
& pro parte inteſtatus, niſi ſit miles.
Vt ergo exceptio facta de milite con-
ueniat, miles pro vna perſona repu-
tatur: ex quo regula ibi facta eſt de
eadẽ perſona, ibi, neq; idem. & dixi
latius, in d. l. j. de teſt. milit. Non ob-
ſtat l. ij. infrà, ad Maced. quia ibi di-
citur, quòd miles filiusfamil. in ca-
ſtrenſi peculio reputatur ſui iuris:
quia aliâs non poſſet teſtari. l. ſe-
nium. C. qui teſta. face. poſſ. l. qui in
poteſtate. ff. de teſtam. vnde in aliis
militibus qui ſunt ſui iuris, illa ratio
ceſſat. Eſt ergo dicendũ, quòd in mili-
tibus ſpeciali priuilegio hoc con-
cedatur, vt poſſint etiã pro parte te-
8 ſtari: & † tale priuilegiũ habet locũ
quando apparet de eorum volũtate:
alias in dubio præſumitur quòd iu-
c re communi [c] vti velint. l. in teſta-
mento. de teſt. milit. cum ſimil. vt
dixi ibi in vlt. notab. Et iſta limita-
tio de militibus extenditur, vt etiam
habeat locum in pia cauſa: vt not.
Bart. in l. j. C. de ſacroſan. eccleſ. &
ſequitur Alex. in conſ. cv. in fi. li. iiij.
Abb. in conſi. xxxj. circa duo. col. ij.
in ij. lib. Et pari ratione idem vide-
tur in teſtamẽto facto inter liberos,
per ea quæ not. in l. hac conſultiſſi-
ma. §. ex imperfecto. C. de teſtam.
9 Reſtringitur † tamen iſta limitatio
d in militibus armatæ [d] militiæ, prout
iura ſuprà alleg. loquuntur. Et non
e habere locũ in militibus cœleſtis [e]
militiæ: vt not. dicit Ioan. Andr. in
rubr. de pecu. cleri. in addit. Specul.
in verſic. eſt autem ſciendum. & ſe-
quitur Aret. in l. j. quam legit, cum
l. ij. col. iiij. verſic. adde etiam. ff. de
acqui. hæred. Hoc tamen pendet ab
his quæ tradunt Alex. & Modern. in
l. Centurio. ff. de vulg. & pupil.
Secundò, regula limitatur procedere
à principio, vt verba regulæ etiam
indicant, ibi, deceſſiſſe. & in d. §. non
autem. ibi, nec enim ex parte inte-
ſtatus decedere poteſt. Et ſic verba
referuntur ad tempus mortis: quia
10 † qualitas adiuncta [f] verbo ſecun-
f dum tempus verbi intelligitur. l. Ti-
tius. vbi Bart. ff. de teſtamen. milit. l.
in delictis. §. ſi extraneus. de noxal.
Secus vero eſt ex poſtfacto: quia
non prohibetur quis ex poſtfacto
decedere pro parte teſtatus, & pro
g parte inteſtatus [g], vt probatur in l.
circa. ſuprà de inoffic. teſtamen. vbi
Bartol. & Doct. hoc dicunt. & hoc
ſanè intelligitur quando per ſenten-
tiam iudicis poſt aditam hæredita-
tem mediante querela rumpitur te-
ſtamentum pro parte. d. l. circa. nam
querela non intẽtatur niſi poſt adi-
tam hæreditatẽ. l. filium. §. ſed cum
exhæredatio. ſuprà, de contratabul.

11 †& ſententia iudicis ſtricte intelli-
gitur: quia ex verbis ſententiæ non
h inferetur niſi quatenus h verba ſentẽ-
tiæ important de neceſſitate: vt not.
Bart. in l. Iulia.iiij. de condi.indeb.
vbi alleg.l.ſi iudex.ff.de his qui ſunt
ſui vel alie.iur. & l.j. C.de ord.iud.
& not.Fulg. in conſi.cxl. præſuppo-
ſitis. merito ergo ſententia iudicis
reſtringitur, vt pro parte rumpatur
teſtamentum: ſecus vero ſi teſtamen
tum rumpatur pro parte ex diſpoſi-
tione legis, & ante aditam hęredita-
tem: quia tunc etiam ex poſtfacto in
totum rumpitur: vt no.Bar.per illum
tex.in l.pe. ff. de ritu nup. & Paul.de
Caſt.ibi declarat.

Tertiò, regula fallit, ſi aliter diſpona-
tur à ſtatuto: quia huic regulæ licet
à teſtatore derogari non poſſit, vt ſ.
12 dictum eſt, tamen† autoritate ſtatu-
ti induci poteſt, ꝙ quis poſſit dece-
dere pro parte teſtatus, & pro parte
inteſtatus, vt not.Ange.& Imo.in l.
moribus. in prin, per illum tex.ff. de
vulg.& pupil.& Alex. in l. ſequitur.
in ij.notab.

Quarto & vltimo regula fallit, quãdo
quis alicui nõ poteſt totũ relinquere,
i ſed tantũ partem i quia in alia parte
erit inteſtatus vt no.Bar.per illũ tex.
in l.j.C.de ſecũ.nup.no. in l.ſi is qui.
ff.de vul.& pup.vbi Alex.poſt alios,
in ij.no.& ibi reprehendit gl.noſtrã
hic, quæ tenet ꝙ totũ acquiratur, li-
cet poſtmodum auferatur ſibi illud
quod erat prohibitũ.& Bart.in d.l.j.
de ſecun.nup.refert.opi.gl.hic, & in
d.l.j.quæ idẽ tenet. Sed ipſe dicit eſ-
ſe ſpeciale in illo caſu, vt quis poſ-
ſit decedere pro parte teſtatus, & pro
parte inteſtatus: ſicut eſt in milite;
quaſi velit Bar.ꝙ propter diſpoſitio-
nem legis & ſtatuti hoc fieri poſſit,
vt ſ.dictũ eſt. Et certe hoc eſſet verũ
in terminis d.l.j.de ſec.nup. ſi con-
ſtaret de mente legis. Sed in illo ca-
ſu non conſtat ꝙ Imperator volue-
13 rit derogare huic regulæ.† Nam
ſimpliciter ibi dicitur, ꝙ non poteſt
vxor maritum inſtituere, niſi in ter-
tia parte. Et per hoc infertur, quòd in
aliis partibus, mulier inteſtata dece-
dat, quia intelligitur ꝙ aliũ inſtituat
in aliis partib. Et caſu quo non in-
ſtitueret in totũ, acquiritur iure ac-
creſcendi. Sed vltra tertiam partem
reſtituere cogetur. argu. l. cogi.§. hi
qui ſolidum. ſupra ad Treb. Et ita in
effectu gloſ.hic ſaluari poteſt.

ADDITIO.

a Inteſtato. Circa iſtam regulam vi-
deas Socin.in tract fal. vbi ponit vi-
ginti duas fallentias in reg.cccc.fol.
59.& inquantũ dicit ꝙ ad pias cauſas
poteſt quis decedere pro parte, &c.
vide Iaſ. l.j. C. de ſacroſanc. eccleſ.
col. iiij. vbi dicit ꝙ cõmunis opin.
eſt ꝙ in teſtamentis ad pias cauſas
non ſint ſublatæ ſolennitates iuris
ciuilis. Soci. tamen vbi ſuprà tenet
cum Bart. H. C.

b Ius accreſcendi. Ratio eſt, quia ius
accreſcendi dicitur ſucceſsio parti-
cularis, deducto ære alieno. vt notat
Paul.de Caſt.in l.& Proculo. num.3.
ff.de lega.ij. G. S.

c Communi. Alex.conſi. lx. num. 10.
(vbi dixi) lib.ij.conſil. lv. numer. 6.
lib.v. C. M.

d Armatæ. Pro hoc facit gloſ.in §.ſed
hactenus. inſtitut.de milit. teſta.qui
vult quòd nulla priuilegia compe-
tant militibus non exiſtentibus in
expeditione, niſi quòd filiusfamil.
& ſurdus & mutus milites poſſint
teſtari, quæ glo. communiter appro-
batur ibi, de quo latè doct.l. Centu-
rio, hic alleg. H. C.

e Cœleſtis. Facit Matheus Matheſila-
nus ſingulari lxxxj. C.M.

f Qualitas adiuncta. Ratio eſſe poteſt
quam adducit idem Dec. in c.quan-
to.col.j.num.3.de iud. quia connexa
iudicantur ſecũdum ea, quibus con-
nectuntur.l. quæ religioſis. ff. de rei
vendic. vbi plenè. Et per Bald.in l.
quid ergo.§.ſufficit.ff. de contraria
action.tute. Sed ꝙ qualitas adiuncta
verbo ſecundũ tempus verbi intelli
gatur, tradit Dec.in c.in præſentia.
col. xxviij. circa medium. ibi. nam
cõſidero. nu.64. extra de probatio.
per l. ex facto.§.fi.ff.ad Treb.& per
Bart.in l.ex facto. ff.de vulg. & pup.
Et tale per Iaſ. in l.admonendi.col.
xlvj.in fi.nu.124.ff.de iureiur. G. S.

g Pro parte inteſtatus. De hoc vide
latiſſime do. Paul.de Caſt. in l.nam
& ſi.§.filius. ff. de inoffic. teſta.& in
l.cum duobus.C.de inoffi.teſta.

h Niſi quatenus. Idem tenet Paul. de
Caſt.in l.ſi pluribus.num.3.ff.de leg.
ij. Et idẽ Deci.in l.j. col.xj.nu.50.in
fi.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſd.
& Alex.in conſil.cxxiij.col.ij.vol.j.
Et Dec.in conſ.xlix.circa fin. Et fa-
cit, quia omne præceptum iudicis
dicitur ſententia interlocutoria, vt
tenet Ant.Corſet.in ſingular.in ver.
pręceptum.incip.omne. Et pręcepta
iudicis ſunt ſtricti iuris, vt tradit
Bart.in l.ex quacunque. §.fi.nu.5.ff.
ſi quis in ius voc.non ierit. G.S.

i Partem. Vide Steph.Bertrand.in l.j.
num.47.& ibi Ioan.de Garro, ſuper
gloſſ.ij.num.8.& 9. C. M.

In l. Iura ſanguinis. Argumenta.

1 *Naturalia quæ ſunt, immutabilia ſunt.*

2 *Pater iure naturali filios educare tenetur, non obſtante ſtatuto contrario.*

3 *Pactum quòd pater non teneatur alere filium, eſt ipſo iure nullum.*

4 *Filius an poſſit ex cauſa alimentis priuari.*

5 *Filius, qui debitam ſibi portio[illegible]ſit, alimenta à patre petere poterit.*

6 *Pactum contra ius naturale, aut officium paternum, eſt ipſo iure nullum.*

7 *Legitima filiis debita, non poteſt per ſtatutum auferri.*

8 *Legitima quo iure filiis ſit debita ex bonis parentum.*

9 *Legitima patri vel matri, an ſtatuto poſſit minui, vel in totum tolli.*

REGVLA VIII.

POMPONIVS.

IVra ſanguinis nullo iure ci-
uili dirimi poſſunt.

HÆc regula de plano procedit
capiendo iura ſanguinis pro
a ipſa coniunctione a ſanguinis, quæ
tolli non poteſt etiam pacto l. ius
agnationis. ſupra de pact.l. abdica-
1 tio. vbi gloſſ.C.de pat.poteſt.† quia
b naturalia immutabilia ſunt, b §.fin.
inſtit.de iur.nat. bene facit text.in l.
ij.ſupra, de vſuf.ea.re. quæ vſu con-
ſu. vbi dicitur quòd ratio naturalis
autoritate Iuriſcõſulti mutari non
poteſt: & ideo iſta naturalis coniun
ctio ſanguinis etiam cadit in ſer-
uum: vt not.Bart.in l.hos accuſare.
§.omnibus.ff. de accuſ. Ius vero co-
gnationis quod à iure ciuili indu-
citur, bene tolli poteſt: vt per gloſſ.
in §.quod autem.in verſ. cognatio-
nis. inſtit. de cap. dimi.& not.Bald.
in l.j.§.ius naturale.in fin.ff. de iuſt.
& iur. vbi inquit, quòd iſta agna-
tio vel cognatio non poteſt tolli:
ſed ius agnationis, id eſt, ius pro-
ueniens ab agnatione, tolli poteſt.
Et in no. caſu tradit Rom.in conſil.
lxxxij. quo ad id quod quæritur. vbi
concludit, coniunctum ſanguine
poſſe haberi pro extraneo ex forma

ſtatuti quo ad commoda ciuitatis.
2 † Et cũ pater iure naturali teneatur
filiũ alere.l.j.§. ius naturale.ſ. de iu-
ſti.& iu.per iſtum text.infert Alb.de
Roſ.in j. parte ſtatutorum.in q.xl.in
verſ.ité quæro. ꝙ non valet ſtatutũ,
ꝙ pater non teneatur filiũ educare.
& ad hoc alleg. Iaco.de Aren.in l.ſi
quis à liberis. ff.de lib. agno.& Ga-
leotum in tract.de alim.in verb.po-
ne quæſtionem.& alleg.etiam Spec.
in tit. qui fil. ſint legit. col. iiij.verſ.
ſed pone, quidã emancipauit filiũ.
3 † vbi tenet non valere pactũ quòd
pater non teneatur alere filium cui
dedit partem ſuã, ſi poſtmodum ad
neceſſitaté peruenerit. & quòd non
c valeat pactũ, [c] nec ſtatutum, tenet
idem Alb.in l.j.§.ius naturæ.col.fin.
verſic.ſed quæro. ff.de pact. Sed ta-
men contrarium de iure videtur ſal
tem ex cauſa: quia licet educatio li-
berorum ſit de iure naturali quantũ
d ad inſtinctum [d] naturæ. d.l.j.§. ius
naturale. & j.diſt. in c. ius naturale.
tamen ille naturalis inſtinctus eſt
reductus ad neceſſitaté à iure ciuili.
l. ſi quis à liberis. in princ.ff. de lib.
agn. vnde in pluribus caſibus vide-
mus, quòd alimenta filio denegari
poſſunt, puta ſi filius à ſeipſo viuere
poteſt.d.l.ſi quis à lib.§. ſed ſi filius.
de lib. agn. Et ex pluribus cauſis po-
teſt filius exhæredari.§. aliud quoq;
capitulũ. in auth. vt cũ de app.cog.
Et pariter ex illis cauſis alimenta
denegari poſſunt: vt not. Bart.in d.l.
ſi quis à lib.§.ſi quis ex his.& in l.di
uus.ſ.de parrici.& in l. ſi patrem.C.
4 de alend.libe.† ergo pariter videtur
quòd ex cauſa filius à ſtatuto pote-
rit priuari iure alimentorũ: quia tol-
e litur ſolum illa neceſſitas [e] à iure ci
uili introducta, & remanet ille in-
ſtinctus naturalis: & tunc pater ſe-
cundum illum naturalé inſtinctum
qui tolli non poteſt, poterit alimen-
ta miniſtrare: quia ſolum in effectu,
vt dictum eſt, tollitur illa forma, &
illa neceſſitas inducta à iure ciuili.
ad hoc facit tex.in auth.ex comple-
xu.C.de inceſt.nupt. vbi pater filio
non tenetur præſtare aliméta. Ergo
pariter ex cauſa à ſtatuto hoc indu-
f ci poteſt: imò etiam ſine cauſa [f] vi-
detur quòd fieri poſſit: quia iura ci-
uilia pro voluntate ſtatuentium mu
tari poſſunt.§.inſt.de iur.nat.
Non obſtãt allegata ſupra in contra-
rium: quia poſſunt habere locum in
pacto prout loquitur Spec. in loco
ſuprà alleg. ſecus videtur in ſtatuto
ſaltem cauſa ſubſiſtente, per ea quæ
ſuprà dixi. Et in pacto idem tenet
5 Bald. quòd † filius qui conſumpſit
partem ſuam quam habuit à patre,
g poſſit petere [g] alimenta. Bal. idé te-
net, in d.l.j.§.ius naturale.col. fin.in
verſ. quæro quid ſi filius. & in l.ſci-
mus.in princ. in verſ.ſexto quæro.ſ.
de inof. eſt.arg.l. libert⁹ qui opera-
rum.ſuprà de ope.lib. & idem Bald.
in auth.ſi captiui. in fi.C.de epiſc.&
cler.cum ſi.vt tradit Alex.in l.ſi cum
dotem.§.j. col.iiij. ff.ſolut. matr. &
dicit Barto.in d.l.j.§. parens. in fin.
non valere pactum, quòd filius ali-
mentari non debeat.ff. de libe.agn.
Et quod dictum eſt videtur limitare
Bald. in auth.quid ſi rogatus.col.ij.
verſicu.facit ad duas quæſtiones.C.
ad Treb. niſi filius partem ſibi datã
à patre perdidiſſet dolo vel lata eius
culpa, & ſequitur Alexand. in d.l.ſi
cum dotem.§.j.
6 Sed conſiderandum eſt: † quia aut
dicimus quòd non valet pactum,
quia fit cõtra ius naturale, vel con-
tra officium paternum. Et iſta ratio
pariter militare videtur, dato quòd
filius eius dolo vel lata culpa por-
tionem ſibi datã perdiderit. Aut di-
cimus quòd valet pactum: quia ex
cauſa factum videtur, ex quo eius
partem recepit. Et indiſtincte vide-
tur pactum valere quocunq; modo
eius

eius portioné perdiderit: quia non
priuatur legitima ex quo illam ha-
buit. Et hoc videtur de ſtricto iure,
licet ex quadam miſeratione debe-
ret pater illi prouidere, ſed ad hoc
non cogitur, & ſic tali caſu idem vi
detur in pacto quod in ſtatuto. Et
hoc quãdo ſpecialiter ſit dictum de
alimentis, aliàs ſecus videtur: quia
h in generali [h] remiſſione non vide-
tur remitti alimentum. d.l. libertus
qui operatur. & bene facit text. in l.
libertus.§. poſthu. & quod ibi Bart.
no.ff.de alim. & cib.leg. Et tali caſu
quando non fuit expreſſum de ali-
mentis, ſaluari poteſt opin. Bald.&
doct.in locis ſupra alleg.
7 † Similiter per iſtũ tex. arguit Dyn.
in regula, indultum.de reg.iu.in vj.
i quòd legitima [i] quæ filiis debetur,
tolli non poſſit à ſtatuto: quia ſecun
dum naturam debetur.§. cum itaq;.
in auth.de hæred.& fal. ibi ſecundũ
ipſam naturam eis debeatur. facit
text. in l. ſcripto. in fin. infra vnde
lib.in l.cum ratio. in princ. de bon.
damna. Contrarium tamen conclu-
k dit & tenet [k] Dyn. in dicta regula,
indultum. quòd de rigore iuris, qui
in iſto caſu præualet æquitati, ſtatu-
tum poſſit tollere legitimã quæ in-
troducta fuit à iure ciuili. quod qui-
dem ius ciuile impoſuit illam ne-
ceſſitatem relinquendi filiis.§. pri-
mo, in authen.de trien.& ſemiſ.§.ſi
quis autem. & in auth. de fal. Bene
verum eſt quòd lex ciuilis iſta ſta-
tuit naturali ratione ſuadente. Et
hoc modo iura alleg.in contrarium
intelliguntur. & idem finaliter te-
net Cyn.in l.ſcimus.in fi.C.de nupt.
Old.in conſ. cxxxv. factum eſt tale.
& Alex.in conſ.lxxv.col.ij. lib.j.re-
8 fert Dyn. † quòd legitima debetur
de iure ciuili, naturali tamen ratio-
ne: Et quòd legitima abſolutè à ſta-
tuto tolli poſſit: tenet Ang.in l.Papi
nianus.§. quarta autem.col.fi. ſuprà
de inoff. teſt. vbi dicit ſe pluries ita
conſuluiſſe: & patet in eius conſ.xv.
ſtatuto cauetur.in conſ.cccxlix. cõ-
ſultatio hæc.& idem Ang.in l.quod
de bonis.§.fi. ſuprà ad leg. Fal.& ibi
Imol.dicit, quòd iſta eſt communis
opin. & Alex. ibi poſt multas alleg.
dicit quòd communiter ita tenetur,
ſaltem ex cauſa. Et idem Dom.inc.
quamuis. col. pen. de pact. in vj. Io.
de Ana. in conſi.iiij. viſis. Lapus in
alleg.c.j.in ciuitate Florentiæ, col.j.
Rota in xviij.deciſ. fuit dubitatum.
in nouis.& Abb.in conſ.lxv. primo
eſt videndum.col.fin.lib.j. Andr.Si-
cul.in conſil.lxxvij.col.vj.lib.iij. Et
iſtam eſſe communem opin. etiam
atteſtatur Corn. Peruſ. in conſil. cl.
hanc quæſtionem. in fi. lib.j. & cõſ.
ccx.in hac conſultatione.col.j pen.
lib.& in conſil.vij. in hac conſulta-
tione.lib.ij.in princ. & conſil.cv. in
hac conſultatione.lib.iij. & in con-
ſil.cxxiij. licet breue ſit. eod. lib. iij.
col.fin.& in conſil. j.col. iij.lib. iiij.
vbi pluribus mediis tollit æquipara-
tionem, quæ fit de alimentis ad le-
gitimam.
9 † Et iſta concluſio præſertim habet
l locũ in legitima [l] quæ debetur ma
tri vel patri, vt not. Ang. in d.conſil.
cv.Bal.in l.j.§.ius naturale.ff. de iu-
ſtit. & iur. Ro. in conſil. xxxij.viſa.
col.fi.Ben.Cap. in conſ. xv. pro ple-
niori.& in conſi.clj.ſubſcripſit.
Nonnulli tamen tenent contrarium,
quòd non poſſit tolli in totum ſed
minui. Et vltra antiquos quos refert
Dyn.in dicta reg. indultum. hoc te-
net Bal. in conſ.xlvij.in quæſtione.
lib.j.& in conſil. cxxxj. circa prædi-
cta. lib.ij. Fulg.conſil. xcv. quidam.
Raphael Cuman. in conſil. lxx.qui-
dam Serpetius. col.j. Andr. Sicul. in
conſil. xxiiij.col.iij.& fin.lib.j.Alex.
in conſi.lv. viſo titulo.col.fin.lib.ij.
& Marian.in conſilio xxx.quamuis
ex his.& Socin.in conſil.cl.in princ.

vera & magis cõmunis opinio eſt, quòd poſſit tolli etiam in totum ſaltem ex cauſa per ſupradicta.

ADDITIO.

a Pro ipſa coniunctione. Adde quòd ius ſanguinis etiã accipitur pro iure cognationis. l. qui in adoptionem. & ibi gloſſ.in verſic.ſanguinis.ff.de adoptio. Gabr.Saray.

b Immutabilia ſunt. Vide Abb. Pan. in c.cũ inter.col.ij.in princ.nu.9.de exceptio. qui videtur dicere, ꝙ ea quę ſunt de iure naturali per principem cum cauſa tolli poſſunt. G.S.

c Pactũ. Vide Lud.Bolog.in cõſil.xxj. in ij.col.& vij.vbi an valeat arg. de pacto ad ſtatutum.& adde ꝙ cõmunis opin.Cano. à qua nullus diſcrepat, tenet ꝙ non valet cõſuetudo ꝙ pater non teneatur alere filium. Ita Rochus Curt.in repet.c. quanto. de conſuet.col.xxxiiij.fo.22. H.C.

d Inſtinctũ. Iſte vt merus legiſta non capit quid ſit ius naturæ,quia inſtinctus licet inſit à natura non eſt ius, ſed paſſio vel affect⁹. Ius aũt naturæ quantũ ad diuina, eſt noticia quædã legis diuinæ hominis naturæ à Deo indita.ad Ro.1.& iuxta illud Pſal.4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. Quantum aũt ad ciuilia negotia, ius naturæ eſt noticia ſiue dictamẽ rectæ rationis naturaliter inditum,vt probatur in l.cum naturalis ratio. de bon.damn. Et tradit Io. Gerſ.in libro de vita ſpirit.ani.Aret. Feli.Pſal.1.Sic in propoſito,vt recta ratio dictat liberos alendos, ita ius naturæ obligat,cõtra data iuſta cauſa denegandi, vt nec recta ratio, ita nec ius naturæ obligat.Nec propterea ius naturæ ſeu recta ratio mutatᷣ in ſe,tamẽ cauſa ſubiecta mutatᷣ,ſeu circũſtantiæ caſus variantur. C.M.

e Neceſſitas. Vult dicere quòd remanet ius naturale & eius obligatio:licet non detur actio de iure ciuili, quod hic ineptum eſt. C. M.

f Sine cauſa.Falſum, nec valeret tale ius ciuile, tanquã iuri naturali contrarium, ſicut cum tyrannus ius denegat. C.M.

g Petere.Vide Barb.in cap. quę in eccleſiarum. de conſtit. colum.v.poſt me. Hier.Cuch.

h Generali.Hoſt.conſ.lxvj.Dec.l.principalibus in fin.ſupra ſi cert.pet.Aymo.conſi.clxxxix.num.1.

i Legitima. Breuis veritas eſt, quòd licet poſſit quota variari, nõ poteſt tolli liberis niſi ex cauſa ad exhæredationem iuſta. Adde deci.Thom. ccccxxxvij. Ang. Aret. tract.teſtam. verſi.nolens decedere inteſt.col.fin. & dixi ad Alex.conſil.xxv.num.11. libro primo. C.M.

k Contrarium tamen concludit & tenet. Vnum ſcire debes quòd vſque ad hæc tempora nullus diſcrepauit in hac opin. videlicet quòd legitima poſſit minui, præter Barb.in ca. Ray. de teſt. qui tenet ꝙ non poteſt minui.in col.xlij.& in conſil.xxiiij. in j.vol.ſed an poſſit in totum tolli, Dyn.& Ioan.And.in reg.indultum. tenent ꝙ ſic.Idem Io.Andr.in addi. Spe.in tit.de ſuc.ab inteſt.hanc opi. tenent omnes hic alleg.per d.Philip.in ver. cõtrariũ tamen,&c. hanc etiã Old.cõſi.cvij.circa ius municipale,&c.Ang.in conſ.ccclxij.incip. poſt hoc ſcriptum.& in conſ.ccclix. inci.præſupp.ſtat.& in conſ.ccc. incip.pũctus talis eſt.in j.col.Ro.cõſi. cxxxiiij.incip. pro declaratione primæ.in prino.Fed. in conſi.xxj.in iij. col.incipit nunquid hæres. Cald. in conſ.xv.incip. an ſi ſtatutũ augeat, Et Cal.in conſi.xxxij. ſub tit. de teſt. Card. in d.cap. Raynutius.Lanfran. in repet.d.cap Raynutius. in vj.col. vbi dicit hanc communem legiſtarum. Anton.in l. plane. §.ſi duobus. de legat.j.Rom.in l.ſequens gradus. ad Sylla. Angel. in rep.cap. pater filium.de inof.teſt.Bart.Imol.& Moder.in

der.in l. Titio. §. Titio genero. de cõdit.& demon.Paul.in l. planè. §.ſi duobus.de leg.j. Ful. d.l.Papia.§.vnde ſi quis.Ray.& Io. de Bel. in auth. de hære.& fal.& ibi Bart.Sal. in authẽ.nouiſſima.vj. col.xj.q. vbi dicit, quòd cõmuniter tenetur opin.Dyn. tamen cum modificatione,videlicet ex cauſa. Pau. in conſ.xvj. in ij. col. in ſecunda parte. Phil.Cor.in omnibus conſiliis hic alleg.affirmat hanc communẽ Bar. in l. de quibus. ff.de legibus.in iij.col.in principio.

Contrariã tamẽ opi.videlicet,ꝙ nõ in totum tenent Doctores hic alleg.per do.Philip.in verſ. nonnulli tamẽ.& Domi.de Rota in deciſ. ccccclxxvj. ſub titul.de conſuet.fo.92.col.iij. in antiquis incip.conſue.videlicet &c. & magis late in deciſione xviij. in nouis.fol.5. col.iiij. incip. fuit dubitatum.Iaſ.in l. quoniã in prioribus. col.ij.in ſi.& in auth.nouiſſima.col. pen.C.de inof.teſta. tenet hanc opinionẽ:& dicit hãc eſſe cõmunẽ opinio.Barb.ſingulariter in conſ.xxiiij. in j.vol.& in c. Raynutius. de teſta. col.xij.& xiij.vbi alleg.Bald. & Ancharanũ in quibuſdam recollectis in l.hac edictali.C.de ſecun.nupt.Card. Alex.in c.ius naturale.j.diſtin.in iij. col.vbi reprobat dictũ Abb. in d.c. Raynutius. Ange.in d.c. Raynutius. in v.col.in medio.Bal.in auth.nunc autem.C.de epiſc.& cler.in trac.ſtatutorum,in verb. legitima.verſ.viij. & ix.& in ſua marga. in ver.legitima.ver.iij.Barto. in conſi.lxij.col.ij. Car.in conſ.ij.vbi dicit,ꝙ de iure canon. non valet tale ſtatutum.Ange. & Bald.in l.ij.§.ius naturale. de iuſt. & iure.in finalibus verbis. Capra in conſil.lxxij.in ij.col.Inno. in c.quæ in eccleſiarum. de conſtit. Fel.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitu. col.iij.Socinus conſil. cl. in j. parte. & in conſi.cclxxv.incip.in cauſa fragris in ij.vol.& in conſil.cclxxviij. in ij.par.Alex. in conſ. excvij. incip. viſo tit.q.in iiij.col.vbi dicit hãc veram opi.& cõmunem cano.Albert. de Roſa.in ij.par. ſtat. q. ciij. & ciiij. & in l.quoniam in prioribus.pen.& fi.col.Bal.tenet hanc opinionem in pluribus locis relatis, vbi ſupra in tract.ſtatu.& ſic vides quòd vtraque opi.eſt cõmunis:tamen non recedas ab opi. Canon.quia eſt magis æqua. quia vbi ſunt duæ opini.communes cõtrariæ,ſcilicet canon.& legiſtarũ, eſt tenenda opi.can.de quo vide Lãfrã.in repe.c. quoniam cõtra in ver. teſtiũ.col.xj.in fin.de probat. & vbi eſt deciſio Rotæ, eſt maioris autoritatis quàm communis opi. doc. ita Barb.in c.olim.de lit.cõteſt. col. xij, poſt prin.eſt bene verũ,quòd cũ cauſa poterit in totũ per ſtatutũ vel cõſuetudinẽ tolli legitima, ſecundùm magis cõmunem opi.doc. quã refert Abb.in conſ.lxxv.fin.col.& Rochus Cur.in trac.de conſuet. col. lxxxiiij. fol.32.& dato,quòd prima opi.legiſtarum eſſet vera. cõmuniter tenent omnes, ꝙ alimenta poſſent peti. de quo per Barb. vbi ſupra. & Imo. in §.Titio genero.col.pen.& Abb.cõſ. lxiij.in j.vol. & per d.Roch.de Curte vbi ſupra qui dicit, quòd nullus diſcrepat, quòd non valet conſuetudo, quòd filij à parentibus non alãtur.Et ſic per iſta patet an valeat ſtatutum inclytæ ciuitatis Valentiæ regni Hiſpaniæ diſponens, quòd pater poſſit filiũ exhæredare cũ quinque ſolidis monetæ ipſius regni,qui faciunt ſummã quartæ partis vnius aurei.Itẽ etiã an meliorationes ſeu maioricatus ſunt liciti. de quo vide Moder.Hiſpa.in repe. c. per veſtras. de dona.inter vir.& vxor.fol.83.vez reſtat nunc examinare. H. C.

l Legitima. Rom. conſil. xxxij. incipien.vita municipali.fin. col.vbi dicit, quòd nullus tenet contrarium. & Abbas conſilio lxxv. incipien.

quidam

quidam deceſſit, &c. H. C.

In l.Semper in obſcuris.

Argumenta.

1 *Minimum quod eſt, quando ſequi debeamus.*

2 *Teſtator præſumitur quàm minimũ velle hæredem legatis grauare.*
Minimum in legatis ſequi debemus, & in vltimis voluntatibus.

3 *Minimum ſequimur, niſi ſignificatio propria vocabuli aliud innueret.*

4 *Legatum ad pias cauſas non eſt de minori intelligendum.*

5 *Legatum quod ſit clericis, an intelligi debeat de minori, an verò de maiori.*

6 *Legatum pro loco, cui ſit, qualiter eſt intelligendum.*

7 *Minimum etiam in contractibus quare ſequi debeamus.*
Debitori datur electio in alternatiuis.

8 *Obſcurum iudicis arbitrio declarandum, ſi ſit, non recurritur ad id quod minimum eſt.*

9 *Minimum in pœnis infligendis attendendum.*

10 *Damnatus pœna capitali, intelligi debet de minori.*

11 *Proprietas verborum, in pœnalibus maximè attendenda.*

12 *Pœna ſi pro delictis ſit infligenda quæ mitior eſt, irrogari debet.*
Excommunicatio in dubio de maiori eſt intelligenda.

13 *Excommunicatio qualiter eſſe pœna probetur.*

14 *Excommunicatio minor non ſolet ab homine proferri.*

15 *Obſcurum in iudiciis interpretari ſolemus in fauorem actoris.*

16 *Obſcurum quãdo aliquid eſſe meritò dicatur.*

REGVLA IX.

VLPIANVS.

a SEmper [a] in obſcuris quod minimum eſt, ſequimur.

EAdẽ regula habetur eo. tit. in vj.
c.in obſcuris. & gl. ibi exẽplifi-
cat in c. ex parte. de cenſi. ſed non
bene:quia text.ibi rationem ſpecia-
lem adducit. & in terminis illius c.
ſi legatum fuiſſet factum eccleſiæ,
deberet maius.l.Titia. §. Seia. & ibi
Bar.ff.de aur.& arg.leg. vnde exem-
plificari poteſt.l.in nũmis.in de leg.
iij.quam gl.hic adducit.& in l.apud
Iulia.§.Seio.de leg.j.in l. qui concu-
binam.§. cum ita. de leg.iij.cum ſi.
vt tradit Dyn.in d. reg. in obſcuris.
1 †Et iſta regula habet locũ in ſubſi-
diũ:quia prius inſpicitur quod actũ
eſt.Secũdò, quod veriſimilius eſt. Ter-
tio quod fieri ſolet, l. ſemper.j. eod.
l.in obſcuris.j. eod. & not. per gl. in
d.reg. in obſcuris. Et huius regulæ
rationẽ adducit gl.in d. re.in obſcu-
ris.eo.tit.in vj. quia in eo quod plus
eſt,continetur minus. Sed iſta ratio
bene procederet in quantitatibus,
non autem in ſpeciebus.l.inter ſtipu
lantẽ.§.ſi ſtipulante.ff.de verb. obli.
2 vnde melior ratio videtur: † quia
in legatis teſtator videtur minus gra
uare hæredem, quàm fieri poſſit.l.
vnum ex familia.§. ſi rem. de leg. ij.
in contractibus vero ratio videtur,
per reg. l. veteribus. ff. de pac. & in
delictis ratio colligitur per legem ſi
præſes.ff.de pœnis.

Habet ergo locum regula, primo in
5 *Precarium recipiens, cùm reuoca*
tur, de ſolo dolo tenetur.
6 *Promittens ſimpliciter nõ ſtatim,*
cogitur ſoluere, licet præſenti die de
beatur quod promiſſum eſt.
7 *Dies appoſita diſpoſitioni, differt*
ab ea quæ exe utioni.
8 *Conditio diſpoſitioni appoſita præ-*
ſumitur in dubio, quando ſubſtan
tialia concernit.
9 *Obligatio an naſci ſoleat ante diẽ*
ratione loci tacitè ſubintellectam.
10 *Natiuitas actionis, an differat à*
natiuitate obligationis.
Dies expreſſa actionis natiuitatẽ
impedit obligationis non item.
11 *Debitum purum dicitur, quod præ*
ſenti die debetur.
12 *Promiſſio de ſoluẽdo die præſenti,*
non ob temporis expreſſionem impe
dit fieri exceptionem.

REGVLA XIIII.

IN omnibus obligationibus
in quibus dies non ponitur,
præſenti die debetur.

IDem habetur in l. eum qui Calen-
das. §. quoties. de verb. oblig. cum
ſi. alleg. in gl. ad idem tex. in l. ſi dies.
in princ. ſupra quando dies leg. ced.
in §. omnis. inſtit. de verb. obligat.
Iſta regula procedit niſi dies ratio-
ne loci tacite intelligatur. §. loca.
inſtit. de verb. oblig. dict. l. eum qui.
§. quoties. l. interdum. l. continuus.
§. cum ita. ff. de verb. obliga. l. iij. §. ſi
quis ita. el ſecundo, de eo quod cer-
to loco.
Et hoc etiam habet locum reſpectu fi-
deiuſſoris. l. ſi teſtamento. §. fi. de fi-
deiuſſ. & facit l. ſi vt proponitur. ff.
eod. titul. de fideiuſſ. per quem Bart.
concludit in l. ſi ita ſtipulatus. §.
Chryſogonus. in penult. col. de ver.
1 oblig. † quòd qualitas loci vel tem-
poris poſita in principali obligatio-
ne, repetita intelligitur in obliga. fi-
deiuſſoris. & notat Bald. per illum
text. in l. Titius. C. de oper. libert. &
a dixi [a] in conſilio meo, ij
Secundo, quod dictum eſt ratione lo-
ci, idem eſt ratione rei quæ non ſit
in rerum natura, ſed ſperetur: quia
dies & tacita conditio intelligitur
ſi naſcatur. d. l. interdum. de verbor.
oblig. l. j. §. fi. ff. de cond. & demonſt.
no. per gl. hic, & in §. omnis. inſti. de
verb. oblig. cum ſimil.
Tertio, idem eſt ſi ex voluntate diſpo-
nentis tacite aliquod tempus deter-
minatum intelligatur: vt de teſtato-
re not. per gloſſ. in l. ſi dies. in princ.
in verbo, confeſtim. ſupra quando
dies leg. ced. quæ allegat l. epiſtolã.
in §. fin. ff. ad Trebel. & Barb. ibi de-
clarat. ad idem facit text. in l. fidei.
§. ſi filio. de leg. iij. quẽ ad hoc Bart.
adducit in l. ſi legat. §. fin. de leg. iij.
Quarto, hoc idem dicendum eſt, ſi ex
qualitate contractus vel actus hoc
intelligatur: & poteſt exemplificari
hoc pluribus modis.
Primo, ex eo quod notabiliter dicit
Chriſtophorus Porc⁹ in d. §. omnis.
de verb. oblig. inſti. in glo. in verbo,
2 confeſtim, quòd † ſi quis promittit
puellæ dotẽ, tacite intelligitur cùm
erit nubilis ætatis. allegat l. qui filiũ.
ff. vbi pupil. educ. deb. & ibi dicit, ꝙ
eo ita reſpondente iudicatum fuit.
Secundo, aliud exemplum Porcus ibi
ponit, in eo qui promittit ſoluere
mercedem magiſtri, vel penſionem
domus

domus: nam tacite intelligitur in
die quo ſolutio fieri conſueuit. l. nec
ſemel. §. ſi in habitationẽ. ff. quando
dies l. g. ced.
Tertio aliud exemplum colligitur ex
dictis Bart. in l. ſi pœnam. in fin. de
3 verb. obli. vbi inquit, quòd † ſi mu-
tuaui tibi decem, & promittas ſim-
pliciter reſtituere: non tamen vide-
b tur, quòd ſtatim [b] poſſis conueniri,
quia ex tali mutuo non haberes a-
liquam vtilitatem. alleg. gloſſ. in l.
pen. in fin. C. commodati. & ſequun-
c tur Imol. [c] & Alex. in d. l. ſi pœnam.
quia non debet quis decipi benefi-
cio, ſed iuuari. l. in commodato. §.
ſicut ff. commodati. facit l. qui ſic. ff.
de ſolut.
d Quarto hoc in ſimili [d] voluit Abb.
in c. fin. de precariis, col. ij. verſicul.
ſic poteſt dici in precario. dicens,
4 † quòd licet precarium reuocari
poſſit ad voluntatem concedentis:
non tamen videtur, quòd ſtatim re-
uocari poſſit, ex eo, quod notat Bar.
in d. l. ſi pœnam. hoc tamen dictum
Abb. de precario non videtur pro-
cedere ſine dubio: quia precarium
pendet ex ſola voluntate conceden
tis. l. Lucius. ff. de donationibus. er-
e go videtur, quòd ſtatim [e] reuocari
poſſit: & ita Bal. dicit in l. ij. C. com-
modati. Confirmatur hoc: quia ſi
pendet à voluntate concedentis. d.
l. Lucius. & in l. de precariis. in c. j.
eo. tit. voluntas eſt libera. l. fideicom
miſſa. §. quanquàm. ff. de leg. iij. l. cũ
quidam. de legat. ij. ergo videtur,
quòd ſemper pro voluntate reuoca
tio fieri poſſit.
5 † Et pro iſta concluſione contra
Abb. induco text. in l. quæſitum, §.
cum quoq;. ff. de precariis. & quod
per illum textum not. Bar. in l. quod
natura. col. fi. verſicul. xiij. quæro. ff.
depoſiti. vbi concludit, quòd ex eo
quod precarium reuocari poteſt ad
nutum concedentis, ſolum de dolo
tenetur qui precarium recipit: quia
cum in vno grauetur, in alio releue-
tur. Et iſta ratio facit, & inferre vi-
detur, quòd ſtatim reuocari poſſit,
nec propter hoc deceptus videtur,
qui precarium recipit: quia iſta eſt
natura precarij de qua cogitare po-
tuit à principio ille qui recipit.
6 Quinto † generaliter conſideran-
dum eſt, quòd licet præſenti die de-
beatur illud quod ſimpliciter pro-
miſſum fuit: non tamen ſtatim pro-
miſſor cogitur ſoluere. vt gl. hic di-
cit. & idem gloſſ. in d. §. omnis. inſti.
de ver. oblig. vbi text. magis præciſe
loquitur, dum inquit, quòd confe-
ſtim peti poteſt: & tamen gl. ibi di-
cit hoc eſſe intelligendum cum ali-
quo ſpatio. & idẽ gl. in §. ſi impoſſi-
bilis. in verbo, ſtatim. inſti. de inuti.
ſtip. & ad hoc facit, quia licet inter-
f pellatio [f] cõſtituat debitorẽ in mo
ra. l. ſi ex legati cauſa. de verb. oblig.
no. in l. quod te. ſupra ſi cer. pet. hoc
tamen intelligitur cũ aliquo ſpatio.
l. ſi quis filiũ. §. ſtip. de colla. bo. ff. &
not. Bar. in l. ſi pœnam. ſupra quãdo
di. leg. ced. cũ ſimi. vt trad. Alex. in l.
j. §. itẽ ſi ita. col. ij. ſupra ad leg. Falc.
Et ſtãte iſta concluſione, dictũ Bar.
in d. l. ſi pœnã. videtur habere locũ
non ſolum in mutuo, prout ipſe lo-
quitur, ſed in quolibet alio debito-
re, qui videlicet ſtatim teneatur, non
tamen ſtatim cogitur ſoluere, vt ſu-
pra dictũ eſt. Vlterius in caſibus ſu-
7 prad. aduertendũ eſt, † quia magna
differẽ. eſt, an dies qui apponitur, ap
ponatur diſpoſitioni an vero execu
g tioni. [g] vt not. Bart. & diſtinguit in
l. talis ſcriptura. in fin. de leg. j. Et eo
modo in cõditione qua reſpicit exe
cutionẽ nõ ſuſpẽdit, neq; facit actũ
cõditionalẽ. vt per Bart. in l. j. col. ij.
ff. de cond. & demon. vbi declaran-
do tex. in l. mutuo. §. ſub cõditione.
ff. de tutel. dicit, quòd illa conditio
appoſita tutori, ſi ſatiſdederit, non
facit

facit conditionem, vt ibi dicitur:
quia non reſpicit dationem tutoris,
ſed executionem & adminiſtratio-
nem tutelæ. & idem Bart. concludit
in l. item quia. verſic. huius rei. ſupra
de pact. in l. ita demum. C. de arbit.
& Bald. in l. iij. C. de arbitr. cum ſi-
mil. vt tradit Alexand. in d. l. item
quia. & eſt bonus text. in l. ſi decem
8 cum petiero. de verb. oblig. † Et in
dubio conditio videtur appoſita
diſpoſitioni quando concernit ſub-
ſtãtialia, ſine quibus obligatio con-
ſiſtere non poteſt: ſecus ſi reſpiciat
accidẽtalia, quia tũc executioni ap-
poſita videtur: vt not. Bal. in c. ſi. col.
j. in fin. de præſumpt. Et applicando
iſta ad ea quæ ſuperius dicta ſunt,
conſiderandum eſt, quòd quando
datur tẽpus debitori ad ſoluendum
miſerationis cauſa, vt ſupra in quin
to & vltimo caſu dictum fuit, illud
tempus reſpicit executionem, & nõ
impedit natiuitatẽ obligationis. Et
tali caſu regula iſta non limitatur:
quia verũ eſt dicere, quòd præſenti
die debetur, licet exactio differatur:
quia ceſſit & venit dies cum obliga
tio pura ſit. l. cedere diem. de verb.
ſig. & eodẽ modo in caſu mutui, de
quo Bart. loquitur in d. l. ſi pœnam.
ille qui mutuum recipit, ſtatim te-
netur illud reſtituere. vt no. per glo.
fin. in d. l. ſi pœnam. facit l. j. ff. ſi cer.
pet. licet aliqua dilatio ad ſoluen-
dum tribuatur. ar. l. ratum. & l. quod
dicimus. ff. de ſolut. ſecus eſt in taci-
ta conditione, ratione rei quæ non
ſit in rerum natura, vt ſupra in ſecun
do caſu dictum fuit: quia iſta ſuſpen
dit diſpoſitionem, quia reſpicit ſub-
ſtantiam obl. d. l. interdum. de verb.
oblig. & d. l. j. in ſi. de cõd. & demon.
& idẽ dicendũ eſt, ſi teſtator hoc ve
lit, vt ſupra in tertio caſu dictũ fuit.
per glo. in l. dies. ff. quando dies leg.
ced. cum ſimil. ſupra allegat. & facit
l. in conditionibus. §. j. de condit. &
demon. In iſtis enim caſibus regula
noſtra hic limitatur: quia præſenti
die non debetur.

9 † Sed dubitatio eſt de die tacita
quæ ratione loci ſubintelligitur, de
qua ſupra in primo caſu dictũ fuit,
an ante diem quæ tacite intelligi-
tur ſit obligatio. Bart. in d. l. interdũ.
concludit, quòd obligatio ſtatim
nata ſit, ſed non actio, per illum tex.
& opin. Bart. communiter tenetur,
vt Alex. ibi dicit. facit text. in l. ſi ita
ſtipulatus. de verb. obl. ibi, non ante
agi poſſe. & in l. exiſtimo. §. ex hac.
eo. tit. de verbor. olig. & in l. ſi tutor
reipub. §. fin. de tutel. & rat. diſtrah.
h Iaſon tamen h nouiſſime in d. l. in-
terdũ. dicit ſe tenere contra omnes,
quòd dies tacita nedum impediat
natiuitatem actionis, vt communi-
ter Doct. dicunt, ſed, quòd etiam ita
impediat natiuitatẽ obligationis,
propter æquiparationem quam fa-
cit text. in d. l. interdum. de ſtipula-
tione quæ ſit de partu naſcituro, vel
de fructibus naſcituris ad promiſ-
ſionem ſolutionis quæ certo locô
ſieri debet: & quia ſecundum eum,
ſi dies quæ tacite ratione loci intel-
ligitur, impedit natiuitatem actio-
nis, vt doct. communiter tenent, pa-
riter videtur natiuitatem obligatio-
nis impedire: quia ratio diuerſitatis,
dicit ipſe, reddi non poteſt. Auda-
cter iſte loquitur, & cum paruo fun
damento: & ideo à communi opin.
recedendum non videtur.

Non obſt. æquiparatio quam facit tex.
in d. l. interdum. quia loquitur re-
ſpectu actionis. de qua text. expreſſe
dicit, non autem de natiuitate obli-
gationis. & certe quantum ad nati-
uitatem obligationis, alia ratio vi-
detur in eo qui partum futurum vel
fructus naſcituros promittit, quia in-
certa eſt obligatio, nõ ſic videtur in
eo qui certo loco ſoluere promittit.
10 † Nõ obſtat, ꝙ nõ videtur ratio di-
uerſitatis inter natiuitatem actionis
& obligationis: quia hoc in die ex-
preſſa reperitur, quæ licet impediat
natiuitatẽ actionis, non tamen im-
pedit natiuitatem obligationis. l. ce-
dere diem. de verb. ſig. not. Bart. in d.
l. ita ſtipulatus, in ij. principali q. de
verb. oblig. Iaſon. reſpondet in d. l.
interdum. & fatetur hoc in die ex-
preſſa: ſecus dicit in tacita, de qua
agitur, ſed talis differentia non ſa-
tisfacit quãtùm ad propoſitum: quia
ſi dies expreſſa non impedit natiui-
tatem obligationis, à fortiori nec ta
cita, quæ l. intelligitur ex coniectu-
rata mente contrahentium.

Adde tamen, ꝙ contra cõmunem opi.
videlicet, quòd ante diẽ quæ tacitè
intelligitur, non ſit nata obligatio,
videtur tex. in l. cõtinuus. §. cum ita.
in ſi. dum ibi dicitur, quòd ſi ille qui
certo loco dare promiſit, & ad talẽ
locum peruenerit celerius, quàm
fieri ſolet, ſtatim, ꝙ applicuit ad lo-
cum, obligatus eſt: ergo videtur, ꝙ
prius non ſit obligatus. & Aret. ibi,
not. illum tex.

Non obſt. quòd in die expreſſa ſit na
ta obligatio ante diem: quia non ſic
videtur in tacita, in qua minor eſt
certitudo, quàm in die expreſſa &
determinata: quia dies tacita arbitrio
iudicis declarari debet. d. §. cum ita.
11 Vltimo not. iſtũ tex. † ꝙ illud quod
præſenti die debetur, pure debeatur.
ad idem tex. in l. liber homo. §. x. de
verbo. oblig. vbi ille qui hodie dare
promiſerit, poteſt ſtatim conueniri:
quia obligatio præſens dicitur, &
non in diem. & illum tex. gl. hic ad-
ducit. hoc verum eſt reſpectu dila-
tionis, quia illa expreſſio præſentis
diei non facit dilationem: ſecus eſt
quo ad aliũ effectũ extrinſecũ: quia
diẽ habere dicitur. vt eſt tex. not. in
l. talis ſcriptura. de leg. j. vbi clauſu-
la illa quæ loquitur de legatis, in
quibus dies non erat, nõ cõprehen-
dit legata quæ præſenti die relicta e-
rant: quia illa dicũtur habere diẽ ad
12 effectũ: de quo tex. ibi loquitur. † Et
notãdũ eſt, ꝙ promiſſio facta de ſol-
uẽdo hodie, vel præſenti die, nõ im-
i pedit exactionem fieri in ipſo i die
propter ſpecificã expreſſionẽ tempo
ris: licet ſecus ſit in promiſſione fa-
cta ſimpliciter: vt not. Ang. Aret. in
§. omnis. inſt. de ver. ob. per gl. ibi in
verbo, nec ipſo. & alle. etiam Bar. ad
hoc in l. liber homo. §. decẽ. de verb.
obl. & probatur per illũ tex. & ad idẽ
facit l. iij. §. ſi quis ita. el ij. §. de eo
quod cert. loco. vbi ſi quis promit-
tit hodie dare Romæ x. non valet
ſtipulatio propter impoſſibilitatem.
ergo datur intelligi, quòd illa ex-
preſſio de dando hodie ſit præciſa,
& dilationem non patiatur.

In gl. ibi, idem ſi exprimatur. Albe. hic
dicit, quòd iſta gl. à Doct. reproba-
tur: ſed ſaluari debet, vt habeat lo-
cum quo ad natiuitatem obligatio-
nis, prout loquitur. ſecus, quò ad
tranſlationem. Et Bar. concordando
gl. contrarias concludit in l. ita ſti-
pulatus. in ij. quæſt. de verb. oblig.

ADDITIO.

a Et dixi. Adde eundem Deciũ in l.
vinum. col. v. in fin. ff. ſi cer. pet. G. S.
b Statim. Dixi in trac. vſu. nu. 82. C. M.
c Imol. Idẽ etiã tenet ibi Rap. ſed Bal.
in addit. in d. l. ſi pœnam. & ibi Ang.
tenet gl. d. l. ſi pœnã. licet Bart. eã re-
probet, & alleget gl. in l. pe. in ſi. C. cõ
moda. pro ſua opi. tamen illã gl. re-
prehẽdit Frãciſcus Tigri. & all. text.
cõtra eã in l. ſeruus leg. §. ſi. de leg. j.
& in l. fideic. §. ſi hæres. de le. iij. quæ
iura vt mihi videtur probant clare
opi. Bar. maxime §. ſi hæres. & §. ſi. ſi
iũgatur cũ §. ſi hæres. hanc opi. tenet
Iaſ. d. l. ſi pœnam. & l. cum qui calen-
dis. §. j. eod. tit. H. C.
d Quartò. adde eundẽ Deci. infra eo.
in l. contractus. nu. 9. G. S.
e Statim. j. eo. l. contractus. nu. 9. C. M

f Licet interpellatio. Vide eundem
Deci. in l.vinum.col.vj.num.1.ff. ſi
cer.per. Alberi. de Roſa.in d.l.quod
te.Et Pet.& Cy. in l. in minorum.C.
in quib.cauſ. reſtit. in integ. non eſt
neceſſar. Iaſ.in d.l. vinum. col. viij.
Barto.in l.j.col.iij.nu.2.ff.de operis
no.nuntia.in quibus locis habetur,
an per verba precaria incitatoria,
ſiue etiam enuntiatiua expreſſa à
creditore debitor conſtituatur in
Mora? Gab. Saray.
g Vel executioni. Vide eundem Dec.
in l.diem functo.col.iiij. in princip.
num.14.ff.de offic.aſſeſſor. Et facit,
quia clauſula appoſita in executi-
uis nõ immutat naturã principalem
actus.tex.eſt notab.in cle. j. ad fi.de
præben.quem Abb.ibi multũ excla
mat,& dicit ſe neſcire alibi, & tra-
dit Iaſ.in l. ius autem ciuile.col.j. in
fi.ver.limita.num. 8.ff.de iuſt.& iur.
Et faciunt notata per Iaſ. in l. lecta.
col.xv.ad fin.verſi. intellige tamen.
ff.ſi cert.pet. Gab. Saray.
h Iaſ.tamen. Cum Iaſone tenuerunt
Ang.& Imol.qui dixerunt in termi-
nis,d.l. interdũ. non ſolũ ante diem
nõ eſſe natam actionẽ, ſed nec obli-
gationẽ. Et in hanc opi.videtur in-
clinare ipſemet Deci.j. ea.l.in fi. ar-
ticuli ibi, adde tamen per l. conti-
nuus.§. cum ita.in fi. ff. de verb.obl.
dũ ibi dicitur, quòd ſi ille, qui certo
loco dare promiſit, ad talem locum
celerius peruenerit, quã fieri ſolet,
ſtatim ꝙ applicuit ad locũ obliga-
tus eſt, ergo videtur quòd prius non
erat obligatus. Sed ille tex. nõ facit:
Et quod ibi dicitur, confeſtim obli-
gatus eſt, tu expone ſecundum gloſ.
ſcilicet, efficaciter, cum antea licet
eſſet obligatus (quod extra non ne-
gat) tamen erat doli exceptione tu-
tus, quæ tunc deſinit ei competere,
quando loco ſolutionis applicuit:
Et ſic illa obligatio, quæ antea erat
inefficax, tunc incipit efficax fieri,
& habere effectum: & ſic ille tunc
incipit efficaciter obligari, vt pro-
miſſum ab eo etiã inuito poſſit ex-
torqueri. Gab.Saray.
i Ipſo.In contrarium eſt ſenſus & ob-
ſeruantia communis. C. M.

In l.Qui actionem habet.

Argumenta.

1 *Meum non immerito dicitur quod mihi debetur.*
2 *Actio vel mobilis vel immobilis dicitur, pro qualitate rei, quæ in ea reducitur.*
3 *Videtur verbum, fictionem, non veritatem importat.*
4 *Actionem habere, an ſit minus, quàm rem ipſam tenere.*
5 *Actiones perſonales, & debitorum nomina, in bonis noſtris computantur.*
6 *Statutum loquens de vendẽte rem ſuam, non intelligitur de re, ad quã quis habet actionem perſonalem.*
7 *Debitũ mihi, nõ eſt proprie meum.*

REGVLA XV.

PAVLVS.

QVI actionem habet ad rem recuperãdam, ipſam rem habere videtur.

NOTA quòd de actione idem
quod de re ad quam competit,
1 iudicatur: † & ideo illud quod mi-
a hi debitum eſt, meum appellatur:[a]
vt not.per glo.in l. ſi tibi pecuniam.
in verb. meum. ff. ſi cert. pet. & in l.
ſi me & Titium, in verbo, pecunia.
in l.eius qui in prouincia. in verbo
defuncti. & ibi Bar. ff. ſi cert. pet. &
in l.ſi pecuniam. in verbo, tuam. C.
de nego.geſt.in l.j.ff. quod cum eo.
in verbo, ſuum.
2 †Et iſta ratione actio iudicatur res
mobilis

mobilis vel immobilis, ſecundum
b qualitatẽ rei [b], quæ in ea deducitur:
vt per gl. in l.j.C.ſi aduer.tranſac.&
Bart.ibi hoc declarat. & idem Bart.
in l.poteſt.ff.de auct. tut. cum ſimil.
Et quantum ad iſtam regulam, ille de
plano exemplificari poteſt in actio-
ne reali: quia cum actio competat
ad rem recuperandam, talis res di-
c citur eſſe in bonis [c], ff. de acquiren.
rer.domi.l.bonorum appel.ſ.tit.j.
Nec obſt. ꝙ habens dominium rei, &
rei vendicationem, proprie dicatur
rem habere: vt glo. hic dicit. Regula
autem iſta loquitur per modum fi-
3 ctionis, dum dicit, † videtur [d]. & per
d iſtam rationem glo. reprobat iſtum
intellectũ. Quia reſpõderi poteſt, ꝙ
iſta ratio non tollit quin iſta regula
verificetur, & à fortiori habeat lo-
cum in actione reali, dato ꝙ vere &
proprie dicatur rem habere ille qui
habet dominium: ſed ratio præalle-
gata videretur inferre, ꝙ in actione
reali regula nõ reſtringatur. Præter-
ea & ſecundo reſpondetur: licet in
actione reali quis vere habeat do-
minium, plus tamen eſt habere rem
apud ſe, quàm habere actionem ad
rem recuperandam, propter cõmo-
dum poſſeſſionis, quod non videtur
eſſe parui momẽti. §. cõmodum. in-
ſtit.de interd.l.is qui.ſ.de rei vẽd.&
ideo alia regula quæ habetur.l. mi-
4 nus eſt.ff.eo.† dicit, minus eſt actio-
nem habere, quàm rẽ, & iſto reſpe-
ctu iura vtuntur verbis denotanti-
bus fictionem: quia vere non habet
rem apud ſe, licet habeat dominiũ.
& iſto modo loquendi vtitur tex.in
d.l. rem in bonis. de acquir. rer.do.
dum vtitur verbo intelligitur, quod
denotat fictionẽ.l. quoniã. vbi Bal.
ff.de his qui not.infa.l. hæres quan-
doque.ſ.de acqui.hæred. quem tex.
ad hoc alleg.Rom.cõſil.cccov.præ-
ſuppoſitis terminis. col.j. & in c.ex
ſtudiis. de præſumpt. quem text.ad
hoc alleg.Abb.in conſi.xx.caſus in
effectu.col.j.lib.ij.Similiter text.in
d.l.bonorum.§.ſi.ſ. tit.j. vtitur ver-
bo, videtur quod verbũ etiam not.
fictionem: vt per gloſſ.hic, & in l.ſi
duo.in glo.ſi. ſ.de acquir. hæred.in
l.j.§.deieciſſe, in verb.videor. ff.de
vi & vi arma.cum ſimil.vt per Bart.
in l.ſi quis pro emptore. de vſucap.
Secundo iſta regula etiã videtur pro-
cedere in actione perſonali: vt tenet
gloſſ.hic quæ rationẽ adducit: quia
cum adeſſe dicatur debitori id in
quo alij obligatus eſt.l. ſi mandato
Titij.de neg.geſt. ergo econtra cre-
ditori cui debetur videtur adeſſe, ſe-
cundum gloſſ. hic. & ad hoc facit,
5 † quia actiones perſonales, & no-
mina debitorũ dicuntur eſſe in bo-
nis.d.l.bonorum.§. fin.tit.j. & ideo
qui non poteſt rem acquirere, eo-
dem modo actionẽ ad rem acqui-
rere nõ poteſt. l. ſi ad reſoluendam.
C.de præd. mino.l.ſi vnus ex ſociis.
ff.de ſeruit.ruſtic. præd.vbi Paul.de
Caſt.& illud quod eſt in iure & obli
gatione dicitur eſſe in patrimonio:
vt not.Bald.in l.facere.in princ.per
illum tex.ff.ſol.matrimo.
Et iſta concluſio vera eſt largo modo
& ficte, vt denotat verbum illud: ſe-
cus eſt vere & proprie: quia, vt ſ.di-
ctum eſt, minus eſt, actionem habe-
re, quàm rem: vt infrà eod.l.minus.
6 † & ideo ſtatutũ quod loquitur de
vendente rem ſuam imponẽdo pœ-
nam, non habet locũ in eo qui ven-
deret rem ad quam haberet actio-
e nem [e] perſonalem. vt not.Bart.in l.
Gallus.§.videndum.de lib.& poſth.
quia ille non dicitur proprie habere
rem ad quam habet actionem, vt
poſt alios tradit Alex.in d.§. viden-
dum.& not.Bart. in l.nemo. ff.de in
integ. reſti. & dicit Bart.in l.forma.
§.ſi cum ego. ſ. de cenſib. ꝙ ille qui
poſſidet, debet ponere rem in cata-
ſtro nõ ille qui habet actionem ad

rem petendam. & facit l.ſciendum.
§.ſi fundus.ꝟ.qui ſatiſda.cog. ibi di-
uerſa cauſa eſt eius qui fundi peti-
tione perſonalem habet: ſic etiam
quod ſupra in prin. dictũ fuit, quòd
meum quandoque appellatur quòd
eſt mihi debitum: illud eſt verum
largo modo & improprie, per ſu-
pradicta.& ad idem facit,quia licet
ius patronatus ſit de foro eccleſiæ.
c.quanto. de iudi. non tamen actio
perſonalis ad ius patronatus dicitur
de foro eccleſiæ, ſecundum Ant.de
Butr.in d.c.quanto.circa fin.& not.
Aret.in conſil.vj.viſo inſtrumento.
in fi.de quo dixi in d.c.quanto.in fi.
7 Et † quia,vt dixi, proprie non dici-
tur meum, quod eſt mihi debitum:
vt not. per gloſſ. inſtit.de action.in
prin.in ver.d[e]b[e]tur. & per illam gl.
dicit Rom. in conſil. cc[x]j. pro deci-
ſione. quod meum proprie non di-
citur mihi debitum.etiam facit tex.
in l.Aurelius.§.Mæuia.in l.creditor.
§.Titia.de libe,leg.& quod not Bal.
in l.cum neceſſitatem.C.de fideicõ-
miſ.in prin. & aliud eſt quod bene-
ficium ſit ſuum, aliud ꝙ ſit ſibi de-
bitum: vt not.per gloſſ.in clem.au-
ditor.in verbo debitum,de reſcript.
Large ergo & improprie mihi debi-
tum, dicitur meum, vt dixi.& not.
Rom.in conſ.cxcv. in caſu præmiſ-
ſo.& quod not.Alex.in conſi, lxiiij.
& ſi celeberrime.lo,iij.in prin.

ADDITIO.

a Meum appellatur.Adde quòd illud,
quod mihi ſeruit dicitur meum.l.ſi-
curi.§.j.& ibi glo.in ver.meum.ff.ſi
ſeru.vend. Et Iaſ.inſtit.de actio.in §.
æquè.in verb.ædes ſuas. Et de Meo,
vide Bart.in l.j.in fin.ff.de ſtatu ho.
Et Anton.Corſet.plane in ſingul. in
verbo,meus. G b.Saray.
b Rei.Andr.Tiraquel.in tract.retract.
proxi.§.j.gloſſ.vij.
c Eſſe in bonis. Huic adde, ꝙ paria
ſunt amittere poſſeſſionem, & amit-
tere actionẽ competentem pro ea,
ita not. Bartol. per illum text.in l.ſi
prius.in antepen.col.in j.q verſi.ve-
niamus.nu.10.ff.de oper.noui nun.
Adde etiã ad regulam.ꝙ quis habe-
re id dicitur, ad quod habet actio-
nem. Et id dicor apud me habere,
ad quod conſequendũ habeo actio
nem,vt in pulchra quæſtione tradit
Rom. ſing.cccccxlij.incip.ſcis, ꝙ
confeſſioni.& ibi dixi. G.S.
d Videtur. Vide quæ not.idem Deci.
j.co.in l.qui per ſucceſſionem. nu.3.
& quæ ibi dixi in apoſtillis. Et quæ
tradit idẽ Deci. in l.j.col.v. in prin.
ff.de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.
Et Bart. in l.j. col.ij. in iiij. oppoſit.
ff.de oper.noui nuntia. Et Ang.Aret.
inſtit.de exceptio. in prin.colum.ij.
num.4. G. b.Saray.
e Actionem. Dixi in conſuet.Pariſ.§.
xxiij.q.ix. C.M.

In l.Imaginaria.Argum.

1 *Pretium, in cõtractu venditionũ*
dicitur de ſubſtantia.
2 *Vẽditio facta pretio viliori, an ſit*
dicenda donatio.
3 *Vẽditio imaginaria ſeu ſimulata,*
nullius eſt efficaciæ.
4 *Vẽditio facta in fraudẽ creditorũ*
valida eſt, reuocatione indigens.
5 *Venditio nullius eſt valoris, quæ fa*
cta eſt in fraudem legis.
6 *Simulatum contractũ aſſerens, ſi-*
mulationis ſpeciẽ exprimere debet.

REGVLA XVI.

a IMaginaria [a] venditio non
eſt, pretio accedente.

NAm pretium arguit cõtractum
b venditionis [b] .l.ſi. vbi Bart.C.
de prædi.curia.lib.x.not.glo.& Bal.
in l.cum dotem.C. de iure dotali,&
glo.in verbo, pretio.in l.apud Cel-
ſum.

ſum.§.ſed cum legitima.ꝟ.de excep.
1 doli.† & pretium dicitur eſſe de ſub-
ſtantia contractus venditionis. l.pa-
cta conuenta.ꝟ.de contrahen.empt.
& ideo accedente pretio, vt ibi dici
tur,vera eſt venditio,& non imagi-
naria: ſufficit etiam vt vera dicatur
venditio conuentio facta de pretio
cum propoſito ſoluendi pretium:
quia ſolo conſenſu venditio perfi-
citur.§.j.inſtit.de empt.l.ij.ff.eo.vn-
de quod dicitur hic, pretio acceden
te, intelligitur etiam conuento: nec
reſoluitur contractus vẽditionis, li-
cet poſtea præter primum propoſi-
tum loco pretij aliud ſoluatur. l.
pretij cauſa. C.de reſcind. vend.l.ſi
ſponſus.§.circa venditionem.ff.de
don.inter vir.quem tex. hic glo.ad-
ducit. & quod dictũ eſt intelligitur,
quando à principio intentio erat ꝙ
pretium ſolueretur: ſecus ſi pretium
apponatur ex cauſa donationis, id
eſt ea intentione quòd nõ ſoluatur:
tunc enim non dicitur venditio.
ꝟ.de contrahen.emptio. eſſet enim
imaginaria venditio,quæ in effectu
facta eſt ſine pretio, vt hic à con-
trario ſenſu colligitur: & eo modo
imaginaria venditio dicitur,ſi facta
ſit vno nummo de re longe maioris
pretij: vt not.per glo.in §.præterea.
inſtit.quibus modis ius patr. poteſt.
ſol.in verbo,imaginaria. & inſtitut.
de teſt. in princ. in verbo, libripen-
dæ. Si autem venditio facta ſit pro
modico pretio, illa tamen eſt ven-
ditio vera: vt hic dicit per text. qui
hoc bene probat, in l.quis donatio-
nis.ꝟ.de contrahend.empt. ſecus eſt,
vt dixi, in venditione facta vno
nummo: quia tale pretiũ nullam ha
bet portionem ad æſtimationẽ rei.
2 An autem † venditio facta modico
pretio dicatur potius donatio quàm
venditio.Cyn.in l.j.in fin.C.de pact.
quem Bald.ibi refert, dicit ꝙ potius
dicitur donatio: & ad hoc eſt gloſ.
in l.apud Celſum. §. de autoris. in
verb.cauſa. de except.doli. ſuprà, &
ideo Bald. in d. l.j. infert ꝙ diſpoſi-
tio l.ſi vnquam. C.de reuocan. don.
habeat locum in venditione facta
c modico pretio: [c] & idem dicit Bal.
in d. l.ſi vnquam. & facit quod not.
Bart. in l.non vſque. ſuprà ſi quis à
paren.fuer.manumiſ. & hoc intelli-
gendum videtur quãdo pro maiori
d parte [d] eſſet donatio ſecundum do-
ctrinam quam tradit Bart. in l. Ari-
ſto.circa fi. ff.de do. & l.tenetur.§.j.
ꝟ.de act.empt. not. in c.ad quæſtio-
nes. de rer.permut. & tradit Abb. in
conſi.xv.quæritur.lib.v.Alex.conſil.
cxij.viſo proceſſu. col.penult. lib.v.
3 Et † imaginaria venditio & ſimu-
e lata, de qua dictum eſt, nulla [e] eſt.l.
emptor.in princ. ꝟ.de aqua plu. arc.
facit l.& qui ſub imagine. C.de di-
ſtra.pign.& not. Bart. in l.poſt con-
4 tractũ.col.iij. ff.de don. † vbi ſecus
dicit eſſe in venditione facta in frau
dem creditorum, quia illa valet, &
opus eſt, ꝙ reuocetur mediantibus
actionibus reuocatoriis: de quibus
in tit. de his quæ in fraud. credit. &
Bart. in l.ſi filius. C.de reuoc. his quæ
in fraud. cred. & hoc bene procedit
in alienatione facta in fraudem cre-
5 ditorum: † ſecus ſi facta ſit in frau-
dem legis: quia illa eſt nulla: vt not.
f Bart.per illum text. [f] in l.ſi libertus.
ꝟ.de iure patr. & Bal. in l.j. in j.opp.
de oper. lib. quia vbi agitur de an-
nullatione actus, durius agitur cum
lege, quàm cũ homine: vt per Bart.
in d. l.ſi libertus.& in l.amplius non
peti ff.rem ratam haberi.
Poſtremo ad declarationẽ iſtius l.di-
cit Bald. allegando iſtũ tex.in l.cum
precibus. C.de probat; ꝙ hic agitur
de ſimulatione in qua nihil agitur.
Et hoc exẽplificari poteſt in eo qui
nullo modo velit vendere.ſed pro-
pter timorem tyranni vel criminis
cõmiſſi facit venditionem ſimula-

tam:vt dicit Paul.de Caſtr. in conſi.
cxiij.viſo puncto ſupraſcripto. col.
ij. & ibi proſequitur plures ſpecies
ſimulationis;de quibus no.Bal.in d.
l.cum precibus.Barto. in conſil.lxv.
Petrus Nicole.col.ij. verſi. circa pri-
mum,in l.j C. plus val. quod agi. in
l.Lucius.la ij.ff.depoſi. & nouiſſime
Soci.ſcribit in conſil. cclxviij. viſis.
6 col.iij.circa ſecundam quæſt. † Et
cũ ſint ſpecies plures ſimulationis,
ille qui dicit cõtractum ſimulatum,
debet exprimere & ſpecificare ſpe-
g ciem[g] ſimulationis: vt not. Bart. in
d.conſi.lxv.col.iij. Bal. in l.ab Ana-
ſtaſio.in fi.C.mand.Paul.de Caſtr.in
l. Iuriſgentium. §. dolo malo. ff.de
pact.Alexan.in conſi.cxj. viſo ſupe-
riore themate.col.j.lib.iij.in conſil.
xxviij.in cauſa.col.iiij.lib.v.Petr.de
Ancha,in conſil.ccxxvij. Ad corro-
borationem, col. j. Et iſta addenda
ſunt ad ea quæ tradit Barthol. Ve-
ronenſis, in tract. ſimulationem. in
xxj.præſumptione.col.fin.

ADDITIO.

a Imaginaria. Ita & imaginarij nun-
tij,id eſt ficti, de quibus in l. dubiũ.
C.de repudiis. Gab.Saray.
b Venditionis. Adde eundem Deci.
in l.ij.in prin. col. penult.in verſic.
ſexta. nu.19. in vlti.lectura.ff.ſi cert.
pet.Et ibi Bar.nu.3. G.S.
c Pretio. Late Andr. Tiraq.Rep.d.l.ſi
vnquã.ver.donatione largitus.nu.2.
d Pro maiori parte. Vide Alexan.poſt
alios,in l.ij.in prin.col. ij.verſi.quid
autem in dubio.ff.ſi cert.pet. G.S.
e Nulla. Vide Bald. & docto.in l.j. C.
plus val.quod agi.vbi dicit,ꝙ ſimu-
latio vitiat iuramentum,tranſactio-
nem,ſententiam & laudum:& quo-
tuplex ſit, vide Bald.in l. cum preci-
bus.C.de probat.late Cæpo,in tract.
de ſimulat. contractuum. & qualiter
probetur, vide Bald.vbi ſuprà,Bart.
l.pacta.C. de pact.& Bald. in l. mul-
tum.j.col.C.ſi quis alteri. H.C.
f Per illum tex. Adde alium tex.in c.
imperiali.xxv.q.ij.ibi ea quæ.G.S.
g Speciem.Angel.Aretin. inſtit.de ex-
ceptio.in prin.col.xxj.

In l. Cùm tempus.

Argumenta.

1 *Tempus ſolutioni adiectum, vide-
tur fauore debitoris.*
2 *Hæres grauatus ad diſtribuendum
bona ipſo mortuo, non poteſt ante
mortem diſtribuere.*
3 *Declaratio facienda in tẽpore,ante
tempus fieri non debet.*
4 *Tempus,quod in teſtamento adiici
tur,gratia hæredis adiici creditur.*
5 *Dies incertus pro conditione repu-
tatur.*
*Creditor ante conditionem non co-
gitur inuitus ſolutionem recipere.*
6 *Creditor ante tempus non cogitur
vinum aut granum recipere,curſu
temporis quod minuitur.*
7 *Emphyteuta quare pro annis plu-
ribus futuris ſoluere nequeat.*
8 *Emphyteuta non ſoluens canonem,
iure ſuo priuatur, non obſtante re-
ſcripto ſummi Pontificis.*
9 *Emphyteuta non ſoluendo,non pri
uabitur iure,ſi hoc ferat cõſuetudo.*
*Emphyteuta paciſci poteſt cũ eccle-
ſia,quod non ſoluẽdo nõ cadat iure.*
10 *Creditor,cuius fauore tempus ad-
iectum eſt,ante tempus petere pote-
rit.& num.ſequentib.*

REGVLA XVII.

CVm tempus in teſtamẽto
adiicitur, credendum eſt
pro hærede adiectum: niſi alia
mens fuerit teſtatoris, ſicut
in

in ſtipulationibus,promiſſoris
gratia tempus adiicitur.

1 NOta † ꝙ tẽpus appoſitũ ad ſol-
uendũ,in dubio appoſitũ vide-
tur in fauorẽ debitoris & hæredis.
Et primo de hærede, vt hic dicitur.&
ideo hæres in dubio lucrari debet
fructus qui pendente dilatione per-
cipiuntur.l. ſi ita relictũ. §. Pegaſus.
de leg.ij.Et propter hoc hæres ſi ve-
lit,ante tempus ſoluere poteſt.l.cum
qui.ff.de ann.leg.& l. poſt mortem.
C.de fideicommiſ.& l.patrem.ff. de
his quæ in fraud.cred.
Et ex hoc infert Bart.in l. ſi cum præfi-
nitione.in fi.ff.quando dies leg. ced.
Quod ſi teſtator vnam corbem grani
reliquit annuatim vſque ad 50. an-
a nos,hæres ſtatim[a] ante tẽpus ſolue-
re poterit,quia eſt vnũ legatũ.Et di-
latio appoſita eſt in fauorẽ hæredis.
Et iſta cõcluſio procedit quando ſolũ
agitur de intereſſe hæredis : ſecus ſi
tractatur de præiudicio tertij : quia
tunc hæres ante tempus ſoluere nõ
poteſt.l. vxorem. §. Seia.de leg.iij.l.
cũ pater.§.à filia. de leg. ij. vbi Bart.
2 infert,†ꝙ hæres grauatus poſt mor-
tem eius diſtribuere bona inter pau-
peres,non poteſt hoc facere in vita
in preiudicium pauperum qui erunt
poſt mortem eius. Et idem dicunt
Bart.Ang.& Doct.in l.poſt mortem.
C.de fideicom. Et eſt cõmunis opi.
vt proſequitur Alex.in l. ſtipulatio
iſta.§.certam.quem legit ſimul cum
§.ſi quis dolum.de verb.oblig.
Et in ſimili not.Bart.in l.omnes popu-
li.in v. q. quæſtionis principalis. ff.
de iuſtit. & iur. vbi not. concludit,
quod poteſtas quæ habet arbitrium
imponendi pœnam in caſibus non
determinatis à iure, non poterit in
principio officij hoc declarare,
3 quia talis † declaratio quę poteſt va-
riare in tempore ante tempus fieri
non poteſt. d.l. cum pater.§. à filia.
& ſequitur Pet. de Anchar. in c.j. in
verſic.quærit Bart.de conſti.
Et idem quod dictum eſt de pauperi-
bus, ſequitur Rom.in conſil.ccccli j.
circa primum. & Bald. in conſilio
lxxvij. videtur quòd electio. lib.iij.
b Aliter tamen reperio[b] quod in hoc
voluit Pet. de Ancha. in conſil.ccij.
c circa primum dubiũ, in ij. dubio[c]:
quia illa diſtributio quæ debet fie-
ri inter pauperes poſt mortem hære-
dis, eſt principaliter facta pro ſalu-
te animæ defuncti,cui expedit quod
celerius prouideatur. Vnde ſi hæres
in vita voluit eligere pauperes de-
bet commendari:nec eſt curandum
de pauperibus qui acceſſorie ve-
niunt, vt latius ipſe ibi proſequitur:
Et hoc idem videtur tenere Abb. in
conſil.xj.factum ſic proponitur. in
primo dubio. & ij. lib. & iſta opin.
de iure verior videtur.
Secundò,quod dictum eſt de hærede,
4 idem † eſt de quolibet alio debito-
re: quia in dubio pro eo tempus ap-
poſitum intelligitur , vt hic dicitur,
& l.cum qui Calendis.§.fin. de verb.
oblig.& tex.in §.omnis.verſic.quod
in diem. inſtit.de verbor. obliga. Et
ideo ante tempus ſi velit ſoluere po-
teſt.l.quod in diem.ff.de ſolut.
d Et eodem modo[d] ſi debet ſolutio
fieri in certo loco fauore debitoris,
poterit alibi debitor ſoluere, ac ſi
talis locus expreſſus non fuiſſet : vt
not.Bart.in l. is qui.ff. de eo quod
cer.loc. Et idem no.Bal.in l.accepta.
in xij.q.in fi.ver.ſed pone. C. de vſu.
Et quod dictũ eſt de tempore,procedit
in die certa:ſecus eſt in die incerta:
vt expreſſe tex. diſtinguit in l. ſtipu-
latio iſta.§. inter certam.de verbor.
5 oblig.† Nam dies incertus pro con-
ditione habetur l.dies incertus. ff.de
cõdi.& demõ. Et ante cõditionẽ nõ
cogitur creditor inuitus ſolutionem
recipere,quia deficiente conditione
tenetur reſtituere:vt not.Bart.in l.itẽ

liberatur.§.qui paratus.in fi.j.quib.
mod.pig.& i.o.in d.§.inter certam.
secundò prædicta cõcluſio,ꝙ ante tẽ-
pus ſolui poteſt,habet locũ quando
tẽpus ſolum apponitur fauore debi
toris:ſecus ſi agatur intereſſe credi-
toris, quia ante tẽpus ſolui non po-
teſt.l.qui Romæ.in princ.ibi gloſ.&
Bar.de ver.obl.facit quod ſ. dictum
eſt de hærede, qui ante tempus ſol-
uere non poteſt in præiudiciũ lega-
tarij:& à fortiori hoc dicendũ eſt,ſi
ſolùm fauore creditoris tẽpus adii-
ciatur:quia ſimiliter ante tẽpus ſo-
lutio fieri non poteſt, l.ſi ita relictũ.
§.Pegaſus.de le.ij.vt not.in l.fidei-
commiſ.§.cum Polidius.ſ.de vſur.
6 Et ex his infertur, † ꝙ creditor non
cogitur ante tẽpus recipere vinum,
nec granũ, nec aliud quod curſu tẽ-
poris deteriorari poſsit: vt not.Bal.
poſt Gul.de Cu.in l.plures apochis.
C.de fi.inſtr.& Flor.in d.§.cum Poli
dius.in fi.Alex.in d.§.inter certã.&
not.Cyn.in d.l.ij.in vlt.q.C.de iure
emphy.Ang.in l.Titius.in fi.in ver.
vnum tamẽ.ff.quæ res pig.obli.poſ.
7 Et hac ratione † emphyteuta nõ po
teſt ſoluere canonem pro pluribus
annis futuris, quia agitur de inter-
eſſe ipſius domini creditoris: vt te-
nẽt Cy.Bal.Alb.&Dom.in d.l.ij.ſ.de
iur.emph.Spec.in tit.de loca.§.nũc
aliqua.ver.xlij. Bar.in l.eum qui.ſ.
de ann.leg.cũ ſimi.vt tradit Alex.in
d.§.inter certam.vbi dicit iſtam eſſe
communẽ opin.& idẽ Aret.dicit in
d.l.qui Romæ.in princ.Et Moder.
8 in d.l.ij.q.xxij Et addet † ꝙ non va-
e leret reſcriptũ [e] Papæ, ꝙ emphyteuta
non ſoluẽdo non priuetur iure ſuo:
vt not.Bald.in l.ſi à te.ver.& not.C.
de pact.inter empt.& vendit.
Videtur tamen, ꝙ valeret reſcriptum,
ꝙ emphyteuta poſsit ſoluere ante
tempus pro pluribus annis futuris ſi
propter malignitatẽ quorundã do-
minorũ qui ſubterfugiũt, & nolunt
canonem recipere, ad illaqueãdum
emphyteutã: quia malitiis hominũ
obuiandũ eſt, l.in fundo.ſ.de rei vẽ.
Et quia agitur de modico præiudicio:
nam ſi poteſt cõcedi dilatio ad ſol-
uẽdum per reſcriptum, l.quoties.C.
de prec.imp.offe.à fortiori videtur
ꝙ quis poſsit cogi ad recipiendum,
quia hoc videtur minus præiudi-
ciale.Et licet valet reſcriptum,vt di-
9 ctum eſt, † valet tamẽ cõſuetudo,ꝙ
non ſoluendo emphyteuta iure ſuo
non priuetur: vt not.Abb.tradit in
conſ.lxxij.circa primum.lib.vj.vbi
hoc dicit in eccleſia: & idem Io.de
An.in cõſ.lxxxiiij.vidẽdũ eſt.col.fi.
Et eodem modo valeret pactum fa-
ctum cum eccleſia, ꝙ emphyteuta
non ſoluendo non cadat:vt not.di-
cit Bar.in l.fundi.C.de fun.pat.lib.
xj.& ſequitur Paul.de Caſt.in con-
ſilio cxxxvij.
10 † Et ſicut debitor in cuius fauorẽ
tempus appoſitum eſt, poteſt,ſi ve-
lit, ante tempus ſoluere: ita credi-
tor,in cuius fauorem tempus appo-
nitur, poterit petere ante tempus:vt
ſit æqualis conditio vtriuſque con-
trahentis:vt Rom.dicit in d.§.inter
certam.& ſequitur Aret.in d.l.qui
Romæ.in princ.arg.l.cùm dies.§.ſi
arbiter.in fi.ff.de arbitr.facit tex.in
l.fin.C.de fruct.& lit.expenſ.
11 † Soc.in d.l.qui Romæ.in princ.re-
probat iſtam æquiparationem,& di
cit manifeſtã eſſe rationem diuer-
ſitatis:quia in debitore ſoluẽte ante
tempus non agitur de intereſſe cre-
ditoris.ſecus videtur in creditore ſi
velit ſibi ſolui ante tẽpus:quia agi-
tur de intereſſe debitoris,vt ante tẽ-
pus non cogatur ſoluere. Et ipſi de-
bitori videtur eſſe ius quæſitum be-
neficio creditoris, vnde illud ſibi
tolli non poteſt.arg.l.fin.ff.de pact.
Et facit quod not.in l.petente.C.de
tempor.in integr.reſtitut.peten.&
quod notat Bar.in l.poſt mortem.
§.fin.ff.de contratabul.
12 † Sed verior videtur opi.Rom.quia
ſi tempus apponitur fauore credito
ris, prout loquitur Rom.etiam ipſe
debet poſſe renuntiare fauori ſuo:
nec tali caſu poteſt debitor præten-
dere aliquod intereſſe:quia ſi ſolùm
eſt dilatio in fauorẽ creditoris, de-
bet eſſe nociua debitori,& intereſſe
debitoris non eſt in cõſideratione.
Nam ſi intereſſe debitoris deberet
conſiderari in tali caſu, tunc gratia
vtriuſque eſſet dilatio:quo caſu etiã
debitor in diem non poteſt prius
ſoluere,quãdo tẽpus reſpicit fauorẽ
vtriuſq;: vt not.in d.l.qui Romæ.in
prin.vnde patet, ꝙ rectè cõſiderãti,
debitor & creditor à pari procedũt,
prout Rom.& Aret.dicunt,& bene.

ADDITIO.

a Statim. Contrarium ſentit Alber.in
d.l.ſi cũ præfinitione.& verius.C.M.
b Aliter tamen. Pro opinione cõmu-
ni contra Pet.de Anchar.facit,quia
eleemoſyna, quæ ex teſtamẽto pau-
peribus fieri debet,putà, poſt mortẽ
teſtatoris illis fieri debet pauperi-
bus, qui ſunt in loco, vbi factũ fuit
teſtamentum, vt notat Bar.in l.ij.C.
de annon.ciuil.lib.xj. Et ad hoc eſt
glo.not.in c.ſi pater.de teſtam.lib.
vj.Iaſ.ponit in l.nulli.C.de epiſc.&
cler. Et ad hoc multa cõgerit idem
Dec.in l.ſi quis id quod.col.iij.nu.
11.ff.de iuriſd.omn.iud. Cùm ergo
eleemoſyna debeat fieri pauperibus
loci, vbi factum fuit teſtamentum
in tempore,non poteſt fieri ante tẽ-
pus, ne pauperes illi præiudiciũ pa-
tiantur, qui in tempore ſtatuto erũt
in loco, in quorum fauorem vide-
tur facta diſpoſitio. G.S.
c Dubio.vbi clariſſimè reſpondet mo
tiuis Bart.& pro iſta opin.facit tex.
in l.vxorem.§.Scæuola.de legat.i.j.
vbi hæc verba, poſt mortem expo-
nuntur,id eſt,quando vellet.H.C.
d Et eodem modo. Adde Iaſ.in l.qui
ante calendas.col.j.verſic.ſecunda.
num.3.ff.de verb.oblig. G.S.
e Reſcriptum.Intellige propriè: nam
largo modo comprehendit priuile-
gium,& bene poſſet fieri:quia quod
poteſt per conſuetudinẽ induci, po-
teſt à fortiori per priuilegiũ, vt per
c.ſuper quibuſdam.de verb.ſign.&
hoc etiam ſentit Bald.in l.ſi à te.in
principio legis. Hier.Cuch.

In l.Quæ legata. Argumenta.

1 *Legata purè vel in diem certũ re-*
licta,ad hæredem trãſmittuntur.
2 *Legata quæ ad hæredẽ non tranſ-*
feruntur, patri vel domino non ac
quiruntur.
3 *Stipulationum commoda patri vel*
domino indiſtinctè acquiruntur.
4 *Conditionis futuræ ſpes, quare po-*
tiùs in contractu, quàm in legato
ad hæredes tranſeat.
5 *Cõditio in perſona hæredis implẽda*
in dño vel patre non eſt verificãda.
6 *Conditio dandi hæredi,non verifi*
catur in hærede hæredis.

REGVLA XVIII.

QVAE legata mortuis no-
bis ad hęredem noſtrum
tranſeunt,eorũ commodũ per
nos his, quorum in poteſtate
ſumus,eodẽ caſu acquirimus:
aliter atq; cũ ſtipulati ſumus:
nam & ſub cõditione ſtipulan
tes omnimodo eis acquirimus,
etiamſi libertate nobis præſti-
ta,à dominis conditio exiſtat.

1 NAm † legata quæ pure vel in
diem certum relicta ſunt, ad
hæredẽ tranſmittuntur.l.ſi poſt diẽ.

in prin.l.ſi penum.in prin.ff.quando dies leg.ced.l.j.§. cum igitur. in fin. eod.tit.C.quando dies leg.ced.

Eodem modo iſta legata ex perſona filij vel ſerui patri vel domino acquiruntur, vt hic dicitur, & in d.l.ſi poſt diem.§.pen.

2 Sic econtra † legata quæ ad hæredem non tranſmittuntur, vt ſunt legata conditionalia.l.j.§. ſinautē aliquid ſub conditione. ſupra de cad. tollen.& d.l. ſi poſt diem.§. ſed & ſi ſub conditione patri vel domino non acquiruntur, ſed ipſi filio vel ſeruo, ſi tempore purificatæ conditionis ſui iuris reperiuntur: vt hic à contrario ſenſu colligitur, & in l.ſi vſusfructus. §.fi. ſupra quando dies lega.ced.& in l.ſi legati.ſupra de pignoribus.& in l.j.§.fin.ff.vt leg.nor. caue.in l. vxor.C.de cond. i. ſer. Et
3 hoc bene procedit in legatis: † ſecus eſt in ſtipulationibus, quorum cōmodum indiſtincte patri vel domino acquiritur: licet tempore purificatæ conditionis ſint ſui iuris filius vel ſeruus: vt hic dicitur. ad idē text. in l.ſi filius.ff. de verbor.oblig. in l.ij.§. id quoque quod. ſupra, de colla.bonor.

Et ratio diuerſitatis videtur: quia in ſtipulatione cōditionali illa ſpes quæ habetur de cōditione futura, tranſit ad hæredē.§.ex conditionali.inſtit. de verb.obli.ideo patri vel domino acquiritur, per regulam quæ hic in prin.habetur. Sed ſpes legati conditionalis non tranſmittitur in hæredem. l.j.§. ſinautem. C. de cad. toll. ideo patri vel domino nō acquiritur, ſecundū regulā quę hic ponitur.

4 † Et ſi vlterius quæratur de ratione quare potius ſpes futuræ conditionis in contractu ad hæredes tranſmittitur quàm in legato, dicendum eſt ꝙ in contractu actus fundatur ex conſenſu duorum, & factum ſtipulatoris interuenit, qui ſibi & hæredibus ſuis prouidere videtur. vnde fortior acquiſitio redditur. Non ſic videtur in legato: vt per gloſſ.in d.§.ex conditionali. & per Doct. in l. ſi filius. de quo tamen dicendum eſt, vt dixi in l.j.C.de pact.

Vltimo ad ęquiparationem quę fit hic de hærede ad patrē vel dominum, facit text.in l.qui liberis.§.hæc verba.de vulg. & pupil. vbi ſubſtitutio facta de hærede, non habet locum in patre vel domino, & pariter nec
5 in hærede hæredis.† Et cōditio quę debet impleri in perſona hæredis, non verificatur in perſona domini vel patris.l.qui hæredi. in prin. ff.de cond & demonſtr.& facit text. not. in l.iij.§.hoc autem.de leg.præſtan.
6 Et pariter videtur ꝙ † cōditio dandi hæredi, non verificetur in hære-
a de hæredis [a] . d. §. hæc verba. facit tex. in l. cum ita datur. ff.de cond.& demon. vbi conditio dandi Titio, non poteſt impleri in hærede Titij.

ADDITIO.

a Hæredis. Vide omnino Iaſ. l. paterfam. de vulg. & pupil. & quomodo intelligatur regula quòd hæres hæredis primi teſt. eſt hæres, vide Anchar.conſi.cxxx. Hier.Cuch.

In l. Qui cum alio.
Argumenta.

1 *Contrahēs, conditionē ſeu qualitatem ſecum contrahētis noſſe debet.*

2 *Societate finita non tenētur ſocij de contractu poſt eà inito cum aliquo ipſorum, licet contrahens neſcierit ſolutam ſocietatem.*

3 *Ignorans, quo caſu æquiparetur dubitanti.*

4 *In delictu an poßit quis à pœna excuſari ex cauſa iuſta.*

5 *Bannitum cum ſaluo conductu occidens, excuſatur.*

Offend

6 *Offendens alium, cōditionem eius inueſtigare debet.*

7 *Hæres ex quaſi cōtractu obligat.*

8 *Obligatiōis qualitas nō mutatur in creditorib⁹ ob hæredū perſonas.*

9 *Statutum de contractu loquens, quaſi ad contractum quandoque extenditur.*

10 *Eſſe idem putatur cum eo quod eſt eſſe debere.*

11 *Contrahere ſponte nō dicitur, qui ex quaſi contractu obligatur.*

REGVLA XIX.

QVI cum alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis eius: hæredi autem hoc imputari non poteſt, cùm non ſpōte cum legatariis contrahit.

1 NOta quòd † qui cum alio contrahit, debet eſſe certus de conditione & qualitate cōtrahentis. & ideo qui mutuauit pecuniā filiofamilias non poteſt mutuum recipere obſtante Senatuſconſulto Macedoniano: quia ſcire potuit illum eſſe filiumfamilias.l.pe.ff.ad Maced.

Et idem in minore: vt no.per gl.in l.ſi Titius. in verſ. ætatis.ſupra de fideiuſſ. vnde præſumitur ille qui contrahit habere notitiam eius cū quo mercatur: vt no.Bald.per illum tex. in l.inciuile.C.de fur.

Et in hoc etiā forenſis non excuſatur: quia debet conditionem eius cum quo contrahit inueſtigare: vt notat Cuma.in conſil. xxvj.cum ſtatutum Paduæ.col.j.

Et iſta ratione etiam iuſta cauſa non
a excuſat à pœna [a] cōuentionali: quia debuit inueſtigare, vt no.tradit.Alec. in conſ.cxix.titulus quæſtionis.col. pe.lib.ij. Et bene facit quod no.tradit Paul.de Caſt.in l.j.§.non autem. in ver. item alias conſului. ff.de ex-
2 ercit.vbi dicit ſe cōſuluiſſe, † quòd cū duo mercatores feciſſent ſocie-
b tatem [b] per quinquennium, quòd finito quinquennio alter non tenetur ex cōtractibus cum alio celebratis, licet contrahentes ignorarent finitam eſſe ſocietatē: quia debuerūt perſcrutari & ſe informare de qualitate ſocietatis, per iſtam regulam. & idem Pau.de Caſt. in l.j.§.conditio.ff. de inſt. & idem Paul. de Caſt. in conſi.ccccxxxv.viſis & ponderatis omnibus. in prin. & idem Pet.de Anch.in cōſ.cccxxxiij.pro clariori deciſione.vbi concludit, ꝙ vnus ſocius pro alio nō tenetur niſi pro illa quantitate quam poſuit in corpore ſocietatis. Et ideo ille qui contrahit debet inueſtigare qualitatem ſocietatis per ipſam regulam. Et ad idem
3 facit: quia † licet aliâs ignorans &
c dubitans æquiparentur [c] .l.manifeſtiſſimi.§. ſinautē.vbi Bar.C.de fur.l. ſi.C.de cond.indeb. Hoc non habet locum in cōtrahente cum alio: quia ſi dubitat debet eius conditionem inquirere.ita Bal.no. dicit allegādo iſtum tex.in c.j.§.perſona vero.verſ. ſed quid indubitate. per quos fiat inueſt.de cuius dicti veritate dixi in l.quandiu.C.qui admit.

Et quod hic dicitur de contrahente, idem eſt in eligente qui præſumitur habere notitiam electi. & ideo non
d excuſantur [d] canonici qui eligūt in
e dignū: [e] vt not.Bar.in l.ſi patronus: de confir.tut.& ibi Bart.alleg.iſtum tex. Et per iſtam l. qui cum alio.arguit Alex.in l.ſi cum dotem.§. ſi mulier.ff.ſol. matr.col.ij. verſic. vnum
f addo.quòd imputatur creditori [f] ꝙ acceptauit debitorem qui non erat ſoluendo: quia debuit eius cōditionem perſcrutari. & idem dicit Paul. de Caſt. poſt Ang. in l.j.ff. ſi quis in ius voc.

Et iſta regula procedit, niſi ignorantia
eſſet multũ probabilis & iuſta, quia
tunc excuſatur. l. ſi quis patrẽ. ff. ad
Maced. & d. l. ſi Titius. de fideiuſ.

Secundo regula habet locum in con-
4 trahente, prout loquitur: † ſecus eſt
in delictis in quibus quis à pœna ex-
cuſatur ex iuſta cauſa, & non impu-
g tatur ſi conditionem [g] offenſi non
inueſtigauit, vt not. tradit Paul. de
Caſt. in conſi. xxxij. licet iſta ſit quæ-
ſtio. in fi. ver. ad quartũ. vbi propter
5 hoc concludit, † quòd occidens
bannitum excuſatur: non obſtante
quòd bannitus occiſus haberet ſal-
uum conductum, de quo ille non
inueſtigauit.

Sed tamen talis differentia non vide-
tur vera: quia in tali caſu ex quo erat
h publice bannitus [h] & deſcriptus in
libro bannitorum ignorantia ſalui
conductus erat multum probabilis:
quo caſu idem eſſet in contrahen-
te: vt ſupra dictum eſt: ſed ſi ignoran
tia non eſſet ita probabilis, idẽ eſſet
in delinquente.

6 † Et quia ſi ille qui cum alio con-
trahit, debet inueſtigare conditionẽ
eius cum quo contrahit, vt hic dici-
i tur, multo magis [i] qui alium offen-
dit debet eius conditionem inqui-
k rere. ita Bar. dicit [k] in l. ſi. ff. de adul.
Et de quæſtione Pau. Caſt. late ſcri-
b. Alex. in l. huiuſmodi. §. ſi ita. de
leg. j. & in conſi. lxxvij. viſis dubita-
tionibus. lib. iij.

Tertio regula habet locum in contra-
hente: ſecus eſt in hærede, vt hic di-
7 citur: † quia ipſe ex quaſi contra-
ctu obligatur. §. hæres. inſtit. de obli
gat. quæ ex quaſi contractu. l. ex ma-
leficiis. §. hæres. ſupra, de action. &
obligat.

Et hoc verum intelligitur quo ad lega
tarios quibus hæres obligatur ex
quaſi contractu: ſecus eſt in credito-
ribus quibus hæres eſt obligatus ex
contractibus quibus defunctus te-
nebatur: vt not. Bart. dicit in l. de eo.
ff. de iudic. Et idem Raphaël Cumã.
in conſil. clxxvj. ſtatuto Papienſi. co
lumn. ij.

Et de legatariis loquitur text. hic in §.
hæres. inſtit. de oblig. quæ ex quaſi
contract. Et in d. l. ex maleficiis. §.
hæres. & l. apud Iulianum. §. fin. vbi
gloſſ. verbo, contrahere. ex quibus
cauſis in poſſ. ea.

8 Et ad hoc facit, quia † ex perſona
hæredum qualitas obligationis in
creditoribus mutari nõn debet. l. ij.
§. ex his. de verb. oblig.

Quantum tamen ad iſtam regulam
idem videtur in creditoribus à qui-
bus hæres conuenitur ex contracti-
bus cũ defuncto celebratis, de qui-
bus hæredi nihil imputari poteſt, ſi
conditionem creditoris non inue-
ſtigauit. Et ſic militat ratio quæ hic
in text. alleg.

Et ex his colligitur, ꝙ illud quod dicit
de contractu, non habet locum in
quaſi contractu, ex eo quod hic di-
citur de hęrede qui ex quaſi contra-
ctu obligatur. Et hoc in ſtatuto not.
Bart. in l. apud Iulianum. §. fin. in fi.
ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. Bart. in
l. j. per illum tex. ſupra de contrario
iud. tute. cum ſimi. vt tradit Alex. in
l. mutum. & in l. more. in ij. no. ſupra
de acquir. hæred. Et idem Angel. in
conſil. cccij. viſis & diligenter. Abb.
in conſ. lxj. quinque dubia. col. viij.
libr. j. & cap. qua fronte. de appell.
vbi dixi.

Et idẽ Alex. in conſ. lxxvj. viſis dubita-
tionibus col. iij. lib. v. Et iſta conclu
ſio procedit inſpecta vi & proprie-
tate verborum: per viam vero exten
9 ſionis † quandoque ſtatutum quod
loquitur de cõtractu etiam ad qua-
l ſi contractum porrigitur, [l] quando
omnimoda ratio militaret: Et ita
procedit quod not. Bal. in rub. C. de
pact. Bar. in l. more. de acquir. hære.
cum ſi. vt tradit Alex. in l. ſiue apud
acta

acta. C. de tranſact. & idem Rom. in
conſi. xij vno facto col. fin. in fi. & in
conſi. ccclxxx. præſuppoſito. in prin.
& ſubtiliter ſcribit Cuma. in conſil.
clxxvj. ſtatuto Papien. ſupra alleg.
facit quod not. Bar. in l. ſi vnus. §. pa-
ctus ne peteret. colum. iiij. ſupra, de
pact. & in l. Mæuia §. j. ſ. ſol. matri.

Vltimo ex verbis illius regulę duo no-
tanda ſunt.

10 Primò ibi, eſt vel eſſe debet. † quòd
paria ſunt, eſſe vel eſſe debere. Sic
etiam paria ſunt, ſcire vel ſcire de-
m bere [m] l. quod te. ſupra, ſi cer. petat
vbi dixi, vt not. per gloſſ. hic. Vnde
ſicut denuntiari poteſt ille qui ſcit
ſe debitorem ita ille qui ſcire debet:
vt not. Bald. in auth. ad hæc. col. iiij.
C. de vſuris. ſic etiam paria ſunt, ſci-
re & ſcire poſſe. l. pen. ſupra, ad Ma-
ced. not. Bald. per illum text. in l. ſi
duo. de acquir. hæred. facit text. in l.
qui contra. vbi Bar. C. de inceſt. nup.
in cap. ij. cum gloſſ. de temp. ord. in
vj. Sic etiam paria ſunt, habere &
habere poſſe, vt in not. q. Ang. dicit
in l. item veniunt. §. petitam. ſupra,
de pet. hære. Sic etiam paria ſunt, ha
bere & habere debere: vt not. Bart.
in pulchra quęſtione, in l. pen. §. cum
ita. de aur. & arg. leg.

11 Secundò, not. † quòd ſponte non
dicitur quis contrahere & ſe obli-
gare qui ex quaſi contractu per in-
terpretationem iuris obligatur. Et
ſic ſponte dicitur fieri illud quod fit
principaliter & immediate ex pro-
n pria [n] voluntate: adeo quod not. di-
cit Petr. de Ancha. in cle. præſenti.
in v. not. de cenſi. quòd non dicitur
ſponte factum illud quod fit ad pe-
titionem: ſed videtur tex. in contra-
rium in l. ij. C. de pact. & ibi dixi.

ADDITIO.

a Pœna. Dixi ad Alexan. d. conſi. cxix.
num. 13. lib. ij. adde Alex. conſi. lxvj.
lib. v. do. And. Tira. in trac. Retrac.
conuentio. §. j. gl. vj. num. 56. C. M.

b Feciſſent ſocietatem. Vide ad hanc
quęſtionem aliqua per Alexan. in l.
non ſolùm. §. morte. col. vj. verſic. ſi
autem proteſtatio. nu. 26. ff. de oper.
noui nuntia. Et eundem Deci. in l. ſi
ſocius. in primo not. nu. 4. ff. ſi cert.
pet. vbi hoc multum exclamat. G. S.

c Aequiparantur. vide Pau. de Caſt. in
l. manifeſtiſſimi. §. ſed quærebatur
C. de furt.

d Non excuſantur. Sed quid ſi falſo
rumore adducti elegerint eum, qui
credebatur dignus & peritus, cum
eſſet indignus, & fatuus? Non vale-
bit electio, ita tenet gl. in c. veniam.
xxxv. quæſt. vltima. Et ſequitur Al-
beri. de Roſat. in l. fin in fi. ff. de hæ-
red. inſtitu. G. S.

e Indignum. Iaſ. l. cum filiusfam. §. in
hac. col. j. de verbo. oblig. Fran. Rip.
de reſcrip. Reſpon. xij. col. j. fa. Alex.
conſi. cciij. col. iij. lib. ij. conſil. xix.
nu. 4. lib. iiij. C. M.

f Imputatur creditori. Imputet enim
ſibi l. fi. §. ſi ſeruus. ff. nautæ, caupo.
ſtabul. l. eum qui. §. fi. & l. ſeq. ff. com
mod. Specu. in tit. de primo decreto.
§. reſtat. verſi. quid ſi reus agit. Sed
quid ſi dedit alium delegãdo, quem
ſciebat citò decocturum, an libera-
bitur? Vide Iaſ. in l. ſingularia. colum.
xvj. verſi. limita. num. 4. ff. ſi certum
pet. qui tenet, quòd nõ liberetur. G. S.

g Conditionem. hæc faciunt ad ma-
teriam cap. ſi vero de ſenten. excom-
muni. vbi ponuntur plura exempla
per dom. Felin. quando quis delin-
quit ignorando conditionem ſeu
qualitatem perſonæ. & ponitur ibi
regula, quòd vbi factũ eſt illicitum
non excuſatur allegans ingnoran-
tiã, quia pręſumitur ſcientia. de quo
per cano. in ca. à nobis. eo. tit. H. C.

h Bannitus. Hippo. de Marſil. in prac.
verſi. aggredior. C. M.

i Multo magis. Hanc partem tenet
Hippoly. de Marſil. in conſil. x. col.
fi. nu. 60. vol. primo. G. S.

Dic

k Dicit. vide Iaſ. qui plura circa hanc
quęſtionem accumulauit poſt Alex.
in l. ſi ſe non obtulit. §. condemna-
tum, in vj. col. verſic. vlti. Dy. & Alb.
&c. ſupra de re iudi. vbi etiam po-
nit an poſſit quis occidere banni-
tum quando nullitas banni eſt pa-
tens quid quãdo pendet lis, an ban-
num ſit nullum vel ne: an poteſtas
à ſtatuto conceſſa occidendi ban-
nitum ſit interim ſuſpenſa. H. C.
l Porrigitur. Iaſ. l. ſi ego. §. ſi cer. pet.
m Scire, vel ſcire debere. Adde l. ſi Ti-
tius & Seia. ff. de fideiuſſor. & ff. pro
emptore. l. qui fundũ. §. ſeruus meus.
& paria ſunt timere, vel timere de-
bere. Et exiſtimare, vel exiſtimare
debere. l. prohibere. §. clam facere.
& ibi Alberi. de Roſat. notat. ff. quod
vi aut clam. G. S.
n Ex propria voluntate. Facit id quod
notat Bartol. in l. ſi quis in graui. §.
vtrum. ff. ad Syllania. quòd ſi ſtatu-
tum requirat aliquid fieri vltro, &
ſponte, & præmium conſtituit, tunc
id non conſequetur, qui coactus, vel
ex officio fecerit. Vnde ſi ex ſtatuti
diſpoſitione capiens bannitum, cen-
tum ferre aureos nummos debeat,
non habebit locum in officialibus,
qui coacti vel ex officio id peragunt,
ne facinoroſos homines capiant.
de quo plenè tradit idem Decius in
in l. j. in ſecundo notab. C. de con-
tratab. libert. G. S.

In §. Non ſolet.

Argumenta.

1 *Exceptio doli non nocet, quibus te-
ſtatoris voluntas non reſiſtit.*
2 *Exceptio doli repellit petentem de-
bitum, quod exceptione elidi poteſt.*
3 *Teſtamentum primum reconuale-
ſcit, ſi teſtator ſecundum inciderit.*

§. Non ſolet.

1 NON ſolet † doli exceptio
nocere his quibus volun
tas teſtatoris non refragatur.
VLtra gloſſ. hic, iſte §. exemplifi-
cari poteſt, vt ſtatim dicam in
2 tex. ibi, doli exceptio. Nam † exce-
ptione doli generaliter repellitur
qui debitum petit quod exceptione
elidi poteſt. l. ij. §. generaliter. ſupra
de except. do. vnde petens conſulto
deleta exceptione repellitur. l. j. §.
ſed conſulto. ff. de his quæ in teſta.
delen. ſed ſi inconſulto deleta ſint,
non repellitur. d. l. j. verſic. inconſul-
to vero. quia voluntas teſtatoris nõ
refragatur, vt hic dicitur. Et aliud
etiam exemplum colligitur in l. pe.
3 §. fi. ſupra de ſecun. tabu. † vbi ſi te-
ſtator vltimum teſtamentum inci-
derit, vt primum habeat locum præ-
ualet primum.

In l. Quoties dubia.

Argumenta.

1 *Libertati in dubio fauendum eſt.*
2 *Libertas inter cauſas pias annu-
meratur.*
3 *Libertati plus fauetur, quàm libe-
rorum legitimæ.*
4 *Libertatis cauſa publica cenſetur,
non priuata.*

REGVLA XX.

QVOTIES dubia eſt in-
terpretatio libertatis, ſe-
cundum libertatem reſpon-
dendum erit.

1 NOta quòd in dubio † pro liber-
tate iudicandum eſt. faciunt iu-
ra allegata in gloſſ. ad idem text. in
l. lege Iulia. ſupra de manumiſ. l. in-
ter pares. ſupra de re iudi. & in l. in
obſcura. & in l. libertas. in eadem.
2 † Cauſa enim libertatis, dicitur
pia

a pia. [a] l. j. circa fin. C. de communi
ſeruo manu. not. Bart. in l. proxime.
ff. de his quæ in teſta. delentur. in l.
ſi vnus. C. de teſta. Bald. in l. ij. & pe.
C. de fideicom. lib. Et libertati ma-
gis quàm reo fauendum eſt. cap. fin.
de re iudic. d. l. inter pares. & dicta
l. Iulia.
3 Et † fauorabilior eſt cauſa liberta-
b tis, quàm ſit legitima [b] liberorum:
vt not. dicit Paul. de Caſtr. per illum
text. in l. Papianus. §. quarta autem.
de inoff. teſta. Et cauſa libertatis di-
4 citur publica, † non priuata. l. ſi
quis rogatus. ſupra de fideicom-
miſſ. libert.

ADDITIO.

a Dicitur pia. Quòd cauſa libertatis
dicatur pia, latè tradit Alexã. in l. ſi
filius qui patri. col. ij. verſic. fallit nu.
9. ff. de vulga. & pupil. Et de æquipa-
ratione piæ cauſæ & libertatis vi-
de, xxvj. notabilia per Nicolaum
Euerardum in ſuis locis communi-
bus, in loco, à libertate ad piam cau
ſam vbi plene. Et Iaſ. in l. j. §. ſi quis
ita. col. v. verſi. vltra eos. nu. 16. ff. de
verbo. obliga. Et per Iaſ. in l. ſi vnus.
C. de teſt. & in l. ſi prius. col. pen. ver.
ſecundo. nu. 55. ff. de oper. no. nuntia.
Et hoc ad multa facit, nam fauore
piæ cauſæ, vtputà eccleſiæ, lex quã-
uis pœnalis extenditur. gl. in c. ſciant
cuncti. in verſic. alios. de electio. in
vj. Ergo lex pœnalis ſimiliter fauo-
re libertatis erit extendenda, argu-
mento de pia cauſa ad libertatem
iuxta notata per Iaſ. in d. l. ſi vnus.
nam eccleſia & libertas æquiparan-
tur. Bal. in l. j. §. in primo. col. fi. C. de
caduc. tollen. ſequitur Alex. in conſ.
lxxvj incip. ponderatis his. de qui-
bus in themate col. vj. vo. j. & tradit
Iaſ. in d. l. ſi prius. in intellectu. l. j. §.
pen. C. de aſſertio. tollen. G. S.
b Quàm ſit legitima. Adde, quod magis
fauetur libertati, quàm filiationi, vt
plene notat Iaſ. in l. ſi cui legetur. §.
hoc autem. col. fi. nu. 9. ff. de leg. j. Et
tradit Petr. Gerad. de Petra ſancta in
ſingul. primo in fi. G. S.

In l. Non debet.

Argumenta.

1 *Occidere qui poteſt licite, verbera-
re poterit non illicite.*
2 *Argumentum à maiori, in ſtatu-
tis locum habere poteſt.*
3 *Mulier quæ licite occiditur, impu-
ne violari poterit.*
4 *Argumentum à maioritate ratio-
nis, in materia correctoria nõ pbat.*
5 *Plus & minus ſi ſint eiuſdẽ ſpeciei,
cui quod licet plus, nõ licebit minus.*
6 *Diſpenſatio ratione maioris ratio-
nis non extenditur.*
7 *Mandatum de maiori, non exten-
ditur ad id, quod minus eſt.*
8 *Argumẽtum à maiori ad minus
valet, ſi vtrobique ſit ratio eadem.*

REGVLA XXI.

NON debet cui quod plus
eſt, licet, quod minus eſt,
non licere.

CVm iſta regula concordat reg.
cui licet. eod. tit. in vj. & iſtam
a reg. etiã colligit Alex. [a] per illũ tex.
in l. actionibus. §. j. ff. de in lit. iur. Et
1 ideo † ſi quis poteſt aliquẽ occidere,
à fortiori illum poterit verberare &
cõtumeliis afficere. l. nec in ea. ff. de
adul. vbi Bar. facit tex. in l. in ſuis. in
fi. ſupra de libe. & poſthu. l. j. C. ne
fideiuſ. dentur. ca. ex parte. de deci.
ca. per venerabilẽ. qui filij ſint legi.
2 Et iſtud argumentũ à maiori etiam
b habet locum in ſtatutis: [b] vt not.
Bald. in l. quod vero. verſi. ſed pone.
ff. de legi. in l. ſi vero. §. de viro. ſu-
pra, ſol. mat. l. ij. C. de in ius voc. & l.
affinitatis. verſic. pone ſtatutum. C.
commu. de ſucceſ.

Et ex

Et ex his ſumitur argumentum à ma-
iori affirmatiue, quod valet authen.
multomagis. C. de ſacr. ſanc. eccle.
c. cum in cunctis. in prin. de elect.
cum ſimi. vt dixi ibi.
Et econtra etiam regula negatiue pro-
cedit: quia cui denegatur quod mi-
nus eſt etiam quod plus eſt videtur
prohiberi. l. relegatorum. §. poteſt.
ſupra de interdic. & releg. l. qui in-
dignus. ſupra de ſenat. l. cui pacto.
ſupra de ſer. expor. & in c. cum illo-
rum. de ſenten. excommunic.
Et per iſtam reg. hic arguit glo. in d. l.
ij. C. de patri. qui filios diſtra, quòd
ſi pater poteſt filium vendere, à for-
tiori poteſt illum pignorare. Et hoc
tenet Azo ibi in ſumma.
Et per iſtam reg. infert Nellus in tract.
bannitorum. in ij, parte ſecundi
3 temporis. q. xlvj. † quòd ſi mulier
bannita poteſt occidi, à fortiori po-
terit adulterari: cũ maius ſit homi-
cidium, quàm adulterium. xxxiij.
q. ij. c. ſi quid verius. ibi, ſi enim fa-
cturus eſt quod non licet, prius fa-
ciat adulterium, quàm homicidium,
aliter tamen in hoc expreſſe voluit
Bal. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil.
public. vbi inquit, quod licet mu-
lier occidi poſſit, non tamen pote-
rit adulterari. de quo dicendum eſt,
vt ſcripſi in c. quæ in eccleſiarum.
col. vj. de conſtit.
Nunc regula iſta limitatur non habe-
re locum in caſibus notatis in gloſ.
4 hic. Et vlterius † primo fallit in ma-
teria correctoria, in qua non valet
c argumentum à maioritate [c] ratio-
nis: ſecundùm glo. quæ approbatur
communiter in authen. quas actio-
nes. C. de ſacroſan. eccle. & gl. fin. &
ibi Bar. in l. ſancimus. C. de teſta. &
l. præcipimus. C. de appel.
tidem Bart. in l. ſi conſtante, in prin.
in ix. q. j. partis principalis ſupra ſol.
matri. & eſt bonus tex. in authen. de
admini. ſacri palat. col. iij.

5 † Secundò, regula habet locum
d quãdo plus & minus [d] ſunt eiuſdem
ſpeciei: ſecus eſt in diuerſis ſpecie-
bus: quia regula nõ procedit vt per
Dyn. in d. reg. cui licet. per tex. in l.
ſolemus. §. latrunculator. ff. de iud.
vbi latrunculator hominem inter-
ficere poteſt. Et tamen de cauſa pe-
cuniaria cognoſcere non poteſt.
Contra iſtam tamen limitationem fa-
cit tex. in d. l. in ſuis. de lib. & poſth.
& d. l. nec in ea. & d. l. j. ne fideiuſſ.
den. vbi arg. fit à maiori etiam in
diuerſis ſpeciebus. non obſt. text. in
d. §. latrunculator. quia reſpondetur
vt ſtatim dicam.
Tertio, regula fallit quando eſt facta
diuiſio poteſtatis ſecundùm plus
& minus: quia tunc ille qui habet
poteſtatem in eo quod plus eſt, non
poteſt quod minus eſt. cum alteri il-
lud ſpecialiter ſit attributum. not.
Bald. in reg. cui licet. vbi Peruſ. ſe-
quitur. Et hoc modo poteſt procede-
re tex. in l. ſolemus. §. latrunculator.
6 † Quartò, regula non procedit in
e materia diſpenſationis, [e] in qua
non fit extenſio ad caſum etiam ha-
bentem maiorem rationem: & eſt
dictum Hoſt. in c. poſtulaſti. de reſcr.
vbi ad hoc alleg. c. j. & ij. de fil. preſ-
by. & ſequitur Abb. in c. et ſi cleri-
ci. §. de adulteriis, de iud. Et hoc pro
regula ponit Felyn. in c. poſtulaſti.
Et comprobat per tex. in c. fi. de poſtu.
præla. vbi diſpẽſatio facta cum ali-
quo quod poſſit tranſire ad archie-
piſcopatum, non habet locum in
epiſcopatu. Et quia licet ſit diſpen-
ſatum cum monacho in curato be-
neficio, diſpenſatio non habet lo-
cum in ſimplici beneficio. Sed vt di-
xi in d. §. de adulteriis. colum. vj. iſta
concluſio non probatur iure. nam
text. dict. cap. j. & ij. de fil. presbyt.
ſimpliciter dicitur, quod materia
diſpenſationis odioſa eſt: ergo non
debet diſpenſatio magis ſtricte in-
terpr

terpretari, quàm alia materia odio-
ſa. Sed in alia materia odioſa habet
f locum argumentum à maiori. [f] d. l.
nec in ea. & d. l. in ſuis. & d. c. cũ illo-
rum. de ſenten. excom. cum ſimil. ſu-
pra alleg. ergo idem videtur in diſ-
penſatione. & in terminis eſt text. in
c. per venerabilem. qui filij ſint leg.
Non obſtat quòd ſit diſpenſatio gra-
tioſa: imo eſt odioſa, quia contra
ius commune.
Non obſt. c. fi. de poſtu. prælat. quia ibi
non trahitur ad id quod minus eſt:
quia non eſt eadem ratio, cum faci-
lius debeat diſpenſari in maiori be-
neficio, quàm in minori, propter ma-
iorem vtilitatem, vt ibi colligitur.
Et iſta ratione facilius diſpenſatur
cum monacho in beneficio curato,
quia in eo maior eſt vtilitas & ne-
ceſſitas, quàm in ſimplici: vt latius
7 dixi in dicto §. de adulteriis. † Quin
to fallit in mandato, vt text. not. in
g capitul. cui. [g] §. fin. de præben. in vj.
vbi ſi mandatur prouideri de præ-
benda certi valoris, de minori valo-
re prouideri non poteſt: quia huiuſ-
modi mandata quorum fines obſer
uari diligenter oportet, non debent
ad alios caſus quàm expreſſos intẽ-
di: vt ibi dicitur. & facit tex. in c. fin.
de verb. ſignifi.
Sexto fallit in decreto: vt eſt tex. in l. ſi
pupillorum. §. ſi prætor. ff. de rebus
eorum, ibi, cũ quis aliud facit quam
à prætore decretum ſit, nihil agit. &
not. per gloſ. hic, & ſequitur Alex. in
d. l. in actionibus. de in litem iuran.
Vltimo fallit quando non eſt eadem
ratio in eo quod minus eſt, prout
colligitur ex ſupra dictis: & faciunt
iura alleg. in gl. hic. Et eodẽ modo
limitatur reg. l. quæ de tota. ff de rei
vend. vbi arguitur de toto ad partẽ.
8 † Nã argumẽtũ procedit vbi eſt ea-
dẽ ratio, vt Abb. declarat in c. paſto-
ralis. §. itẽ cũ in totũ. in fi. de offic. de
leg. & no. Are. in cõſ. clxiiij. diligen-
ter. col. iij. verſ. nõ obſtat argumen-
tũ. & hoc idẽ Bar. dicit in l. iuriſgen-
tium. §. adeo. ff. de pact. & adde quæ
dixi in reg. in eo. in princ. infra eõ.

ADDITIO.

a Alex. Et ibi Iaſ. col. iij. Dy. d. cap. cui
licet. Nicol. Euerar. in lo. leg. lo. à
minori. C. M.
b Statutis. An hoc procedat quãdo ſta
tuta ſunt contra ius commune, vel
ne, vide Lanfrã. in tract. de interpre.
ſtatu. in vj. colum. Hier. Cuch.
c Maioritate. Nico. Euerar. in loc. le.
x. à ratione. l. larga. col. 4. C. M.
d Plus & minus. Vide Philip. Franch.
in c. cui de nõ ſacerdotali. col. fi. in
gl. finali. de præben. in vj. G. S.
e Diſpẽſationis. Materia diſpenſatio-
nis ſtrictè debet interpretari, latè ta-
men ſecũdum proprietatem verbo-
rum interpretatur, vt notat Calderi.
in conſi. j. in titulo, de conſangui. &
affinita. & tradit Decius, ſupra eod.
tit. in l. ſemper in obſcuris nu. 5. G. S.
f Maiori. Adde Philip. De. l. & militi-
bus nu. 12. C. de teſt. mili. cõſ. lxxvj.
Vbi in annot. dixi. Hier. grat. conſi.
xxvj. nu. 34. lib. j. C. M.
g In c. cui. pro intellectu d. c. cui. vide
doct. in l. j. §. ſi ſtipulanti. vbi Alexã.
& Iaſ. ff. de verb. obl. Et vide præce-
ptorẽ meum. d. Marianum Socinũ
Iuniorẽ qui alium dat intellectum
d. c. cui. in l. iiij. §. Cato. in xj. notab.
ff. de verb. oblig. G. S.

In l. In perſonam.

Argumenta.

1 *Seruus nec obligare, nec obligari*
poteſt.
2 *Seruus quando naturaliter obli-*
gari poßit.
3 *Seruus an poßit fideiubendo obli-*
gari.
4 *Seruus in delictis obligari poteſt,*
in contractibus non item.

Regu

REGVLA XXII.

a IN perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio.[a]

1 ISta regula intelligitur de obligatione ciuili † quæ nec actiue neo paſſiue cadit in ſeruum. l. ſerui. ſupra de act. & oblig.l. nec ſeruus.ſupra,de pecu.vbi tex.notabilis quem gloſſ.hic adducit.

Secus eſt in naturali obligatione ad quam ſeruus obligatur.l. ſerui.& l. hæres à debitore. §. ſeruo. ſupra de fideiuſ.ad idem tex.in l.naturaliter. ff.de cond.indeb. & l.ſi id quod.eo. tit.vbi Bart.declarat quomodo naturalis obligatio cadat in ſeruo.

2 Et hoc quod dictum eſt, ſeruum obligari naturaliter, † verum eſt,niſi ex cauſa fideiuſſionis promitteret.quia tunc etiam naturaliter ſeruus non obligatur.l. ſed & ſi.ſeruit. in princ. ſupra, de fideiuſ.ibi, cũ ſeruus fideiuſſionis nomine obligari nõ poſſit. & glo.ibi,& in l.in perſonam.§.qui pecunia.in verſ. à Titio.ſ.de par.& not.Bart.in l. ſeruus inſcio. de fideiuſ. vbi rationem adducit, quia lex reſiſtit.d.l.ſed ſerui.& l.licet.§.ſed ſi filius.ſ.de pecu.ergo non oritur naturalis obligatio ex quo lex reſiſtit. l.cũ lex.de fideiuſ. & ſequitur Paul. de Caſt.in d.l.ſeruus inſcio.

† Sed tamen conſiderandũ eſt, quia imo ſeruus etiam fideiubendo naturaliter obligari videtur, quia conſenſit d.l. naturaliter, cũ ſimi.ſ.alle.

Non obſtat,quòd lex iure reſiſteret: quia illa prohibitio eſt reſpectu domini, vt de peculio non teneatur,prout iura prædicta loquuntur: non autem

b quo ad ipſum ſeruum [b] procedere videatur.

Secũdo,quod dictum eſt,ſeruum obligari naturaliter actiue & paſſiue, procedit quãdo iſta naturalis obligatio prouenit ex promiſſione, ſecundum quam graue erat fidem fallere.l.j. ſupra de pactis.l. j. in princ. ſupra de conſtitu.pecu.

Secus ſi ex contractu mutui vel alio contractu qui ſit de iure gentiũ:quo iure ſtatus ſerui erat annihilatus: quia tunc etiam naturalis obligatio ſeruo acquiri non poteſt: vt no. Bart.in l.frater à fratre. in j.q. extra gl.ſupra de condit.indeb.

4 † Secundo principaliter regula habet locum in contractibus: ſecus eſt in delictis, in quibus etiã ſerui obligantur: prout text.diſtinguit in d.l. ſerui.de actio.& oblig.& not. gloſſ. hic, quæ dicit idẽ eſſe in quaſi maleficio. alleg. l.j. §.cum ſeruus. de his qui deiece.vel effud.facit text.in l.ſi vnus.§.cum ſeruus.ſ. de iniur.& l.ſi minor.§.ſi ſeruus.ſ.de minorib. & inſtit.de noxal. in prin. & generaliter vbi de pœna corporali agitur, ſeruus tenetur.l.hos accuſare.§.omnibus.ſ.de accuſationibus.

ADDITIO.

a Obligatio.obligatio accipitur actiuè & paſſiuè:paſſiuè vt hîc,actiuè vt in l.princeps bona.ff. de verb. ſign. Sed hoc ſtante, an ſeruus poſſit habere actionẽ, vt puta,cum ipſi legata & relicta ſit libertas? Et videtur dicendum ꝙ non, quia actio eſt iuris ciuilis, iuxta l.ij.§. deinde. ff.de orig. iur.& habetur per Iaſ. latè.inſtit.de actio. in prin. & quæ ſunt iuris ciuilis nõ cadunt in ſeruũ.j. eod, l.quod attinet.Sed dic ꝙ ipſe ſeruus agit,vt eſt tex.apertus,in l.ſeruos.ff. de adim.leg. Nec obſt.d.l.quod attinet,quia illud tunc habet locũ,quando ipſe ſeruus, qui agit,poſtea eſſet remanſurus ſeruus: non autẽ,quando poſt actionẽ conſecuturus eſt libertatem.Seruus igitur poterit agere pro libertate ſibi relicta, & hoc patet ex diſcurſu totius tituli. ff. de fideicõmiſſ. libert. vbi omnes leges referunt verba ad partem, & nõ ad iudicem, quo caſu dicitur competere actio,

ex regula,quam tradit Bart. in l.j. ff.de condic.ex leg.vbi dicit, ꝙ quoties verba ad partes diriguntur, tunc oritur & competit actio. Si verò ad iudicem datur officium iudicis. De illo autem tex.in d.l. ſeruos. facit mentionem Franc.Curt.Iun. in l.j.col.ij in iij. dubitatione, nu. 5. G. qui admitti.Et ex hoc poteſt inferri ad tertiam limitationem quam ponit Iaſ.ad regulam,quæ habet,quòd pro legato vtili.& de iure cõmuni valente datur ex teſtamẽto actio.in l.j.col.xviij.verſic.tertio.num.90.ff. de legat.j.poſt Bart.ibi, & Modern. Rhegienſes. Et ex hac regula cum ad ea quæ ſunt iuris ciuilis ſeruus pro nihilo reputetur, infertur, quòd ſeruus non debet admitti ad accuſandum: quod etiam dicendum eſt in ſtatulibero,per tex.in l. ſtatuliberum. ff. de ſtatuliber. Multi tamen ſunt caſus, in quibus etiam ſeruus admittitur ad accuſandũ, quos not. Gandi.in tract. malefic. in rubr. qui accuſare poſſ.in prin.nu.2. G.S.

b Quo ad ipſum ſeruum. Hæc non eſt bona reſponſio, quia extra cauſam peculiarem ſeruus non poteſt etiam naturaliter obligari, vt dicit Iaſ. in l.certi condictio.§.ſi nummos. col. viij.circa fin. verſic. pone. ff. ſi cert. peta. & ibi ponit exemplum. Et adde,quòd ſeruus non ſolùm habetur pro mortuo quo ad ea,quæ ſunt iuris ciuilis, l. quod attinet.j. eod. ſed etiam eſt incapax eorum, quæ ſunt iuris gentium ſecũdarij. l. ſi id quod dominus. & ibi Bart. ff. de condict. indebiti. Gab. Saray.

In §. Generaliter. Argumenta.

1 *Arbitrium boni viri intelligitur, ſi quid in domini vel procuratoris arbitrium conferatur.*

2 *Arbitrium liberum differt ab arbitrio ſimpliciter dicto.*

3 *Arbitrium boni viri, quale debeat intelligi.*

§.Generaliter.

a GEneraliter [a] probandum eſt,vbicunque in bonæ fidei iudiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio: pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.

1 NOta † quòd illud quod confertur in arbitrio domini vel procuratoris, de arbitrio boni viri intelligitur.facit text. in l. hæc venditio. in prin.ſ.de contrahen. empt.& l.ſi in lege.in princ. ff. loca.l. ſi cum ea.C.de dot.promiſ.& not. Bart.in tract.ad reprimen.in verſic. videtur.

2 Et † hoc intelligitur quando ſimpliciter dicitur de arbitrio: ſecus ſi de libero arbitrio dicatur, quia tunc de libera voluntate intelligitur,vt not. Bar.in l.ſi ſic. de leg. j. in l. alio col. iij.in verſic.ex prædictis.de alimen. & cibar.leg.in l. fideicommiſſa. §. ſi ſic.de leg.iij.Bald.in l.j. ſ. de teſtam. milit.& Rom.in l.filiusfa. col.iij. in iiij.caſu principali.ſ.de donatio.

Secundò regula iſta limitatur, niſi arbitrium cõcedatur illi qui alias ar-

b bitrium boni viri habuiſſet: [b] quia tunc vt verba aliquid operentur de voluntate & libero arbitrio intelligitur:vt not. Imol. in d. l. ſi filiusfamilias.de donationibus.

5 Vltimo notandũ eſt, ꝙ † arbitrium boni viri intelligitur illud quod in rebus ſuis quis faceret, vel quod vellet ſibi fieri: vt no.Bar.in l.j.ff.de ſol.& Rom.in rubr.de arbit. col.iij.

ADDITIO.

a Generaliter.Vide Bart.in l. fi.num.3. ff.de præto.ſtipul.& in l.j.nu. 5. ver. prædicta vera. & nu. 11. ff. de leg. ij.

Et multa ad hanc legem facientia cumulant Iaſ. & doctor. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. vbi materia tractatur. Et latè Picus in repetitio. l. in quarta. col. xlij. verſ. ſed poſſet dubitari. in iiij. q. Bar. ff. ad legem Falcidiam. Gab. Sar.

b Habuiſſet. Imo idem, quia tolerabilius eſt verba nihil operari, quàm contra materiã ſubiectam: vt infrà eod. l. quoties idem ſermo. C. M.

In l. Contractus. Argumenta.

1 *Depoſitarius de dolo ſolo tenetur.*

2 *Depoſitum & commodatum eiuſdem ſunt ferme rationis.*

3 *Depoſitarius pro cuſtodia pecuniã recipiens, de culpa etiam leui tenebitur.*

4 *Depoſitarium, qui ſe obtulit, de culpa leuiſſima teneri, quãdo verũ ſit.*

5 *Contractus quãdo gratia eius, qui rogauit, dicatur celebratus.*

6 *Commodatarius de culpa leuiſſima teneri ſolet.*

7 *Culpa leuiſſima in faciendo, eſt leui æquiparanda.*

8 *Depoſitarius de caſu tenetur, ſi depoſitum in pecunia numeretur.*

9 *Precarium recipiẽs, de dolo, & lata culpa tenetur.*

Precarium conſtitui dicitur, vbi verbũ, precario, vel aliud eiuſdem ſignificati adijcitur.

10 *Precarium ſumens non tenetur de leui, aut leuiſſima culpa.*

11 *Precariũ concedẽs non põt illud ilico reuocare in præiudiciũ recipiẽtis.*

12 *Commodatarius minus iuris cõſequitur, quàm precario recipiẽs, & tamen plus obligatur.*

13 *Precarium quãdo tranſeat in hæredem concedentis.*

14 *Precarium quando extinguatur morte concedentis.*

15 *Precariũ quo differat à conſtituto.*

16 *Conſtitutum veram poſſeſſionẽ tradit, licet ficto modo quæratur.*

17 *Conſtitutum quando poſt mortem conſtituentis conferri poſſit.*

Cõditio purificata retrotrahi ſolet.

18 *Donatio vel venditio ſi duobus ſucceſſiue facta ſit, vtri iure quæratur.*

19 *Emptor primus nõ eſt ſecundo præferendus, ni pretium aut fidem de pretio dederit.*

20 *Poſſeſſio cõſtituti in abſentẽ facti nõ transfertur ante ratificationẽ.*

21 *Pax alicubi & ſuis adhærentibus facta, qualiter ſit extendenda.*

22 *Donatio facta abſenti, ante ratificationem non prodeſt ei.*

23 *Pax pro abſente per notarium recepta, an poſt terminũ datum poſſit ratificari.*

24 *Ratificatio ſecundæ obligationis quãdo præiudicet priori obligatiõi.*

25 *Dolus & culpa in pluribus cõtractibus ſimul interuenire poſſunt.*

26 *Teſtes deponentes de culpa in contractu, de qua intelligi debeant.*

Indefinita in teſtibus nõ æquipollet vniuerſali.

27 *Culpa quomodo in contractibus interuenire dicatur.*

28 *Cõmodatũ quo differat à precario.*

29 *Commodatum, terminorum data paritate, non differt à depoſito.*

Commo-

Commodatum præſumitur fieri ad petitionem commodatarij.

30 *Commodatarius pro deterioratione rei non tenetur, ſi ad vſum debitum ea vtatur.*

31 *Venditor de dolo & culpa leui in re vendita contingente tenetur.*

32 *Creditor de dolo, lata & leui culpa contingente in re pignori accepta tenetur.*

33 *Conductor & locator inuicem de dolo, lata, & leui culpa tenentur.*

34 *Equus in itinere moriens, an pereat locatori, an vero conductori.*

35 *Emphyteuta quando pro deterioratione rei emphyteuta teneatur.*

36 *Maritus pro re dotali tenetur de dolo, lata culpa, & leui.*

37 *Tutor in rebus pupilli, de dolo, lata culpa, & leui ligatur.*

38 *Geſtor negotiorũ de dolo, lata culpa, & leui poteſt quãdoque teneri.*

39 *Socius in rebus ſocietatis tenetur de dolo & culpa leui, ſi quid depereat.*

40 *Dolus quare per pactum remitti nequeat.*

43 *Culpa lata pacto remittitur aliquando.*

44 *Minor non reſtituitur aduerſus dolum præſumptum de futuro.*

45 *Dolus de futuro tacite remittitur quandoque.*

46 *Debitor ſpeciei ex contractus natura de caſu fortuito non tenetur.*

47 *Debitor tenetur de culpa caſum interuertente.*

48 *Obligatus ad caſum fortuitum tenebitur ſi contigerit.*

REGVLA XXIII.

CONtractus quidam dolũ malũ duntaxat recipiũt, quidam & dolum & culpam. Dolum tantum depoſitum, & precarium: dolum & culpam, mandatum, cõmodatum, venditum: pignori acceptum, locatum: item dotis datio, tutelæ, negotia geſta. In his quidã & diligentiam. Societas, & rerum cõmunio, & dolum & culpam recipit: ſed hoc ita niſi ſi quid nominatim cõuenit vel plus vel minus in ſingulis contractibus. nam hoc ſeruabitur quod ab initio conuenit. Legẽ enim cõtractus dedit, excepto eo quod Celſus non putat valere, ſi cõuenerit ne dolus præſtetur. hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium eſt, & ita vtimur. Animalium vero caſus, mortéſque quę ſine culpa accidunt, fugæ ſeruorum qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarũ magnitudines, impetus prædonũ, à nullo præſtantur.

PRimo noto ibi, dolum tantum depoſitum, quòd † depoſitarius
1 duntaxat de dolo [a] tenetur. ad idẽ
a text. in l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. ff. commod. ibi, ſolum dolum in depoſito. & in d. l. j. §. ſi veſtimenta. & §. fin. ff. eodem tit. & in §. præterea. inſtit. quibus modis re contrahitur obligat. Et non ſolum de dolo, ſed
b etiam de lata culpa tenetur. b l. j C. depoſit. & per gloſſ. in d. §. præterea.

in ver.dolo.& c.fin.in verſic.de culpa.extra de depoſit. & tradit Bal. in conſ.ccxviij.præmittendũ eſt.lib.v. Nam dictio illa tantum,non excludit latam culpam. l.j. §. j.ꝫ. ſi menſ. fal.mod. dix,not.per gloſ.hic, & in d,l.iij.§. interdum.ꝫ. de negot. geſt, vbi Angel.tamen dicit hoc non habere locum in ſtatuto in quo duntaxat dicatur de dolo.

Et cum tantum de dolo & lata culpa teneatur depoſitarius, infertur ꝙ de leui & leuiſſima nõ tenetur. ex quo infert Angel.Areti. in d.§. præterea. in prin. quòd ſi leui culpa depoſitarij res depoſita furto ſubtracta ſit, quod non tenetur.

Et iſta concluſio procedit,quando depoſitum factum ſit gratia deponentis, prout regulariter & cõmuniter fieri ſolet:quia nulla vtilitas eius verſatur apud quem deponitur:ideo ſolus dolus præſtatur:vt dicit tex.in d. l.ſi vt certo.§.nunc videndum.

Secus ergo ſi factum ſit depoſitum gratia depoſitarij : quia tunc de culpa etiam leuiſſima tenetur.l.ſi quis nec cauſam.in prin.ff.ſi cert. pet. ſecundum cõmunem intellectum, de quo dixi ibi.

2 Et † tali caſu in depoſito idem videtur quod in cõmodato:quia data paritate terminorum, non videtur differentia inter commodatum & depoſitum : vt declarat Bartol. in l. quod Nerua.col.fi. verſic. duodecimo quæro.ſuprà depoſiti.

Eodem modo ſi depoſitarius obtulit ſe, de leuiſſima culpa obligatur : ſecundum gloſſ. hic, per l.j.§.ſæpe.ꝫ. depoſi.facit text.in c.ij. extra de depoſit. Et ratio videtur, quia gratia eius qui rogauit,contractus videtur celebrari.l.ſi gratuita.in §. margaritas.ff.de præſcript.verb.verſi.ſi vero depoſitum factũ ſit gratia vtriuſque, depoſitarius de dolo,lata,& leui culpa tenetur, ſecundum diſtinct. quæ habetur in d.l.ſi vt certo.§. nunc videndum. & latius iſta tradit Bart.in d,l,quòd Nerua.col.antepen.verſic. octauo principaliter quæro.& Abb. poſt alios in d.c.ij.col.ij.de depoſit.

3 Et † ad prædicta facit: quia ſi depoſitarius accipit pecuniã pro cuſtodia rei depoſitæ, de leui culpa tenetur: quia gratia vtriuſque cõtractus fieri videtur vt cõductor conueniatur.l.j.§. ſi veſtimenta. ff.depoſiti.& d.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.Nã pecunia pro depoſito dari poteſt: vt not.Ang.in l. intereſſe. ꝫ. de acquir. poſſ.And.Sicul.in conſ.lxxj.lib.iiij. facit quod not. Rom. in conſ. cccc. ſummarius quæſtionis.col.j.

4 Et † qđ dictũ eſt, depoſitarium qui
obtulit ſe,de leuiſſima culpa teneri,
hoc de plano ꝓcedit,ſi gratia ipſius
c depoſitarij [c] depoſitũ factum ſit [d],
d vel gratia vtriuſque,vt obligatio aliquid operetur : ſecus videtur ſi gratia deponentis depoſitum factũ ſit: quia ſatis obligatio operatur, ſi de leui culpa obligetur.& ad hoc facit text.in d,c.ij.de depoſit.vbi æquiparantur iſti duo caſus, ꝙ ſe offerat, vel pecuniã accipiat depoſitarius: ſed quando recipit mercedem, tantum de leui tenetur:vt ſuprà dictum fuit,ergo pariter videtur in alio caſu quando ſe obtulit.

Et certe ex quo nullam habet vtilitatẽ depoſitarius qui ſe obtulit, non videtur quòd ex tali obligatione in tantum debeat obligari.

Non obſtat tex.in d.l.j.§.ſæpe.quia ibi de leuiſſima culpa nihil dicitur.Sed ſimpliciter dicitur,quòd debet præſtare culpam & cuſtodiam: quæ verba videntur potius leuem culpam reſpicere.

Non obſtat,ſi dicatur dum text.ibi dicit illum teneri de culpa & non de caſu fortuito : ergo videtur omnis culpa includi, ex quo tantum caſus fortuitus excluditur:quia reſpondetur

tur hoc non eſſe verum : nam non ſequitur, de caſu non tenetur, ergo de omni culpa obligatur.l.quæ fortuitis.C.de pign.actio.

5 Non † obſtat, quòd gratia eius qui rogauit, cõtractus videtur celebratus:quia hoc videtur verum quando agitur de vtilitate rogantis : prout loquitur text. in d.l. ſi gratuita. §.ſi margaritas. Secus videtur vbi conſtat rogantem nullam habere vtilitatem : eſſet enim abſurdum quòd vbi tantum agitur de vtilitate deponentis, quòd ex eo quod depoſitarius magis liberalem exhibuit, debeat ita grauari, vt de culpa leuiſſima teneatur.

Adde etiã alium caſum in quo depoſitarius de leuiſſima culpa tenetur, videlicet quando fuit in culpa,quia portauit rem depoſitã per loca periculoſa:vt not.per gloſ.in d.§.præterea.in ver.dolo.alleg.l.in rebus.in princ.& l.ſi vt certo.§. interdum.ff. commodati.

Sed aduertendum eſt,quia illa iura lo-
6 quuntur in cõmodato,† in quo venit regulariter leuiſſima culpa. Et non videtur bene inferri ad depoſitum in quo regulariter quis de dolo & lata culpa tenetur.

7 Sed reſponderi poteſt,†quòd culpa
quæ eſt in faciendo, prout iura ſuprà allegata loquuntur, etiam ſi le-
uiſſima ſit, æquiparatur leui. & etiã
e latæ culpæ in nõ faciendo [e] :vt not. Bart.in l. quod Nerua. col.antepen. verſicu.item quæro vtrum culpa.ff. depoſi.& glo.in l.ſi maritus.ff. ſolu. matri. vbi Alexan. Et alios caſus in quibus tenetur depoſitarius de leuiſſima culpa.& de caſu, tradit glo. in d. §.præterea.in l.j.§. ſæpe.verſic. euenit.ꝫ.depoſi.& in c.ij. de depoſi. in verbo,de culpa.

Et notabilem caſum nota in quo depo
f ſitarius de caſu tenetur, [f] quando
8 ſit † depoſitum in numerata pecunia : & actum eſt quòd tantundem reddatur : tunc enim egreditur terminos depoſiti : vt dicitur in l. Lucius.la.j. & l. die ſponſaliorum. ſuprà depoſiti. Et cum tali caſu depoſitarius teneatur ad tantundem in
g genere eius eſt periculum [g] .l.incendium.C.ſi cer.pet.Nam de tali depoſito idem quod de mutuo quantum ad hoc iudicatur,vt not.Ro.in conſil. ccccc. ſummarius quæſtionis. col.ij.& in cõſil.cccccxx.circa propoſitam.in princip.Paul. de Caſt.in conſi ibi, in præſenti cauſa.& idem tradit Bald.in conſil.cccxv.præmittendum eſt. lib.ij.& in cõſil.ccclxij. viſo inſtrumento.eo.lib.ij.

9 Secundo noto,quòd † recipiẽs rem precario de dolo duntaxat tenetur, & etiam de lata culpa:vt eſt text. in l.quæſitum.§.cum quoque. ſuprà de precar. Et vt ſit precarium, oportet quòd adiiciatur verbũ precarium, vel aliud idem importans:puta ſi dicatur, promitto tibi vt voluntate mea ædifices. Nam illud verbum idem, importat quod precarium.l. Lucius. cum gloſſ. ff.de donatio.ita Angel.dicit in conſ.j. porrecta fuit. col.penul.Et differt precarium neutri generis, à precaria in fœminino genere : quia cõceſſio precaria non poteſt reuocari ad libitum concedentis ſicut precarium, quia ad certum tempus cõceditur:vt not. Abb. in c.j.in ij.notab. & c.fin.in vlt.not. extra de precar.

10 Et mirum videtur quòd cum † precarium fiat gratia recipientis, quod de culpa leui & leuiſſima nõ teneatur,ſicut eſt in cõmodato.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff.commod.

Ad hoc text.reſpondet, in d.l.quæſitũ. §.cum quoque.ita ſtatutum fuiſſe in precario:quia voluntate concedentis reuocari poteſt. & not. Bar. in l. quòd Nerua.col.fin.verſicul.octauo quæro.ff.depoſiti.

Et ex hoc videtur dubitandum de eo,
quod Abb.voluit in ca.fi.in iij.col.
11 de precar.dicẽs,† ꝙ ſi cõcedens ve-
lit reuocare precariũ ſtatim in præ-
iudicium recipientis,non videtur ꝙ
poſſit:quia ſecundum eum,iura quæ
ſimpliciter dicunt precarium poſſe
reuocari ad libitum cõcedentis, in-
telligitur dato aliquo interuallo.
arg.l.quod dicimus. ſuprà de ſolut.
h Nam hoc videtur contra h tex.in d.
l.quæſitum.§. cum quoq; vbi vide-
tur precisè ſtatim poſſe reuocari,ex
quo propter hoc ſolùm de dolo &
lata culpa tenetur:nec poteſt allega
re ſe deceptum , ex quo iſta eſt na-
tura precarij,de qua à principio co-
i gitare potuit : vt dixi [i] etiam in l.in
omnibus.ſuprà eodem.
12 † Mirum etiam videtur,ꝙ commo-
datarius qui plus obligatur , minus
iuris cõſequatur, quàm ille, qui pre-
cario rem accipit.Nam commoda-
tarius non poſſidet , ſed ſimplicem
habet tenutam.l.officium.ſuprà, de
rei vendic.l. rei commodatæ. ſupra
commo.Et per precarium poſſeſſio
trãsfertur.l.& habet.§.cũ qui. de prec.
Sed ratio à quibuſdã aſsignatur : quia
in cõmodato vſus eſt limitatus : in
precario verò vſus eſt latior ad vo-
luntaté concedentis: & hoc incertũ
eſt, quo caſu dubiũ perpetuum repu
tatur.l. ſufficit.ff.de cõd.ind.l. iuriſ-
peritos.in prin.vbi Bart.ff.de exc.tu.
Et licet precarium reuocari poſſit ad
voluntaté concedentis, vt ſuprà di-
ctum eſt, non tamen per morté con
k cedentis reuocatum [k] intelligitur:
vt no.Abb. per illum tex. in fi.in iij.
13 not.de precar.† Tranſit enim preca
l rium ad hæredem concedentis. [l] l.
quæſitum.§.j.l. cum precario.§.fin.
ſuprà de precar. Et hoc verum eſt,
quando precarium conceditur ſim-
pliciter : ſecus ſi concedatur ad be-
neplacitum concedentis: quia tunc
per mortem beneplacitũ expirat.c.
ſi gratioſè de reſcrip. & ita Abb.di-
cit in d.cap.fin. Et hoc de benepla-
cito in pulchra quæſt.tradit Ang.in
conſ.ccxvij.in cauſa accuſ.col.ix.
14 † Et eodem modo videtur , ſi con-
cedatur precariũ ad voluntaté con-
cedentis , videtur precariũ extingui
mortuo cõcedente : quia per morté
ceſſat voluntas.l.iiij.vbi tex.ff.loc.
In contrarium tamen facit text. in l.j.
ſuprà de preca. vbi precarium con-
ceſſum videtur quandiu patitur qui
conceſſit. Et idem dicitur in d.c.fin.
de precar. Ergo iſta patiẽtia videtur
ceſſare per mortem.d.l.iiij.ff.loc.
Sed poteſt reſpõderi , quòd illa verba;
quandiu patitur qui conceſſit , ſunt
declarata in l.iij.§.j. ſuprà de preca.
vt dicatur pati ille qui conceſſit,do-
nec reuocauerit,& voluntatem mu-
tauerit , vt colligitur ibi : vt poſſum
reuocare cùm mutauero volunta-
tem:& not. Bar.in l.centeſimis.§.fi.
de verb.obli.Meritò per morté non
extinguitur precariũ : quia licet per
mortem ceſſet voluntas,non tamen
dicitur facta reuocatio : vt not. de-
clarat Bar. in l.& quia.col.fin.ſuprà
de iur.omn.iud.eſt bonus tex.in c.ſi
delegatus.ff.de offic.deleg.in vj. Et
idẽ not.Bar.in l.centeſimis.§. fin.de
verb.oblig.cum ſimil. vt Alexan.ibi
proſequitur.
15 Et nota † differentiam eſſe inter pre
carium & conſtitutum.Nam in pre-
cario tranſit naturalis poſſeſſio in
ipſum rogantem, & ciuilis remanet
apud concedentem. l. & habet. §.
cum qui.ſuprà de precar.Sed in con
ſtituto ſi conſtituo me ſimpliciter
nomine tuo poſſidere , omnis poſ-
ſeſſio transfertur : quia ille poſſidet,
cuius nomine poſſidetur. l. quod
meo.ſuprà de acquiren.poſſ.& not.
Bart.in l.interdum, in prin.eo.tit.&
in l.creditores.in ij.quæſt.verſic. itẽ
quæro.C. de pign. cum ſimil.vt tra-
dit Alex.in d.l.interdum.Et hoc vi-
detur

detur procedere in dubio : aliàs etiã
in precario agi poteſt, quòd omnis
poſſeſſio transferatur, vel quòd nul-
la tranſeat:vt per gloſſ. in d. l. & ha-
bet.§.cum qui.in verbo,in poſſeſſio-
ne.& Inſti.de interd.§.hodie tamen
ver.nec clam.
16 †Et notandum eſt, ꝙ per conſtitu-
m tum [m] vera poſſeſſio acquiritur : li-
cet modus acquirendi ſit fictus : vt
not.Bart.in l.ab emptione. circa fin.
verſ. vltimo aduertas. ſuprà de pact.
& probatur in l. certè. §.j. ibi pro-
priè habere dicor.& Bart.ibi not.il-
lum text. ſuprà de precar. Et idem
tradit Bart. in l.ſi is qui pro empto-
re.col.pen.ff.de vſucap.cum ſimil.
Et hoc fallit , vbi corporalis traditio
præcisè requiritur , quia tunc non
ſufficit conſtitutum:vt not.Bar.dicit
in l.Titia. circa fin. verſic. quid ſi do
tibi fundum.ſuprà.de verb.oblig.
Secundò, iſta cõcluſio procedit quan-
do conſtitutum apponitur in con-
tractu vero:ſecus ſi ſit ſimulatus, vel
ſit ſuſpicio fraudis , quia tunc vera
& corporalis traditio requiritur : vt
not.Barto.in l.poſt contractum.col.
iij.verſic. ſed quid ſi venditor.ſuprà
de donatio. & in l.emptor. ſuprà de
aqua plu.arcen.
17 †Item notandum eſt , ꝙ tale cõſti-
tutum non poteſt cõferri poſt mor-
tem conſtituentis:vt notab.Ang.di-
cit in l.quanuis. §.j. verſi. ſed ex hoc
dico.ſupra de acq. poſſeſ. Nam tali
caſu,dicit ipſe , conſtitutio precarij
nihil operatur,quia confertur in tẽ-
pus, quo poſſeſſio defuncti erat pe-
nitus interrupta. l. cùm hæredes. in
princ.de acquirend. poſſ.& ſequitur
Alexand.in d.l.quanuis. §.j. verſicu.
item per iſtum textum.& idem Ale-
xander in conſil. lxxxij. perſpectis
n his.colum.iij. [n] libr.ij. ſecus tamen
eſt , ſi conferatur in tempus mortis:
vt in notabili caſu tradit Oldrad.
in conſilio cxxxix. ad habendam
aliqualem notitiam. in quinto dub.
Et ſequitur Alexan.in conſil.lxxxiij.
viſa facti narratione. col.iiij. libr.ij.
Et eodem modo ſi conferatur poſt
mortem accidentaliter:vt quia con-
ſtitutum factum ſit ſub conditione,
quæ poſt mortem conſtituentis pu-
rificetur ; valet conſtitutum : quia
conditio purificata retrotrahitur:vt
Oldrad.tradit in conſilio præalleg.
cxxxix.in tertio dubio.
Et ſupradicta habent locum quando
apparet de conſtituto in ipſo inſtru-
o mento : ſi non apparet,non poteſt [o]
illum notarius apponere virtute di-
ctionis , &c. vt notabiliter conclu-
dit Alexan. in conſil. xxviij. viſo &
præhabito.lib.ij.
Ex ſupraſcriptis infertur ad quotidia-
18 nam quæſtionem, † ꝙ ſi res ſit ven-
dita vel donata duobus ſucceſſiuè
diuerſis temporibus, quo caſu præ-
fertur ille , cui prius rei traditio fa-
cta ſit. l. quoties. C. de rei vendic.
Nam ſufficit, quòd traditio facta ſit
per conſtitutum : vnde primus em-
ptor vel donatarius, cui factum fuit
conſtitutum,præfertur ſecundo, cui
poſtea realis traditio facta ſit : vt
tenet Guliel. de Cun. in d.l. quoties.
quem refert & ſequitur Ioan. Andr.
in addit.ad Specu.in ti.de emptione
& venditione. §. ſciendum. colum.
x.verſic. quòd ſi res tradita non eſt
in præſentia. in addit. incipien. du-
bitatur. Et idem ſequitur Baldus in
rubrica de contrahend.empt.in xvj.
quæſt. Abbas in cap. ij. colum. fin.
de conſuetud. & in conſil. xcj. quo
ad primum dubium. colum penult.
libr.j.& idem Alexan. in conſi.xiiij.
circa primum dubium. in fine,libr.j.
& in conſil. xxv. viſo teſtamento.
lib.iiij.& idem Bal.in conſ. ccclxix.
venditor conſtituit. libr.v. & Ange.
in conſil. cvj. quædam mulier. Et
iſta concluſio eſt ſatis nota, ſed plu-
ribus modis vtiliter limitatur.

p Primò, quando poſſeſſio tempore con
p ſtituti erat penes [p] conſtituentem:
aliàs ſecus, vt not. Ang. in d. l. quan-
uis. §. ſi conductor. & Alex. ibi in fi:
ſequitur, & poſt Ang. admonet ad-
uocatum eius qui agit virtute con-
ſtituti, vt debeat probare cõſtituen-
tem poſſidere tempore conſtituti:
& idem Ang. dicit in l. ij. circa fin. C.
de acquir. poſſ. & in l. quædam mu-
lier. colum. j. verſi. attende tamen. de
rei vendic. & Bal. in l. j. col. j. quando
lic. ab empt. diſced. & idem Alexan.
conſil. x. viſo proceſſu. lib. iiij hoc
fallit in antiquis, vt Socin. ſcribit in
cõnſi. clxxxvij. in controuerſia. col.
iiij. verſic. tertiò probatur. Et non
ſufficit quòd conſtituens detineret:
vt not. Bald. in rub. de contrahenda
emptione, quæſt. xvj.
19 † Secundò, fallit, quando primus
emptor non ſoluiſſet pretium, nec
habita fuiſſet fides de pretio: quia
tali caſu vera traditio non trãsfert
dominium. §. venditæ. Inſtit. de rer.
diuiſ. A fortiori ergo nec iſta quæ
inducitur per conſtitutum: vt notat
Bald. in d. rubr. de contrahen. empt.
in xvj. quæſt.
Tertiò, concluſio prædicta intelligi-
tur quando res certa ſit, quam quis
conſtituat ſe poſſidere: ſecus ſi in-
certa ſit quia propter incertitudinẽ
conſtitutum nihil operatur: vt not.
Bar. in l. iij. §. incertam. ſuprà, de acq.
poſſeſ. & idem not. Ange. in l. qui de
tota. §. incertæ. ff. de rei vendic. verſ.
& ideò, vbi inquit, quod ſi venderem vel
donarẽ quicquid habeo in tali fun-
do, & conſtituam me precario no-
mine poſſidere, non transfertur poſ-
ſeſſio propter incertitudinem. Et ad
hoc bene facit quod not. Bartol. in
conſil. xxiiij. Petrus vendidit. vbi
inquit, quòd ſi venditio facta ſit ad
menſuram, quo caſu ante menſu-
ram non eſt perfecta venditio. l.
quod ſæpe. §. in his. ſuprà de contr.
emptio. vnde tali caſu conſtitutum
nihil operatur: & ſecundus emptor
cui facta eſt venditio & traditio, de-
bet primo præferri: vt cõcludit Bar.
in conſilio prælleg. & iſta videtur
quarta limitatio ad concluſionem
ſuprà factam.
20 † Quintò, limitatur concluſio ſu-
pradicta, quando conſtitutum fuit
factũ præſenti: ſecus verò ſi abſenti
factum ſit: quia tunc poſſeſſio non
transfertur antequam illa ratifi-
q cet, [q] vt not. concludit Alexan. in l.
quod meo. in prin. colum. ij. verſic.
item iſtud, quod hic dicitur. ſuprà,
de acqui. poſſeſ. vbi limitando illum
text. dicit, quòd intelligitur quando
erat præſens ille, cuius nomine fit
conſtitutum. Nam tunc in illum per
conſtitutũ poſſeſſio trãsfertur: ſecus
ſi quis conſtituat ſe poſſidere pro ab-
ſente: quia illi non acquiritur poſ-
ſeſſio antequam ratum habeat. l. ſi
communis ſeruus. §. j. de acq. poſ. fa-
cit tex. in l. ſi ergo. ſuprà de ne. geſt.
Et ideo dicit Ant. de Butr. in ca. cùm
veniſſent in fi. de reſt. ſpol. quod ſi ille,
pro quo abſente fuit factũ conſtitu-
tum expellatur de poſſeſſione ante-
quã ratum habeat, nõ cõpetit ei re-
r medium [r] recuperandæ poſſeſſionis:
quia ante ratificationẽ poſſeſſio ac-
quiſita non fuit. Et ſi nũc ratificaret
poſt ſpoliationem, amitteretur ra-
tificatio: quia non eſſet facta con-
gruo tempore, videlicet tẽpore, quo
cõſtituens poſſideret: quia iam erat
perdita poſſeſſio. argu. l. bonorum.
ſupra, rem ratam hab. Et ad hoc al-
legat Anton. de Butr. in d. cap. cùm
veniſſent. deciſionem dominorum
de Rota, in deciſ. cxlvj. incip. item
licet amicus. & reperitur in nouis,
in deciſ. cl. & ſequitur Alexã. in d. l.
quod meo. col. ij. quia ratificatio
debet fieri re integra: vt not. Bart. in
d. l. ſi vxor. §. ſi quis planè vxore.
12 ſuprà de adult. vbi inquit, † quòd ab
aliquo

aliquo fuit facta pax pro ſe & adhæ-
s rentibus [s] ſuis ſub pœna, & vnus ex
adhærentibus offenſus fuit ante-
t quam ratũ [t] haberet, quod licet poſtea
ratificet, pœna non committitur.
arg. d. l. bonorum. ſic in propoſito
conſtitutum factum pro primo em-
ptore vel donatario abſente nõ po-
teſt ratificari, ſi ante eius ratifica-
tionem facta ſit venditio & traditio
ſecundo emptori vel donatario.
Et ampliatur ſingulariter iſta limita-
v tio, etiamſi notarius [v] ſtipulatus ſit
pro illo abſente, pro quo factũ fuit
x conſtitutum, vt ſing. tradit Paul. [x]
de Caſt. in conſil. cxcv. viſis his quæ
narrantur. & plenè allegata ſunt in
ſecundo dub. verſic. ſecundò viden-
22 dum eſt. vbi ponit quæſtionem † de
donatione facta abſenti, pro quo
notarius illam recipit, & ſtipulatus
fuit, & ante ratificationem abſentis
fuit alteri facta donatio de eiſdem
bonis, concludit, quod ante ratificatio-
nem non fuit ius quæſitum primo
donatario, per reg. l. ſi ego. de neg.
geſt. & alleg. §. generaliter. authent.
quib. mod. nat. effic. ſui. Et quia ſpe-
ciale eſt in mutuo, vt alteri per alte-
rum etiam ignoranti, actio acqui-
ratur. l. certi condictio. §. ſi nummos.
ſuprà, ſi cert. pet. Non obſtat ſtipu-
latio notarij: quia dicit ibi Paul. de
Caſt. quod ſtipulatio notarij non facit
quòd abſenti ius acquiratur, niſi ſe-
y cuta ratificatione. [y] Solùm enim
operatur vt ſecuta ratificatione vti-
lis actio ſine ceſſione acquiratur,
quod non eſſet in alio, quam nota-
rio, qui ſi ſtipuletur nomine abſen-
tis, etiam ſecuta ratificatione actio
illi non acquiritur ſine ceſſione, vt
latius proſequitur Paul. de Caſt. in
d. conſil. Et ibi ad propoſitum con-
cludit, quod ratificatio non poteſt
fieri in præiudicium ſecundi dona-
tarij, cui medio tempore ius quæſi-
tum fuit: quia illi fuit res donata &
tradita: allegat l. ſi ergo. §. ſi res. ff.
de iure dot. & not. in l. ſi indebitum.
§. j. ff. rem rat. hab. Et hoc idem tra-
dit Paul. de Caſt. in conſil. clxxj. in
caſu præſenti, viſis omnibus. lib. ij.
Et id quod dictum eſt de notario,
etiam tenet Bald. in l. nec ei. §. ſatiſ-
datio. circa fin. verſic. ſextò quæro.
23 ſuprà de adopt. vbi quærit, † ſi no-
tarius recipit pacem pro abſente
intra terminum, nunquid poſt ter-
minum ratificari poſſit? Et videtur
primò quod ſic, in notario qui alteri
acquirit. Contrarium cõcludit, quia
non obſtante ſtipulatione notarij,
ratificatio requiritur ante termi-
num: & ſic Bal. tenet, quòd non ob-
ſtante ſtipulatione notarij ratifica-
tio neceſſaria ſit, ſecundùm prædi-
z cta: aliàs cõſului Lugduni [z] in qua-
dam donatione facta per magiſtrum
Ioannem de Arbendo notarium, fi-
liæ ſuæ Margaritæ abſenti.
Sextò limitatur non habere locum in
primo emptore, vel donatario, cui
factum ſit conſtitutum ſub condi-
tione: quia licet purificata condi-
tione cõditio retrotrahatur: vt not.
Oldr. in conſtituto, in conſ. cxxxix.
a ſuprà alleg. in iij. dubio. Tamen [a] ſi
ante euentum conditionis, res pro
qua fuit factum conſtitutum, alteri
vendita ſit, & donata, & tradita, illi
ius quæſitum videtur, quod tolli nõ
poteſt, licet prima conditio conſti-
tuti primi emptoris vel donatarij
purificata ſit: quia illa conditio non
trahitur retro in præiudicium ſe-
cundi emptoris, vel donatarij: quia
extremum à quo, non eſt habile:
iuxta not. per Bart. in l. ſi is qui pro
emptore. colum. iiij. verſic. idem ſi
æſtimabile extremum, a quo. ſuprà,
de vſur. alleg. l. bonorum. ſuprà rem
rat. hab. vbi ſi ille actus, qui ratifi-
catur, non poteſt ſecundũ veritatem
fieri tempore ratificationis, illa ra-
tificatio nõ trahitur retro: quia ex-

b tremum à quo, non eſt habile. [b] Et
idem probatur in l. neceſſario.§. ꝙ
ſi pendente. ſupra de peric.& com.
rei vend.ſi vbi cõditio venditionis
extitit re perempta, cõditio non re-
trotrahitur: quia extremum à quo,
non eſt habile:& ita in propoſito vi-
detur:quia tempore purificatæ con-
ditionis illa clauſula conſtituti non
potuiſſet poſſeſſioně transferre:quia
non erat apud venditorem: & hoc
idem no.Bar.in l.quoties.in fi.ſuprà
de donat.& Alex.in conſil.xxv. viſo
teſtamento.col.ij. lib. iij. & quia ad
hoc vt ratihabitio vel cõditio traha
tur retro, requiritur quòd res ſit in
eodem ſtatu:vt not.tradit Bar.in l.ſi
vxor.§.ſi quis vxorem. verſi. vel ali-
ter.ſuprà de adul. & Alexan. in d.l.
quod meo.in prin.col.ij.& in conſi.
lxxviij.viſo.col.pe. lib.v. & Corn.in
conſil.cx. in iudicio diuiſorio. col.
pen.lib.ij.& ad idem facit,quod no.
Bar.in l. res aliena.in prin. ff. de pig.
24 act.vbi cõcludit,† ꝙ ratificatio do-
mini facta de obligatione rei ſuæ
per alium facta eius nomine, non
præiudicat illi,cui dominus ante ra
tificationem rem vendidit vel obli-
gauit:& facit quod notat Abb. poſt
Ant.de But.in d.cap. cùm veniſſent.
col.ij.de reſt.ſpol. & quod not. Pau.
de Caſt.in conſ.cxcvij.cum ſimi. in
præſenti limitatione.ſuprà alleg. Et
ita aliàs conſului in ciuitate Aui-
nion.pro magnifico barone Dales.
Vltimò cõcluſio ſupradicta limitatur
procedere ſtante primo contractu
venditionis valido: ſecus ſi nullus
fuiſſet:quia cõſtitutum in contractu
nullo nihil operatur.vt no. Bal.in l.
ex teſtamẽto.C.de fideic.dicens,ꝙ ſi
non valet principale, conſequenter
non valet precariũ eius acceſſoriũ.
Et idem not.Bal.in c. ij. de feu.dato
in vic.leg.commiſ.& ſequitur Alex.
in l.j.§.ſi vir.& l.quod meo in prin.
ſuprà,de acq.poſ.& latius idẽ Alex.
in conſ.lxxxj. lecto & diſcuſſo. col.
iiij.lib. iij. Et hoc bene procedit in
iſta poſſeſſione, quæ à iure per con-
ſtitutum trãsfertur: quia pariter po-
teſt à iure annullari:ſecus eſt in poſ-
ſeſſione reali,quæ in facto conſiſtit,
quia illa transfertur:licet cõtractus
principalis ſit nullus.l.j.§. ſi vir.ff. de
ac.poſ.vbi Pau.de Ca.ita dicit & de-
clarat: & hęc ſatis ſint de cõſtituto.
25 †Tertio,noto ibi dolũ, & culpam,
quòd in pluribus contractibus hic
enumeratis,venit non ſolùm dolus,
ſed etiam culpa. Et de leui intelligi-
tur: quia ſub nomine culpæ,quando
profertur à lege, de leui intelligi-
c tur: [c] vt not.Bal.in auth.quod locũ.
in ij.q.infrà de colla. alleg. l.ſi cùm
venderet.§.fin. ſuprà de pign.act. &
not.per gl.l.in venditione.§. tempo
re.in verbo.ex culpa. & Bart. ibi, in
vlt.not. ſuprà de bonis autor. iudic.
poſſ.& facit gloſſa in §.prætereà. in
verſic.culpæ.Inſtitut.quib.modis re
contrah. oblig.& in l. ſi filiusfami-
liâs.§.marito.in verſic. culpa. ff.ſol.
matrim.& not.Bald.in l. accepta.in
vj.C.de vſur. Et hoc intelligitur niſi
ſecundum ſubiectam materiam eſ-
ſet aliud dicendum, quia tunc cul-
pa intelligitur ſecundum ſubiectam
materiam: vt not.Bald.in l.quæ for-
tuitis.col.iij.verſic. ſed dubitatur. C.
de pig.act. cum ſi. vt per Alex.in l.ſi
mora.col.v.ſuprà,ſol. matrim.
26 †Hoc tamen non haberet locum
in teſtibus: quia ſi deponunt de cul-
pa in contractu gratia vtriuſque ce-
lebrato, non intelligitur de culpa
leui ſecũdum ſubiectam materiam:
quia probatio non concludit, cùm
poſſit intelligi de leuiſſima culpa:
vt not. Corn.Peruſ.in conſil.cxviij.
videtur,prima facie. col.iiij. lib.j. Et
hoc ex eo videtur, quia probatio de
bet de neceſſitate concludere. ca.in
præſentia. de prob.l.non hoc. infrà
vnde le. Et ideò in teſtib9 indefinita
non

non æquipollet vniuerſali: vt notat
Abb.poſt Innocent. in cap. auditis.
de præſcript. Alex.in conſil.cx.viſis
acutiſſimis.lib.j.
27 †Et diſcurrendo breuiter quomo-
d do veniat culpa in contractibus [d]
hic enumeratis. Primo in manda-
to. Concluſio ſit, quòd regulariter
e in mandato mandatarius [e] tenea-
tur de dolo, lata, & leui culpa, text.
hic declarando vt dixi. facit text.in
l. ſi procuratorem. §. finali, ſupra
mand. in l. in re mandata. in fin. C.
manda. Et iſta concluſio videtur
procedere in mandato, quod me-
diocrem diligentiam videtur requi
rere: vt emere aliquid, vel negotia
gerere. Secus eſt in mandato in quo
maxima diligentia requiritur, vt in
f mandato ad lites: [f] quia tunc pro-
curator de culpa etiam leuiſſima te-
netur l.procuratore.C.mãda.& no.
Dyn.in reg.contractus,cũ ſimilibus,
vt tractat Alexan.in conſil. xlj. viſo
puncto.col. ij.lib.iij. Et ex hoc ibi
infert, quòd capitaneus galearum
de leuiſſima culpa teneatur,quia ta-
le negotium videtur exactiſſimam
induſtriam requirere. Si vero in mã
dato continetur illud quod modi-
cam aut nullã requirit induſtriam,
vt in mandato facto fideiuſſori, ꝙ
ſoluat vel alicui portet literas: tunc
ſolum mandatarius de dolo & lata
culpa tenetur l.ſi fideiuſſor.in prin-
cip.& §.j.ſupra mandati. Et ita ada-
ptando iura ſupra alleg. concludit
Bart.in l. ꝙ Nerua.col. pen.verſi.ix.
quæro ſupra depoſ. in l. eum qui. §.
ſi.ſupra de fur.& ſequitur Bald.in l.
quæ fortuitis. in pen. col.verſ.iuxta
hoc reuoco in dubium.C. de pigno.
actio.Paul. de Caſtr.in l. in rebus.in
prin.ſupra commod. & Ange.Aret.
in §. mandatum, in fin. Inſtit.man-
da.glo,tamen in l.in re mandata. C.
mandat.in verbo,exactio. aliter di-
ſtinguit, conſiderando cuius gratia
factum ſit mandatum. Sed gl.Inſtit.
mand.in §.mandatum. in verſic.iu-
ſta cauſa. non approbat dictam opi
nio.dicens, quòd contractus man-
dati multum diſtat ab aliis contra-
ctibus. Et hoc patet ex eo quod ſu-
pra dictum eſt de procuratore ad
iudicia, qui etiam de leuiſſima cul-
pa tenetur,& tamen mandatum fa-
ctum videtur gratia mandantis. Et
ſupradicta habent locum in actio-
ne mandati directa:ſecus in contra-
ria in qua venit leuiſſima culpa, l.ſi
ſeruus communis. §. quod vero. in
princip.& ibi Bartol.ſupra de furtis.
Et hoc limitatur & declaratur vt
per Bald.in l. quæ fortuitis. colum.
penul.C.de pig.actio.
28 †Secundo dicitur hic de commo-
dato: nam commodatum differt à
precario: quia precarium concedi-
tur ad voluntatem concedentis, l.j.
ſupra de precario.c.fin.de precar.&
ſupra dictum fuit. Sed commodatũ
fit ad certũ vſum: & debet eſſe gra-
tuitum.l.ſi rem tibi inſpiciendã, ſu-
pra de præſcriptis verb. item debet
fieri cum certo tempore expreſſo
vel tacito:ſecus ſi conceſſio facta ſit
ad certum vſum indeterminatum,
quia eſſet precarium:vt not. Bart.in
l.j.in princ.ſupra de preca. & in l.in
commodato.§.ſicut.ſupra commo-
dati. per l.Lucius.ff. de donat.& idẽ
not.Bal. in l. Aquilius.in j. oppo.ſu-
pra de donat. & idem not. Bald. in
l.ij.C.cõmod.& Angel.Aret.ſequitur
in §.ſequens.col.iij.inſtit.de action.
Et commodatum non poteſt reuocari
niſi vſu finito.d.l.in cõmodato. §.ſi-
cut. in c.j.in fin.eo.tit.de commod.
ſufficit tamen,quòd tantum tempo-
ris elapſum ſit, ꝙ potuerit commo-
datarium perficere vſum ad quem
res fuit commodata. Et ſi non ſit
vſus etiam propter aliquod impedi-
mentũ,reuocatio non impeditur:vt
not.Bar.poſt gloſ.in d.l.in commo-
dato

dato.§.ſicut.Et in commodato quia
gratia cõmodatarij cõmuniter fieri
ſolet: ideo de leuiſſima culpa regu-
lariter commodatarius tenetur. §.
item is cui.inſtitu.quib.mod.re.con
trahi.oblig.& l.j.§. is quoque. ff. de
actio.& oblig.l. in rebus. in prin.l.ſi
vt certo.§. nunc videndum. ff. com-
mo.c.j.in princ.de commo. Secus ſi
gratia vtriuſque dantis & recipien-
tis factum ſit commodatum: quia
tunc ſolum de leui culpa obligatur
l.in rebus.§.hoc ita.ſupra commod.
l.ſi cum venderet.§.fin. & ibi gl. ſu-
pra de pignor. actio.ſi vero tantum
gratia cõmodantis factum ſit com-
modatum, commodatarius ſolum
de dolo & lata culpa tenetur d. l.ſi
vt certo.§.interdum.ſupra commo-
dati.& gloſſ.ibi ita diſtinguit, & la-
tius tradit Bart.in d.l. ꝙ Nerua.col.
fi.in ver.xij.quæro.& Bald. in l.quæ
fortuitis.col. pen.C.de pigno.actio.
Abb. in d.c.j. col.ij. Et ex prædictis
infert Bart. in d.l. ꝙ Nerua. in loco
29 prææalleg. † non eſſe differentiam
inter commodatum & depoſitum,
data paritate terminorum: ſed diffe
rentia quam facit text.& in d.l. ſi vt
certo.§.nunc vidẽdum. videtur pro-
cedere, conſiderato eo quod plerun
g que contingit g quia commodatũ
gratia commodatarij & depoſitum
communiter gratia deponentis fie-
ri ſolet. Et propter hoc in dubio pręſ-
ſumitur, quòd rogatu commodata-
rij ſit factum commodatum: vt not.
Bart.in dicta l.ſi vt certo.§. interdũ.
& ſequitur Angel.Aretin.in dicto §.
item is cui.inſtitut. quibus mod. re
contrah.oblig.vbi dicit, quòd cau-
tus ſit ille qui agit contra commo-
datarium, vt dicat, quòd ipſe com-
modatarius rogauit & petiit. Iſta ta
men cautela non videtur neceſſaria
ex eo quod dictum eſt, quòd rogatu
commodatarij præſumitur factum
commodatum. Et ad iudicandum
cuius gratia contractus ſit celebra-
tus, debemus inſpicere principale
propoſitum: vt not.Bar. in l.rogaſti.
ſupra ſi certum petatur.
30 † Et ex ſupradictis, infertur, quòd
ſi commodatarius vtatur re cõmo-
data ad vſum pro quo fuit commo-
data, & res deteriorata ſit, non te-
netur l.ſi.ff.commoda.Et ſi res com-
modata remittatur per nuntiũ ido-
neum cõmuni opin.& à caſu perdi-
ta ſit, non tenetur commodatarius.
l.argentum. ſupra commodat. Qui
tex.limitatur, & declaratur, vt dixi
in cap.ſignificante.de appellatio. &
tradunt Modern. in l.j. ff. de eo per
quem factum eſt.
Tertio dicitur hic de venditore
31 † qui etiã ipſe de dolo & culpa te-
netur: vt hic dicitur. Et de culpa leui
intelligitur, cum gratia vtriuſque
contractus celebretur: vt concludit
gloſſ.per illum tex.in §.cum autem.
inſt.de contrahen.empt.in verſi.ne-
que culpa.& in l.cuſtodiam.ff.de pe
ricu. & commod. rei vend. & text.
in d.l.ſi vt certo.§. nunc videndum.
verſ.ſed vbi. Nam licet in re vẽdita
periculum pertineat ad emptorem,
d.§.cum autem. & in l.j.C. de peric.
& commod. rei vend. debet tamen
venditor cuſtodiam in re vendita
præſtare, qualem bonus paterfami-
lias in rebus ſuis adhiberet, l. quod
ſæpe.§.ſi res vendita. ſupra de con-
trahen.empt.
32 † Quarto, idem eſt in contractu pi-
gnoris: vt hic dicitur. Gratia enim
vtriuſque contractus pignoris cele-
bratur: & ideo de dolo, lata, & leui
culpa creditor tenetur. §. creditor
quoque.inſtit.quibus modis re con
trahi. oblig. & d.l.ſi vt certo.§.nũc
videndum.verſic.ſed vbi. & l. ſicut.
ibi gl.Bald.C.de pignori. & l.ſi cum
venderet.§.fin.& ibi gl.ff.de pigno-
rat.actio. Et iſta concluſio procedit
in pignore conuentionali prout te-
xtus

xtus hic dicit, & iura ſupra allegata
loquuntur. Secus eſt in pignore prę-
h torio vel iudiciali in quo creditor h
ſolum de lata culpa tenetur.l. præ-
tor ait.§. eſt præterea. ſupra de bo-
nis auth. iud.poſſ. vbi text. expreſſe
iſtam differentiam facit. Et no.Bar.
in l.j.ff.de pign.actio.
31 † Quinto, dicitur hic de contractu
locationis & conductionis, in quo
vterque adinuicẽ tenetur de dolo,
lata, & leui culpa, vt hic, quia gratia
vtriuſq; celebratur.d.l. ſi vt certo.§.
nunc videndũ.verſi.ſed vbi. Ad idẽ
text.in l.in iudicio.C.loca.vbi gl.&
§.qui pro vſu.vbi glo.inſtit.loca.
Hoc fallit in rebus quæ leuiter fran-
guntur, in quibus venit etiam culpa
leuiſſima.l. ſi merces. §. qui colum-
nam, vbi gloſ.ſupra loca. & not.per
gl.in d.§.qui pro vſu.
Et ex prædictis infertur ad quæſtionẽ
quam ponit Bal.in conſi.ccxix. inci
34 pien. Vannutius. lib. j. quòd † pro
equo quem quis accipit ad vecturã,
ſi in itinere infirmatus ſit, & condu-
ctor apud hoſpitem dimiſit, & mor-
tuus ſit, non tenetur: quia de vitio
naturali, nec de caſu fortuito, nec
etiam de leuiſſima culpa cõductor
tenetur, per ſupradicta.
Et ſimiliter infertur ad gl.in authẽt.de
non alienand.§.ſcire autem.verſ.fe-
35 cit. quæ dicit, † ꝙ emphyteuta qui
rem deteriorem facit, tenetur quan-
do talis deterioratio proueniat ex
lata, vel leui culpa: quia contractus
gratia vtriuſque celebratur. Et not.
Bal.in authen.qui rem. de ſacroſan.
eccle.C.in j.col.verſi. tertio requiri-
tur.& tradit Alex.in conſil.cxviij.in
caſu de quo quæritur.col.pen. lib.v.
Similiter infertur ad quæſtionẽ quam
ponit Corneus Peruſ.in cõſ.ccxviij.
pro dicto victurali.lib.iiij.ibi, de vi-
cturali qui perdidit ſacculũ in quo
erat argentum.
Sexto dicitur hic de dotis datione. Nã
etiam cõtractus dotis gratia vtriuſ-
36 que celebratur: † ideo maritus de
i dolo, lata, & leui culpa tenetur, i vt
hic.& in d.l.ſi vt certo.§.nunc vidẽ-
dum.ver.ſed vbi.& no.per gl. in l.ſi
conſtante.§.ſi maritus. in verbo cul
panda.in fi.& in l.ſi mora.in ver.cul
pa. ſupra ſol. mat. Illo tamen caſu
tenetur de leuiſſima culpa: videlicet
quando in rebus ſuis eſſet diligen-
tiſſimus, vt per gloſ.notab.in l.in re-
bus.C.de iure dot.in gloſſ.j.in fin.&
Alex.in l.etiam.§.licet in prin.ff.ſo-
lut. matri. & ibi poſt Nicolaum de
Neapoli dicit hoc modo poſſe limi
tari omnia iura dicentia quem te-
neri de dolo, lata, & leui culpa. Et
ibi infert ad quæſtionem de boue,
quam ponit Bal.in l.pignus, ſed vo-
luit allegare l.quæ fortuitis.col. iiij.
verſic.ſed iuxta prædicta quæritur.
C.de pignor.actio. Eodem modo ſi
eſſet leuiſſima culpa in faciẽdo, ma-
ritus tenetur: quia cum de leui tenea
tur, vt ſupra dictũ eſt, leuiſſima cul-
k pa in faciendo k æquiparatur leui
in non faciendo: vt per Bartol.in l.
quòd Nerua.in vij.q.prin.verſi.item
quæro vtrum. ſupra depoſiti. Et ad
hoc eſt glo. no.in l.ſi mora.& Alex.
ibi.ff.ſol.matri.
37 Septimo, etiam in tutela † obliga-
tur tutor de dolo, lata, & leui culpa,
vt hic: & eſt tex.in l.quicquid. C.ar-
bitr.tute. & in l. tutori. C.de negot.
geſt.in l.iij.§. tutores.vbi gl.in verſ.
inconſideranter. ſupra de ſuſpect.
tut.vt no.Bart.in l.quod Nerua.col.
penul.in x.q. Et ibi excipit duos ca-
ſus in quibus tantum de lata culpa
tenetur.& tradit Bald.in l. quæ for-
tuitis, col.penult.C.de pigno.actio.
Ang.Aret.in §.actionum.col. xxiiij.
inſtit. de actio.& vide text.in l.ij.C.
arbi.tut.in l. ſi tutor. ſupra de admi-
niſt. tut.& Ful.in conſil. xxv.ſpecta-
bilis miles.in fine. Et faciunt quæ di
xi in conſil. clxxviij. & in conſil.
cxcij.

cxcij.& in conſil.cx.col.fin. Et licet
tutor de leui culpa teneatur: hære-
des tamen tutorum ſolum de lata
culpa conueniri poſſunt. l.j. & per
totum.C.de hæred.tut.
l Succeſſiue octauo dicitᷣ de actione l
38 negotiorũ geſtorũ, † in qua etiam
regulariter venit dolus, lata, & leuis
culpa.l.tutori.C.de neg.geſtis.Et per
illum tex.hanc regulam facit glo.in
l.iij.§.Interdum.ꝟ. de neg. geſt.& §.
ſunt autem. inſtit. de oblig. quæ ex
quaſi contract. Et licet iſte qui alte-
rius negotia gerit videatur ſe inge-
rere, tamen regulariter de leuiſſima
culpa non tenetur: vt facilius homi-
nes inducãtur ad gerendũ negotia
abſentium quæ perirẽt: vt not.Bart.
in l.quòd Nerua.col.fi.in xj. colum.
Et cõſiderandũ eſt, ꝙ iſta actio nego-
tiorũ geſtorũ numeratur inter con-
tractus, qui gratia vtriuſq; celebran-
tur, quod ex eo fieri videtur, quia cũ
ſponte quis veniat ad negotia alte-
rius, illa oblatio facit, ꝙ etiam eius
gratia contractus videtur celebrari.
argu.l.j.§.ſæpe.ſupra depoſiti. Meri-
to ergo tenetur de leui culpa: quia
in contractibus bonæ fidei qui gra-
tia vtriuſque celebrantur, quis tan-
tum de leui tenetur.l.ſi ſeruus. §. cũ
quid. de legat.j. limitatur tamẽ iſta
cõcluſio, vt per gl.in d.l.iij.§. inter-
dũ.de negot.geſtis.& Bar.ibi ſequi-
tur.& in d.l.ꝙ Nerua.col.fi.Et Ang.
Are.in §.actionum.col.xviij.verſi.
quæro.de quo tenetur geſtor. inſtit.
de actionibus.
m Nono, dicitur hic de ſocietate. m
39 † Nã in tali contractu etiã dolus &
culpa præſtatur, vt hic dicitur: & de
leui culpa intelligitur, quia gratia
vtriuſque celebratur, l. ſi vt certo.§.
nũc vidẽdũ.verſi.ſed vbi.& ad idem
tex.in §.fi.inſtit. pro ſocio.& in l.ſo
cius ſocio.& in l.cum duobus.§.j.ſu
pra pro ſocio. Et tradit Alex.in con
ſil. xlvij. circa primum. col. v.lib.j.

Et prædicta concluſio procedit, niſi
ſocius in ſuis rebus negligens eſſet:
quia ſufficit illam adhibere diligen
tiam quã in rebus propriis præſtare
ſolet: vt dicitur in dicta l.ſocius ſo-
cio.& dicto §.fi.inſtit.pro ſocio. Et
not.Alex.in conſil.cij. ſuper primo.
col.v.li.ij. Et hoc declaratur vt per
gl.in d.l.cùm duobus.§.j.in verſ.ve-
nit. quã pro notabili ſequitur Ang.
Aret.in §.fi.inſtit.pro ſocio.
Et ex prædictis infertur, quòd cum ſo-
cius teneatur de leui culpa, tenetur
de furto, l.cum duobus.§.damna.ff.
pro ſocio.not.Bal.in l.ſi creditor.C.
de pigno.actio.& Corneus Peruſ. in
conſi.cccviij.pro dicto victurali.co
lum.iij.lib.iij.
40 † Decimo & vltimo dicitur hic de
rerũ cõmunione, in qua etiã dolus
lata & leuis culpa conſideratur, vt
hic, & in l.hæres.§.nõ tantũ.in l.&
puto.§. ſed & ſi.ſupra famil. herciſ-
cun. Et tamẽ notãdũ, ꝙ leuis culpa
in rebus cõmunibus aliter conſide-
ratur, quàm in rebus alienis: quia in
alienis diligẽtia requiritur quã dili-
gens paterfamilias præſtare ſolet.l.
ſi cũ vẽderet.§.fi.cum l. ſequẽti. ſupra
de pign. actione.& l. ſi procurator.
ff. ad l. Aquil. ſed in rebus cõmuni-
bus ſufficit talẽ præſtare diligẽtiam
qualẽ in ſuis rebus adhibere ſolet.
d.l.hæredes.§.nõ tantũ.& ita decla-
rat Bar.in d.l.ꝙ Nerua.col.ix.ver.ad
primũ.& ver.ad ſecundum. Et idem
in l.j.ff.de ſol.col.ij. vbi etiam limi-
tat quod dictũ eſt de rebus alienis,
niſi cõmittatur res arbitrio recipien
tis: quia tũc illa verba important vt
faciat illud quod in rebus ſuis face-
ret, per illum text.ibi cum gl.& not.
Bal.in l.j.in ij.opp.C.de his quæ pœ
næ not.cum ſimil.vt tradit Alexan.
in conſ.cij.ſuper j.col.iij.lib.ij.
41 † Quarto principaliter noto, vale-
re conuentionem contra naturam
contractus, vt quis in plus vel mi-
nus

nus teneatur, quam de iure obliga-
tus ſit: quia contractus ex conuen-
tione legem accipiunt, vt hic dici-
tur, & in regul.contractus. eod titu.
in vj.l.j.§.ſi conuenerit.& in §.ſæpe.
ſupra depoſi.in l.paciſci.ꝟ.de pact.
Et iſta concluſio procedit quando na-
tura contractus ſolum alteratur: ſe-
cus ſi mutetur illud, quod eſſet de
ſubſtãtia contractus, quia tunc con-
uentio non valet. l. cum precario.
ſupra, de preca. facit text. in l. ij. ſu-
pra de vſufru.earum rerum quæ vſu
conſu.& l.per ſeruum.§. denique.C.
de vſu & hab.& in l. pacta conuen-
ta.ff. de contrahend. emp. in l. cum
manſueta.eod.titu. Et hoc intelligi-
tur, niſi conuentio poſſet in aliam
diſpoſitionem tranſire: quia tunc
illa conuentio quæ non valet prout
agi videbatur, in aliam diſpoſitio-
nem transfertur, quando verba con-
ueniunt & hoc patiuntur. l. vbi ita
donatur. ſupra de don. cauſa mort.
vbi Bart.declarat.
42 † Quinto noto, quòd dolus per pa-
ctum remitti non poteſt. idem dici-
tur in l.j. §.ſi conueniatur. verſic.il-
lud. ſupra depoſiti in l. ſi vnus.§. il-
lud. ſupra de pact.l. in commodato.
in princ. ſupra commod. & ratio-
nem text. hic adducit: quia hoc bo-
næfidei iudicio contrarium eſt. iſta
tamen ratio non videtur generalis:
quia idem videtur in contractu ſtri-
cti iuris.l.ſi quis. cum aliter. de ver-
bo.oblig.l.dolo.C.de inuti. ſtipu. Et
ideo illa ratio eſſe videtur, ne detur
n occaſio delinquendi n l. conuenire.
ſupra de pact. dotali. Et iſta ratio-
ne, quia dolus remitti non poteſt,
in generali remiſſione vel libera-
o tione facta alicui, nõ venit dolus o
l.non ſolum.la ij. §. fin.l. Aurelio.§.
Caius. ſupra de lib. le. & l.ſi ſeruus
vetitus, de leg.j.l.quidam decedens.
in princ.ſupra de admi.tut.vbi Bar.
cum ſim.vt tradit Alexan. in conſil.

lxij. ſeueriſſimus.lib.iiij. & in conſi.
clxiiij. præſuppoſito primo. libr.v.
Et idem Ang. in conſi. cxliiij. reuo-
catur in dubium.& in conſi.clxxiiij.
filius Hugonis.& Bal.in conſi. ſe.in
cauſa præſenti. in prin.libr.j.ſecun-
dum formam nouam. vbi inquit,
quòd in nulla latitudine poteſtatis
dolꝰ includitur.l.creditor.§.Lucius.
ſupra manda. Et idem not. Fulg. in
conſil. ciij. nobilis vir. Et de hoc
late dixi in conſil. clxxviij. vbi hoc
limitatur & declaratur, & conſil.
cxcij.vbi videndum eſt.
43 † Et licet dolus remitti non poſſit,
lata culpa tamen remitti poteſt: vt
not.in d.regula, contractus.eo.tit.in
vj.facit text.in l.ſi vt certo.§. inter-
dum.ff.commo. Et not. Alexand. in
l.ſi mora.col.j. ſupra ſol.mat. Et idẽ
Fulg.dicit in conſil. xxv. ſpectabilis
miles.colum.penul.alleg. iſtum tex.
qui dolo loquitur.
Poſſet tamen reſponderi, quòd idem
p ſit in lata culpa, quæ dolo p æquipa-
ratur, adeo, quòd ſi dicatur de dolo
tantum, lata culpa non excluditur.
l.j.§.j.ff.ſi menſ.fal.mod. dix.niſi di-
camus, quòd remiſſio doli eſt con-
tra bonam fidem vt dicitur in l. j. ff
conueniatur.ff. depoſiti. Et iſta ra-
tio non videtur habere locum in la-
ta culpa quæ ex ſimplicitate & qua-
dam fatuitate procedit: vt not.Bart.
in d. l. ꝙ Nerua in diffinitione latæ
culpæ.Et per gloſſ.§. pen.inſti.quib.
mod.re contrahi. obli.Et ad hoc fa-
cit: quia lata culpa videtur dolus
præſumptus. d. l. quòd Nerua. qui
quidem dolus præſumptus remit-
q ti q poteſt: vt tenet Ant de But.in ca.
fraternitatis.col.ij.ver.fallit quarto.
de teſti. Et Feli. ibi ſequitur col. iij.
Contrarium tamen voluit Paul. de
Caſtr.in d.l. ſi vnus. §. illud. ſupra de
pact.per tex.in d.l.quòd Nerua.
44 Et † ad hoc facit, quia licet minor
reſtituatur aduerſus dolum præſum-
ptum

ptum, vt per gloſſ. in l. vbi exigitur.
ff. de eden. hoc non habet locum in
dolo præſumpto de futuro, vt not.
Bartol. in d. l. vbi per l. auxilium. in
princ. ff. de minor. vbi Barto. & idem
Barto. in l. j §. nuntio de oper. noui
nuntia. cum ſimil. vt tradit ibi Alex.
Concordari poſſunt, ſi dicamus quod
dolus præſumptus de futuro remitti
poſſit, quando in non faciendo con-
ſiſtit, vt in tutore, qui non fecit inuē-
tarium: vt dixi in conſi. clxxviij. ſu-
prà alleg.[r] Et iſta opin. Ant de Butr.
intelligitur: ſi vero dolus præſum-
ptus in faciendo conſiſtat, remitti
non poſſit. Et tali caſu dictum Pauli
de Caſt. procedat per rationes quæ
habentur in conſil. præalleg.
Item quod dicitur hic de dolo, intelli-
gitur de dolo futuro: ſecus eſt in
s dolo præterito, qui remitti poteſt[s].
vt per gloſſ. & doct. in d. l. ſi vnus. §.
illud. ff. de pact. Et not. Bart. in l. qui-
dam decedēs. in prin. ff. de admi. tut.
Vltimo, cōcluſio ſuprà facta procedit
ſi dolus expreſſe remittatur, prout
45 iura ſuprà alleg. loquuntur. †Taci-
te vero cūm dolus de futuro remitti
poteſt, ſecundùm glo. in d. l. ſi vnus.
§. illud. per illum tex. in verſi. quam-
uis. Et idem glo. in l. iuriſgentium. §.
ſed & ſi quis paciſcatur. ſuprà de
pact. Paul. de Caſt. & Moder. in d. §.
illud. reprobant iſtum intellectum.
Et dicitur, quòd nec etiam tacite re-
mitti poteſt: quia tex. dicit, nulla pa-
ctione, & ſic nec expreſſa nec tacita.
Et quia ſubeſt eadem ratio, ne detur
materia delinquendi, ad §. quamuis.
reſpondetur, quòd in dolo de præte-
rito intelligitur.
Sed certe opin. glo. videtur aperte pro-
bari in d. §. illud quamuis. vbi text.
aduerſatiuè loquitur ad illud quod
ſupra proxime dixit de dolo. vnde
in eodem caſu intelligitur, & ſic in
dolo de futuro vt bene aduertetur.
Et non eſt nouū, quòd aliquid per-
mittatur tacite fieri quod expreſſe
prohibeatur, vt patet in iuramento
calūniæ quod tacite remitti poteſt,
quamuis expreſſe non poſſit. c. j. de
iura. cal. in vj. l. iij. §. ſed quia vere-
mur. C. de iura. cal.
Non obſt. text. qui dicit, nulla pactio,
quia de pacto expreſſo intelligitur:
quia tacitum pactum nō eſt pactum
proprie: vt not. Hoſt. de pact. in prin.
in diffinitione. & dixi in rubr. C.
de pact.
46 Vltimo noto regulam, †quòd de-
bitor ſpeciei ex natura contractus
de caſu fortuito non tenetur. ad idē
tex. in l. in rebus. in prin ſupra com-
mod. in d. l. quæ fortuitis. C. de pign.
actio. in l. j. C. depoſi. in l. ij. §. ſi eo
tempore. ſuprà, de adminiſtr. rer. ad
ciui. perti. & l. ſi res popularis. ſuprà
de admin. tut. Vbi glo. limitauit hoc
tripliciter. Et pro illa gloſſa eſt tex.
in cap. ij. de depoſit.
Primò enim limitatur, niſi debitor ſit
in mora: quia tunc periculum caſus
fortuiti ad eum pertinet. l. quod te.
ſuprà ſi cert. pet. l. ſi ex legati cauſa.
de verbo. oblig. cum ſi. Et hoc etiam
habet locum in mora irregulari. l.
meritò. la j. §. certiſſimè. ſuprà de vi
& vi arm. & not. Baldus in conſilio
lxxxiij. ſunt quidam. lib. j.
47 †Secundò fallit, quando culpa præ-
cedit caſum: quia tunc etiam debi-
tor de caſu tenetur. §. item is cui. in
fi. Inſtit. quibus mod. re contrahitur
obli. ibi, ſi modo non ipſius culpa is
caſus interuenit. Et tex. in l. in rebus.
ſuprà commod. cum ſimil. vt tradit
Rom. in conſ. ix. quòd pars condem-
nata. Et hoc procedit quando culpa
eſt ordinata ad caſum: vt in iuribus
præalleg. ſecus ſi culpa non fuit or-
dinata ad caſum; quia tunc de caſu
is non tenetur, licet in culpa fuerit.
l. ſi is qui. ſuprà de actio. & obliga. l.
fin. §. ſi ea conditione. ſuprà de leg.
Rhod. de iac. & l. ſi alius. §. etiā autē.
ſuprà quod vi aut clam. & not. Bar.
l. ſi vt certo. §. interdum. vbi latius
hoc declarat. ff. commod.
48 Tertio †fallit, quādo quis pro ca-
ſu fortuito ſe obligauit. l. j. C. depo.
l. negotium. C. de negot. geſt. & in c.
ij. de depoſit. & not. Bart. in l. ſed &
ſi quis. §. quæſitum. col. fin. ff. ſi quis
caut. vbi poſt gloſ. ibi tenet, quod ſuffi-
cit ſi quis dicat in ſe ſuſcipere peri-
culum caſus fortuiti, & tenetur de
omni caſu. d. l. quæ fortuitis. C. de
pign. act. & l. ſi quis fundū. in prin. ff.
loca. & d. c. ij. de depoſi. vbi Abb.
Et idem Bart. per illum tex. in l. Titius.
in prin. ff. de lib. & poſth. cum ſimil.
vt tradit ibi Alexan. qui dicit illam
eſſe cōmunem opi. iſta tamen altio-
rem poſtularent indaginē: ideo vi-
dendum eſt in d. l. ſed ſi quis. §. quæ-
ſitum. quia in ſingulis inſiſtere lon-
gum eſſet. Et ex his iſta expedita ſit.

ADDITIO.

a Dolo. Ita quòd nō de lata, vt tenuit
Ioan. Igne. hic, & nimis effuſe in l.
iij. §. ſi quiſquam. col. v. cum nouem
col. ſequentib. ad Syllan. ſed verior
eſt communis ſentētia quam tenet
Dec. hic, & tenuit d. Pyrrhus legen-
do Aureliis, me audiente. Ann. 1518.
b Tenetur. Adde tex. apertū. in l. quæ-
ſitū. §. eum quoq;. ff. de precar. G. S.
c Depoſitarij. Barb. tamen in c. bona
fides. de depoſit. in ij. col. ponderat
illum tex. in contrariū in illa æqui-
paratione, quam ibi tex. facit, de eo
qui ſe obtulit, & de eo, qui pecuniā
pro cuſtodia recipit. Et certè hæc
opin. Barb. videtur de iure vera, &
procedere, quando ſumus in dubio:
tunc enim præſumitur cōtractus ce-
lebratus pro eo qui ſe obtulit, & ſic
præſumptio iuris eſt cōtra eum: ſu-
ſpectus eſt enim, &c. l. vxori. §. j. ff.
ad leg. Cornel. de fal. l. ex ſententia.
ff. de teſt. tutel. l. ſi quenquam. C. de
epiſcop. & cler. & in auth. vt ij qui
oblig. §. quoniam. & eſt gloſſ. plena
& ordinaria in l. quæ omnia. §. j. ff.
de procur. Cui præſumptioni ſtan-
dum videtur, quod ad contrarium
probetur, iuxta gloſ. in l. nuptura. ff.
de iure dot. Decij autem opin. tene-
rem in caſu in quo loquitur, quādo
conſtat rogantem nullam habere
vtilitatem ex depoſito, quo caſu ini-
quum eſſet eum propter liberalita-
tem, & officium ſuum in plus tene-
ri. arg. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff.
quemadmod. teſt. aperian. G. S.
d Factum ſit. Vide Barb. c. bona fides.
de depoſit. vbi dicit hanc commu-
nem opin. tamen ipſe in cōtrarium
ponderat ibi text. in æquiparatione
quam facit de eo qui ſe obtulit: &
de eo qui pecuniam pro cuſtodia
recipit, quē vide. ij. col. & vide eum,
quia vult quòd quando quis ſe ob-
tulit, videatur cōtractus celebratus
gratia recipientis tantum. H. C.
e In non faciendo. Facit tex. quia gra-
uius eſt delictum, quod cōmittitur
in faciendo quàm in omittēdo. glo.
eſt in l. lege Cornelia. ff. ad Syllan.
Et notandum eſt, quòd propter do-
lum commiſſum in omittendo nō
iuratur in litem. tex. eſt, & ibi doct.
in l. argentarius. §. cum autē. quem
ad hoc reputo ſingularē ff. de edi n.
Alex. in l. qui accuſare. C. de edend.
Quod etiā pro ſing. annotauit Lud.
Rom. in ſingul. cccc vj. intereſſe ad-
uerſus doloſum. Et Alexand. conſil.
ccxliij. quādo dolus. vol. vij. de quo
tamē latè per Cagnol. in l. j. nu. 126.
C. de ſenten. quæ pro eo quod inter-
eſt. Ex quibus poteſt inferri ad illud
de notario, quod ponit Iaſ. quē om-
nino vide in l. ſi prius. col. xviij. ver.
pro iſta parte. nu. 49. ff. de oper. no.
nuntia. Gab. Saray.
f De caſu tenetur. Vide Paul. de Caſt.
in l. j. §. ſi euenerit. ff. depoſiti.
g Periculum. Et hoc veriſſimum &
æquiſſimum, quando ſolum tenetur
in genere generaliſſimo. ſecus ſi te-

nerctur de genere ſubalterno , puta
de certo aceruo poſito in tali arca,
vt patet in l.in naue ſaupheij. ſuprà
loca. quia toto illo genere ſubal-
terno perempto , eſſet liberatus , &
ita debet intelligi illa lex non au-
tem debet extẽdi extra caſum ſuum
ad genus generaliſsimum,& ita in-
telligit,d.l.in naue ſaupheij.Dec.in
l.quod te.col.j.ſ.ſi cert. petat. facit
Deci.conſil.vj. C. M.

h Contra. Barbat. c.fin. tenet contra
Abb. alleg.l. Lucius.de dona.ſuprà.
Vt dixi. Adde eundem Deci. in l.ij.
i in prin.col.iij. verſic. ſecunda con-
cluſio.num.13.in vltima lectura.ff.ſi
cert.pet. Gab.Saray.

k Reuocatum. Vide eundem Deci.ſu-
prà eo.in l.eius eſt nolle. nu.6. G. S.
Concedentis.Eſt bonus tex.in l. Lu-
l cius.de donat.ſuprà vbi etiam pro-
batur, quod ſi conceſſum ſit ad volun-
tatem quod morte cõcedentis non
extinguatur. Hier.Cuch.

m Conſtitutum. Latè do.Andr. Tiraq.
in tract. de conſtit. poſſ. & in tract.
lè mort ſaiſit le vif. C. M.

n Col.iij.num.9. vbi dixi.Auton.Ne-
guſan.tract.pign.fol.5. C. M.

o Non poteſt. Infrà eod. l.ſemper in
ſtipulationibus.nu.15. C. M.

p Penes. Dixi ad Alexan. conſil.clxj.
num.1.lib.vj. C. M.

q Ratificet. Bertran. conſi.ccciiij.do-
natio.lib.xxxiij. dixi ad Alex.conſi.
lxxxviij.nu.3.lib.v. C. M.

r Remedium.Idem Alexan.conſil.cx.
num.3.(vbi dixi.)lib.j.conſi. clxvij.
num.3.lib.vj. C. M.

s Et adhærentibus. Ita etiam ſi alicui
faciat ſecuritatẽ debet facere pro ſe,
& adhærẽtibus ſuis: vt not. pulchrè
Bart.in l.illicitas. §.ne potentiores.
col.j.nu.5.ff.de offic.præſid. G.S.

t Ratum. Vide eundem in regu. ſem-
per qui non prohibet.infrà eod.

v Notarius. Adde eundem Dec.in l.j.
col.vij.nu.22.C.de pact. G. S.

x Paul.conſi.xcv.lib.ij.

y Ratificatione.Idem Bertran. conſil.
cxvj.viſa conſul.in fin.conſi.ccciiij.
donatio.lib.iij. Alciat.Paret. lib.iij.
c.xiij. facit Bart. l.iiij. §. hoc autem
iudicium,col.ij.de damn.infec. Ta-
men contraria opi. de iure erat ve-
rior & cõmunis quam tenet Alex.
conſil.xxxj.num.6.(vbi dixi.)conſil.
clxxxv. nu.7.lib.vj. conſil.liij.nu.4.
lib.vij. Guid. Pap.deciſ.Delph.xlix.
& ipſe Deci. infrà eod. tit. l.quo tu-
tela.in fi.Sed opin. Deci.hic confir-
mata fuit noua conſtitutione regia
1539.§.cxxxiij.

z Lugduni.conſi.ccxxvj.idem conſil.
ccxlvij.& ccccxxxij. C. M.

a Tamen.Facit Alexã.conſil.clij.nu.2.
conſil.ccxxviij. nu.4. lib.vj. ſic non
valet quando confertur in tempus
quo conſtituens nõ poſſidebit, puta
poſt mortẽ.Alex.cõſi.lxxxij. col.iij.
lib.ij Bertr. conſil. cccxv. quoniam
Andr.libr.ij. licet contra facit Mat.
Affli.deciſ.Neapol.lij. col.iij. C. M.

b Habile.Corn.conſi.clxxiij.col.pen.
libr.ij.Deci.conſil.ccccl x. in fi.licet.
Socin.l.fi.num.6. ſuprà, ſi ex noxali
cauſa agatur. C. M.

c Intelligitur.Deci.l. in actionib. col.
vij. ſ. de in litem iuran. Iaſ.l. ſi mo-
ra.col.ij.ſolut.matri. Alexan.conſil.
lxxiiij.nu.1.lib.vj. C. M.

d In contractibus. Vide Iaſ.l. domus.
ij.col.de legat.j.

e Mandatarius. Quando mãdatarius
teneatur de leuiſſima culpa: & quæ
dicatur leuiſſima:& quando de do-
lo vel lata culpa,vide Pau.de Caſtr.
in l.in rebus.ff.commodati. Bart.in
l.eum qui.§.ſi culpa.ff.de furtis.

f Lites.Lancelo. Deci.l.cum res lega-
ta.§. itaque ſi Stichus.col fi.de lega.
iij.ratio propter peritiam aſſertam
ex eo quòd idoneũ ſe profitetur ad
id quod ſummam diligentiam re-
quirit, dixi in tracta. de eo quod in-
tereſt,nu.142.cum ſeq. C. M.

Plerun

g Plerunque contingit. Adde eundem
Decium in l.iubere cauere. in prin.
nu.1.ff.de iuriſd.omn.iud. G.S.

h Creditor. Caue vt intelligas ſecun-
dùm hæc iura , videlicet in credito
re miſſo non ad adminiſtrandũ, ſed
ad inquietandum. Secus ſi creditori
ipſi vel cuiuis committatur admini-
ſtratio vel cuſtodia totalis rei, quia
tunc etiam de leui culpa tenetur , vt
noue declaraui in conſuet. Pariſ.c.
vj.gloſ.vij.q.ij. C. M.

i Tenet.Adde Bal.in l.quę fortuitis.ſi.
co.C.de pi.act.Doc.l.ſi mora.ſol.ma.

k Faciendo.Anchar. Phil. Franc.c. in-
quiſitionis.in fin.de hære. Curt. Iu-
nior l. vnica col. viij.num. 23. C.de
ſen.quæ pro eo quod inter Iaſ. Dec.
authen.qui rem C.de ſac.ſanc.eccle.
Dec.l.fi.col.iiij.C.de pact.l.actione.
in fi.C.de tranſact.conſi.cxcij.C.M.

l Actione. Vide Bald. d.l. quæ fortui-
tis.penult.colum.

m Societate. Adde Bald. d.l. quæ for-
tuitis.fin. colum.

n Delinquendi. Vide Bal.in l. ſic cum
antea.C de arbitr. & in l.fi. de con-
trahen.empt. Hier.Cuch.

o Dolus.Vide gl. & doct.l. tranſactio.
C.de tranſac. & in l. ſi vnus. §. illud.
de pactis. Bald. in l. aduerſus. C. de
except.Bart. in l. Pomponius. in ix.
col.de negot.geſt. H. C.

p Dolo. Vide iſtam regul. per Soci.in
ſuo tract.fallen.in reg.xcv. H. C.

q Remitti.Tacitè non expreſſè. Bald.
l.j.in fi.C. de vſufr. Alcia. l. actione.
verſi. ſpecialiter. C.de tranſact.adde
Hip.Marſil.ſing.cclxxxix. C.M.

r Alleg.& conſil. ccccxviij.col.fin.

s Poteſt. Vide Bald. in l. cum neceſſi-
tatem.C.de fideicommiſ.

In l. Quatenus. Argum.

1 *Intereſſe quotuplex , & quale v-
numquodque.*

2 *Intereſſe alicuius quãtum ſit, non
in iure,ſed in facto conſiſtit.*

3 *Statuta & conſuetudines loci par-
ticularis facti ſunt , & in facto
conſiſtunt.*

4 *Intereſſe non iuſte tunc petitur,
cum factum fieri denegatur.*

5 *Intereſſe qualiter probari poſſit.*

6 *Teſtis intereſſe probando adhibitus,
rationẽ dicti adducere debet, etiam
non rogatus.*

7 *Teſtis dicens quem quid in ſui de-
fenſionem feciſſe, non tenetur dicti
ſui rationem allegare.*

8 *Teſtis quando dicatur affectione
moueri,& quando non.*

Probatio concludens eſſe debet.

REGVLA XXIIII.

QVatenus cuiuſque inter-
a ſit,in facto [a] ,non in iure
conſiſtit.

QVatenus,id eſt , quantum. l. ſi
vnus.§.pacta,l.ſi quis credi-
derit.ſ.de pact. & in l. gre-
ge.§.pignori.ſ. de pignor.& c. pla-
1 cet.ſ. de conuer.coniugat. Et † cum
intereſſe ſecundùm cõmunem opi.
ſit triplex. Commune, ſingulare,&
conuentum,vt per gloſ. in l. j. ſuprà
de actio. empt. in ver. intereſt. & l.
libertas.infrà eod. in ſi.& l.j. gloſſ.j.
C.de ſenten.quæ pro eo quod inter-
eſt profer. dictum huius regulæ in
qualibet ſpecie videtur procedere.
Nam ſi agatur de intereſſe ſingula-
ri quod conſideratur ex eo quod fun-
dus ſit vicinus,l. ſi cui. in fin. de leg.
ij. vel ex eo quòd res fuerit maio-
rum ſuorum.l. ſi in emptione. ff. de
minor. in facto hoc conſiſtit, vt hic
dicitur. Eodem modo ſi agatur de
intereſſe communi, quod eſt cõmu-
niter æſtimatum , ita quòd vnicui-
que tanti valet.l. pretia rerum.ſuprà

ad leg.Falcid. l.ſi ſeruum. ℥. ad leg.
Aquil. hoc etiam in facto conſiſtit:
ſimiliter ſi agatur de intereſſe con-
uento, quia pendet à conuentione
& contractu.l.fi.℥. de prætor. ſtipul.
etiam illud dicitur in facto conſi-
ſtere, quia contractus facti ſunt. l.
conſilio.in fi.℥. de cur.furio.
2 Sic ergo † quantũ ſit alicuius inter-
eſſe, in facto & nõ in iure conſiſtit.
Sic etiã quæſtio facti eſt, ſi quæratur
quouſq; videatur permiſſum admi-
niſtrare peculium: vt dicitur in l.j.
§.j.ſuprà quæ res pign.Et quæſtio fa-
cti etiam dicitur in l.inſulam. quæ
res pign.oblig.poſſ.Et quæſtio facti
eſt potius quàm iuris, quis prior na-
tus ſit.l.idem Mæuius. in fi.℥. de ſta.
homi,l.Herennius.ĵ.de verb.ſign.
3 Sic † etiam ſtatutum vel conſuetu-
do loci particularis dicitur eſſe fa-
cti, & in facto conſiſtit, vt dicit tex.
in c.j.de conſtit. in vj. & etiam quæ
pendent ab animo in facto conſi-
ſtunt. l. bonæfidei.℥. de acquir. rer.
domi.Et iſta quæ in facto conſiſtunt
debent probari, quia nõ præſumun-
b tur[b], l. in bello. §. factæ.℥.de capti.
c.cum in iure.de offi. de leg.l.j.C. de
proba.l.aſſeueratio. C.de non num.
pecun.Et hoc modo arguit Bald. in
rubr.C.de fide inſtru.col.iij. & Abb.
in conſi xxxvij.circa primum.col.j.
lib.ij.& conſi.lxxix.ſuper eod.lib.ij.
cum ſimilib. vnde videndum eſt de
duobus.Primò, qualiter intereſſe pe-
tatur.Secundò, qualiter probetur.
4 Circa † primũ tutior modus, quòd
petatur factum fieri.Et ſi factum nõ
fuerit, petatur intereſſe ſucceſſiue: vt
Bar.cõcludit, in l. ſtipulationes non
diuiduntur, col.pen.verſi.tertius mo
dus eſt, de verb.oblig.& gl. quæ hoc
dicit in l.ij.§.itẽ ſi in facto.& in glo.
j. de verb.obli. Et no.Bald.in l.ſi pa-
cto quo pœnam.in fin.verſi. vltimo
quæro.℥. de pactis. vbi dicit aptiſſi-
mè formari libellum ſi dicatur, pe-
to quod principaliter promiſiſti: &
ſi non ſolues, peto pœnam. & idem
Bald.in l.j.col.fin. C. de ſenten. quæ
pro eo quod intereſt. & in conſilio
cxc.allegationes. in iiij. lib. & idem
gloſſ.in l.j.℥.de act.emp.in gloſ.ma-
gna. & Bart. ibi idem ſequitur verſi.
tertia practica eſt. Et idẽ tenet Cyn.
in l.ſi traditio. verſicu.ſecundo quæ-
ritur.C.de actio.empt.& Bald.ibi, in
princ.verſic. item poteſt col. j. & ſe-
quitur Petr. de Ferra. in eius practi-
ca Papienſi, in libello de actione
reali verſic. pro florenis decem pro
omni damno & intereſſe.col.iij.
5 Circa ſecundum, de probatione in-
tereſſe, dicit Bart. in l. ij. circa fin. C.
de reſcind.vend. quòd talis proba-
tio intereſſe eſt difficilis: & in tali
probatione intereſſe debet iudex
habere æquitatem ante oculos, &
c etiam ex coniecturis[c] probari po-
teſt: vt dicit Bald.in conſil. clxx. ad
euidentiam.col.ij.lib j. Et in proba-
tione intereſſe nõ defertur iuramen-
d tum[d] in defectum probationis, ſe-
cundum Bald.in l.j.in fin.de ſenten.
quæ pro eo quod inter. Et primo de
intereſſe communi videndum eſt,
quomodo probetur teſtibus.Secun-
do de ſingulari.Tertiò de cõuento.
Circa primum, intereſſe commune re-
ferri videtur ad cõmunem rei æſti-
mationem & ad communem rei va-
lorem: vt not.Bald.in d.l.j.colum.ij.
de ſenten.quæ pro eo quòd intereſt.
& facit tex.in l. pen. ex quibus cau.
in poſſeſ. eatur. in l.ſi vendidero.§.
j.ff.de furt.in l.j. ff. de his qui à non
domino manu.
6 Et † teſtis in probando intereſſe de-
bet rationẽ dicti ſui allegare etiam
nõ interrogatus: vt not.Bar.in tract.
de teſtib.colum.ij. verſi. teſtis dixit
aliquem eſſe dominum.in fi. vbi in-
quit, quòd ſi teſtis dicat fundum va-
lere decem, non probat, niſi ratio-
e nem[e] adducat, quamuis non ſit in-
terrog

terrogatus. Et notat Abb.poſt alios
quos ibi refert in c. cũ cauſa.col. ij.
verſi.ſed dubitatur.de teſtib.& idem
Bald.in l.fi.C.de iur.do. impe. & l.j.
col.viij. verſicu. ſeptimo quæro. de
ſent.quæ pro eo quod intereſt pro-
fer.Alexã poſt.Pau.de Caſt.in l. pre-
tia rerum.col.fi. ℥. ad legem Falcid.
Et idem Alexã. in l.j.in princ. ad fin.
℥.de operis noui nuntia. facit quod
not.Innoc.in c.cum cauſam, de te-
ſtib.Barto.in l.ſolam.C. de teſt.cum
ſimilib. Et iſta concluſio procedit
in æſtimatione domus vel fundi:
quia talis æſtimatio intellectu po-
tius quàm ſenſu corporis colligi-
tur. Secus in æſtimationẽ frumenti,
& victualium, & in ſimilibus rebus
in quibus non eſt opus magno di-
ſcurſu: ideo dictum teſtis bene pro-
bat abſque alia ratione ſi non fuit
interrogatus: vt not.Bart. in d.tract.
in loco ſuprà allega. & idem Bald.
dicit in l.ſolam.col.fin.verſicu.quæ-
ro nunquid.C. de teſt. Et ad hoc fa-
cit quod not. Bald.in d.l.ſolam.col.
fi.verſic.ſolum hic quæritur. vbi te-
7 net † ꝙ teſtis qui deponit aliquem
f feciſſe ad ſui defenſionẽ[f], probat:
licet rationem non adducat: quia
modico diſcurſu intellectus hoc
percipi non poteſt per coactionem
loci & temporis.alleg. Bart. in con-
ſil.lvij.ſed reperitur. in conſil. cviij.
quidam Maſiolus. vbi Bart. hoc di-
cit, & ſequitur Alexan.in conſi.cxix.
viſis.col. fi.lib.j. Et ratio in teſtibus
deponentibus de valore rei, vt con-
grua ſit & probet, debet ad commu-
nem æſtimationem referri: videli-
cet quod cõmuni æſtimatione tan-
tùm valet, & quòd tantum commu-
niter venderetur, vt not. Bart. per il-
lum text.in l.pretia rerum.℥. ad leg.
Falci.& in l. filiusfamilias. §. ſi quid
alicui.de legat.j.& l.ſin.C. de prædi.
naui.lib.xj. vnde nõ ſufficit ꝙ teſtis
dicat quòd ipſe tantum daret: quia
poſſet moueri aliqua particulari
affectione.& ita tenet gloſſ.in l.ij.in
glo.magna.C.de reſcin.ven. Et pari
ratione non ſufficit probare quan-
tum res vendita fuit, vt not. Bart. in
l.cum emptor.§.fi. ℥. de dam. infect.
cum ſimil.vt tradit Alexan.in conſ.
xxviij.in cauſa & lite. col. ij. libr.v.
& Maria. in conſil. viij. viſis. col. j.
Ang.Aret.in §.ſi quis agens.col.iiij.
inſti.de act.Nõ omitto tamen quod
contra glo.in d.l.ij. de reſcin. vend.
g tenet Bald.[g] in d.l.ij.colum.pen.vbi
8 poſt Nicol.de Marſil.dicit, † quòd
ſi non apparet de ſpeciali affectio-
ne, nõ præſumitur ꝙ teſtis qui dicit,
ꝙ ipſe tantum daret, moueatur par-
ticulari affectione, ſed potius com-
muni æſtimatione: quia præſumitur
quis facere illud quod fit communi-
ter.l.ſi pactum. de probat. Imol. &
Alex.in d. l.pretia rerum. ſequuntur
opin.gloſ.& Bart.quia probatio de-
bet eſſe concludens.c. in præſentia.
de proba.& iura alleg.per Bald.non
loquuntur in materia probationis.
Sed replicari poteſt, quòd imò etiã in
materia probationis ſufficit ꝙ præ-
ſumptiue probatio cõcludat: vt per
gloſſ.in l.neque natales.C.de proba.
cum ſimil.vt dixi in d. c. in præſen-
tia. Et hoc in propoſito dicunt ipſe
Imol.& Alex.in l. j. §. hæres. perce-
pto fundo.℥.ad Treb.vbi dicunt per
illum text.ꝙ res tantum valet quan-
tum vendi poteſt: intelligitur ſcien-
ti qualitatem rei. Et dicunt hoc non
eſſe opus exprimere: quia ſufficit ꝙ
ita præſumatur. Et iſta opin. Bald.
eſſet ſuſtentabilis, & verior videtur
de iure: & plerique illam tenet quos
refert Alex in d. l. pretia rerum. Et
ſaltem videretur procedere quando
in capitulo ſuper quo teſtes depo-
nunt, dicitur quod res tantum valet
communiter, vel cõmuni æſtimatio-
ne: quia dictum teſtis videtur habe-
re relationem ad capitulum, vt not.

Bart. in l. Labeo. ſupra de ſupel. leg.
Et hoc modo opin. concordari poſ-
ſunt, & in probatione intereſſe, ad-
uertendum eſt: quia debet eſſe in po
tentia propinqua, vt not. declarat
Pau. de Caſt. in l. non vtique. §. nunc
de officio. ff. de eo quod cer. loco.
Et de iſta materia vlterius non inſi-
ſto hic, quia late videbimus in l. j.
C. de ſent. quæ pro eo.

ADDITIO.

a In facto. Ex hoc tex. notat, intereſſe
qui facti eſſe & per conſequens in-
certum: quo caſu ad illud compete-
re non poteſt certi condictio, ita per
hunc text. dixit idem Deci. in l. certi
condictio in prin. col. ſi. verſi. & ad
hoc, ff. ſi cert. pet. G.S.
b Non præſumitur. Vide duas limita-
tiones ad regulam d. §. factæ. per Iaſ.
in l. ſciendum. in primo notab. ff. de
verb. oblig. G.S.
c Coniecturis. Bald. l. ſi traditio. C. de
act. empt. dixi ad Alex. conſi. lxxvij.
num. 13. lib. vj. C. M.
d Iuramentum. Idem Iaſ. §. curare col.
fin. num. 59. inſti. de act. ſed contra-
rium verius vt expreſſim Bald. conſ.
incip. proponitur. ad fin. quod eſt
conſ. ccxij. lib. j. ſecundum veterem,
& conſi. cccxlv. lib. ij. ſecundum no-
uam impreſſionem. & Pyrrhus hic,
colum. v. C. M.
e Rationem. Bertrand. conſil. cclvj.
multa ſunt. col. fin. lib. iij. C. M.
f Defenſionem. Facit Hippol. Marſ.
ſing. xix. Alexan. conſil. lxxvj. & cix.
lib. j. vbi dixi. C. M.
g Bald. Sequitur Pantha. de Cre. Rep.
d. l. ij. col. lxxiij. C. M.

In l. Plus cautionis.

Argumenta.

1 *Pignori incũbere ſatius eſt, quàm*
in perſonam agere.
2 *Actio in rem vtilior eſt ea, quæ*
intentatur in perſonam.
3 *Fideiuſſorem qui dare tenetur, dã-*
do pignora liberabitur.
4 *Creditori inuito non ſoluitur aliud*
pro alio.
5 *Satiſdatio remitti poteſt ei, qui*
valde idoneus eſt, non autem pi-
gnoris datio.

REGVLA XXV.

PLus cautionis in rem eſt,
quàm in perſonam.

a IBi, cautionis, id eſt ſecuritatis [a] &
cautelæ: vt gloſ. hic dicit: & facit
text. in §. neque autem. in authen. de
mand. princip. & in l. ſancimus. C.
de verb. ſigni. Sic ergo plus ſecurita-
tis eſt in rem, quàm in perſonam.
Et hoc exemplificari poteſt in eo,
1 quod dici ſolet, † quòd melius eſt
pignori incũbere, quàm in perſonã
agere. §. furti. Inſtitut. de oblig. quæ
ex delic. naſc. & l. itaque. §. fin. ſu-
prà de furtis. Et hoc etiam patet in
actionibus realibus, quæ firmiores
ſunt; quia dantur contra quemlibet
poſſidentem. §. j. Inſtit. de act. ſecus
eſt in perſonalibus: nam actio per-
ſonalis contra ſingularem ſucceſ-
ſorem non dirigitur. l. j. §. ſi hæres
percepto fundo. ſuprà ad Trebel. l.
fin. ſuprà de contrahen. empt. l. cum
fundus. vbi Bald. ſuprà de ſer. ruſtic.
prædior. ſecus eſt in reali actione:
l. ſi fundus. §. in venditione. ff. de
pign. facit text. in l. pignoris. eo. tit.
2 † Et quòd vtilior ſit actio in rem,
quàm in perſonam, probatur in d. l.
ſi fundus. in d. §. in venditione. in fin.
Et plenius prouidet diſpoſitio rea-
lis, quàm perſonalis. l. ſi neceſſarias.
§. de vendendo. ſupra de pign. act.
l. iuriſgentium. §. pactorum. ſuprà
de pact. & not. in l. ſi pactum. ſuprà
de probat. Et perſonis. data immu-
nitas

nitas cum perſonis extinguitur, &
rebus nunquam extinguitur. l. iij.
§. fin. l. forma. §. quanquam ſupra de
cenſib. Et ex ſupradictis dicunt Gu-
lielm. de Cun. Ang. Paul. de Caſt. &
Alexan. & Moder. in rub. ſi cert. pet.
quòd actiões reales digniores ſunt:
de quo dicendum eſt, vt dixi ibi.
Et per iſtum text. infert Bartol. hic,
3 † quòd ille qui tenetur dare fide-
iuſſorem, liberatur dando pigno-
ra: quia plus cautionis eſt in rem,
quàm in perſonam. Et idem Bart.
dicit in l. prætoriæ. la iij. ſuprà de
præt. ſtipu. l. j. ſuprà qui ſatiſd. cog.
cum ſimil. vt ibi tradunt Alexan. &
Moder. idem Alex. in l. j. C. de proc.
Et hoc verũ videtur, niſi à lege aliud
præcisè diſponatur. d. l. prætoriæ.
Non obſtat regula, quam in con-
trarium adducunt Alexand. & Mo-
dern. in d. l. j. qui ſatiſdare cogant.
4 † quòd aliud pro alio inuito credi-
tore ſolui non poteſt l. ij. §. j. ſuprà ſi
cert. pet. ideo non videtur quòd pro
fideiuſſore pignus dari poſſit: quia
b reſpondetur, [b] quòd hic non agitur
de ſolutione, ſed de cautione: quo
caſu qui promiſit dare vnũ pignus,
poteſt dare aliud æque bonum: vt
per glo. in l. ſi Titio. ſupra de pign.
Et pro fideiuſſore dato alius æque
idoneus præſtari poteſt. l. Labeo ait.
§. ſi. ſupra de arbit. & l. qui autem. §.
ſed & ſi quis certam. ſuprà de conſt.
pecun. Et quia tenetur quis facere
quod ſibi non nocet, & alteri pro-
deſt. l. in creditore. & ibi gl. ſupra de
euiction. & l. ij §. item Varus. ſuprà
de aqua pluu. arcen.
5 Vltimo notandum eſt, † quòd licet
quis liberetur à ſatiſdatione quam
præſtare teneatur, ſi ſit valde ido-
neus: vt not. Bart. in l. quicũque. la ij.
C. de fund. patrim. lib. xj. cum ſimi-
lib vt tradunt Alexan. & Moder. in
d. l. j. qui ſatiſd. cogan. non tamen
videtur liberari ſi tenetur dare pi-
gnora, ita videtur dicendum per
iſtum text. quia plus cautionis eſt in
c rem, quàm in perſonam. [c]

ADDITIO.

a Securitatis. Malè à doctor. hæc lex
exemplificatur, dum dicunt eius ſen
ſum eſſe, quòd plus cautum ſit habe
re actionem realem, quàm perſona-
lem, nam iſta lex hoc non dicit: ſed
debet intelligi, quod melius & cau-
tius eſt habere rem apud ſe, quàm
contra alium agere, & litis pericu-
lo ſe ſubiicere: & ita intellexit hunc
text. Bart. hic & in l. prætoriæ. la iij.
ff. de prætor. ſtipul. dum vult poſſe
dari pignus pro fideiuſſore, quia ma
gis eſt cautum creditori: Et ſic pri-
mum exẽplum Decij ſcilicet; quòd
melius ſit incumbere pignori, quàm
in perſonam agere, ſolum eſt bo-
num. Et ita his ſcriptis, poſtea re-
peri Nicolaum Bellonum de hac
legali ſcientia optimè meritum, ita
hunc text. declarare, in lib. j. ſuppu-
tationum iuris. c. viij. vbi multa de
de hoc dicit. Gabr. Saray.
b Reſpondetur. opin. Bart. eſt magis
cõmuniter approbata, vt dicit Iaſ.
in d. l. j. qui ſatiſd. cogan. in princip.
iij. col. verſic. ex ſecunda.
c Quàm in perſona. Contra hanc cõ-
cluſionem videtur text. rotundus. in
l. ergo. §. adiici. ff. de fideicommiſſ.
libert. vbi ſatiſdatio, vel pigno-
ris tributio, & traditio, ſiue etiam
nuda promiſſio, ſi promittens ſit
valde idoneus, à pari procedunt.
Gabriel Sarayna.

In l. Qui poteſt inuitis.

Argumenta.

1 *Filius poſſeſſionẽ bonorũ patre in-*
uito & ignorãte poteſt agnoſcere.
2 *Citari non debet is, quo etiam in-*
uito poteſt actus tranſigi.

3 *Inuito aliquo ſi quid fieri poßit, & eo ignorante poterit.*
4 *Iudicia in inuitum, etiam reddi ſolent.*

REGVLA XXVI.

QVI poteſt inuitus aliena re, multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.

AD hoc facit text. in l. necnon
ignorãte & inuito. ſuprà de tut.
& cur. dat. ab his. & in l. iiij §. j. ſu-
prà de fideicom. lib. Et per iſtam re-
a gulã [a] arguit gl. in l. j. C. qui admit.
1 in verſ. ratam. † q̃ ſi filius agnoſce-
ret, poſſet inuito patre, à fortiori
poſſet ignorante.
Et Alex. ibi, in d. l. j. ampliando iſtam
regulam, dicit illam etiã procedere
in materia correctoria, quia eſt in-
terpretatio paſſiua: per not. in l. ij. de
leg. ij. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg.
Falc. Et hoc idem prius voluit Imo.
in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ſu-
prà de acquir. hæred.
2 Et per iſtam regulam infertur, † q̃
b nunquam [b] debet citari ille, quo
c inuito actus expediri poteſt. [c] Et
hoc modo arguit Oldrad. in conſi.
xcv. in fine, ex forma iſtius ſtatuti.
& eodem modo arguit Pau. de Caſt.
in conſ. xxxiiij. ſuper primo dubio.
col. penult. in nouis, aliâs in conſil.
ccxxvij. vbi etiam allegat text. in d.
l. iiij. §. j. de fideicom. li. & ita etiam
arguit Rom. in conſil. ccij. quo ad
primũ. & idem Rom. in conſ. cclix.
circa primum. in v. dub. & idem Ale
xan. in l. ſi pacto quo pœnam. in vl-
tim. not. C. de pact. & in conſil. ij. vi-
ſis codicillis. colum. vj. lib. j. & idem
Alexand. in conſil. cxxx. difficultas.
in eodem libr. j. & in conſil. vj. cir-
ca proceſſum cauſæ vertentis. col.
fin. lib. iij.
Iſta regula limitatur pluribus modis:
d [d] vt per gl. hic, & in l. ſi in tres. ff. de
arbitr. & Bart. hic reſoluendo con-
ſiderat hic plures caſus: vt ex eius di
ſtinctione colligitur.
Sed magis breuiter concludi poteſt, q̃
regula intelligatur & procedat vbi
ſit eadem ratio, prout regulariter vi
3 detur: quia † ſi poſſum facere ali-
quid te inuito & contradicente, pa-
ri ratione te abſente & ignorante:
quia non debet expectari præſentia
& ſcientia, quæ nihil operatur. ar-
gumen. l. aliquando. §. fin. ſuprà, ad
Velleian.
Secus vbi ſit diuerſa ratio, prout eſt in
caſu. l. duo ex tribus arbitris vel iu-
dicibus. ſuprà, de re iud. & in d. l. ſi
in tres. ibi, duo ex tribus arbitris vel
iudicibus iudicare poſſunt: tertio
contradicente & inuito: non autem
eo abſente vel ignorante: facit text.
in d. l. ſi in tres. qui rationem addu-
cit: quia tertius ſi eſſet præſens, poſ-
ſet alios in ſuam ſententiam trahe-
re. Bart. tamen hic videtur iſtam ra-
tionem impugnare: quia talis ratio
ſemper videretur habere locum. Et
in omnibus caſibus regulæ proce-
deret, quòd abſens poſſet alios præ-
ſentes trahere in eius ſententiam,
ſed cùm iſta ſit ratio Iuriſconſulti,
impugnari non poteſt. Et ideò di-
cendum eſt, quòd illa ratio ſolùm
attendatur in arbitris vel iudicibus:
quia ratione officij habent poteſta-
tem iudicandi: ſecus videtur in pri-
uatis, prout regula loquitur.
Et eodem modo regula non procedit
4 in iudicialibus: † quia iudicia red-
duntur in inuitum. l. inter ſtipulan-
tem. §. j. de ver. oblig. & tamen non
procedit iudicium contra abſentẽ:
quia citatio requiritur. l. de vnoquo-
que. in principio ſuprà de re iudi-
ca. Et ſimiliter in electionibus præ-
latorum in actibus capituli vel col-
legij, in quibus attenditur quod fit
à maiori parte, & contradictio mi-
noris partis non attenditur. l. quod
maior, ſuprà ad munic. c. cùm om-
nes. de conſtitut. Et tamen factum à
maiori parte non valet aliquibus
abſentibus & ignorãtibus: quia plus
nocet vnius contemptus, quàm con
tradictio multorum: c. per venera-
bilem. de electio. in prædictis enim
caſibus regula non procedit: quia
data eſt forma à iure, quòd abſen-
tes requiruntur.

ADDITIO.

a Reg. Alex. conſil. cxxx. lib. j. Iaſ. l. ij.
§. fin. num. 19. ſol. matrim.
b Nunquam. vide contrarium in no-
tabili quæſt. poſita per Iaſ. in l. iube-
re. col. iij. num. 4. & 5. ff. de iuriſdict.
omn. iudic.
c Poteſt. Niſi debeat eſſe pars iudicis.
C. M.
d Modis. Iaſ. l. qui in aliena. col. iij. de
acquir. hæred. ſuprà, l. j. column. vj.
C. qui admit.

In l. Nec ex prætorio. Argumenta.

1 *Conuentio priuatorum non poteſt publico iuri derogare.*
2 *Delicta puniri Reipubli. intereſt.*
3 *Pactum Iudiciorum ordinis derogatorium eſt inualidum.*
4 *Statuto poteſt iuri publ. derogari.*
5 *Statuto plura induci poſſunt, quæ pacta inducere nequeunt.*
6 *Teſtamenti factio poteſt tolli ſtatuto, non autem pacto.*
7 *Statuto fieri poteſt, vt quis partim teſtatus decedat, & partim inteſtatus.*
8 *Statutum facultatem teſtandi auferre poteſt, pactum tollere non poteſt.*
9 *Argumentum de pacto ad ſtatutum nullius eſt vigoris, ſi negatiuè formetur: ſi affirmatiuè poterit valere. & num. 10.*

REGVLA XXVII.

NEC ex prætorio, nec ex ſolenni iure priuatorum cõuentione quicquam immutandum eſt: quanuis obligationum cauſæ pactione poſſunt immutari, & ipſo iure: & per pacti conuenti exceptionem: quia actionum modus, vel lege, vel per Prætorem introductus, priuatorum [a] pactionibus non infirmatur: niſi tunc cùm inchoatur actio, inter eos conuenit.

1 NOtandum eſt, † quòd partiũ [b]
b conuẽtione iuri publico [c] de-
c rogari non poteſt: ad idem text. in
l. iuriſgentium. §. paciſcar. l. ius pu-
blicum. ſupra de pact. in l. ij. §. ius
reipublicæ. ff. de adminiſtr. rer. ad ci
uit. pertin. & in cap. ſi diligenti. de
foro compet.
Et ius publicum intelligitur, quando
reſpicit formam & ſolennitatem à
iure publico introductã, cui etiam
teſtator derogare non poteſt. l. ne-
mo poteſt. de leg. j. l. teſtandi. C. de
teſtibus.
2 Similiter † vtilitatem publicam re-
ſpicit, q̃ delicta puniantur. l. ita vul-
neratus. ſuprà, ad leg. Aquil. l. ſi cita-
tio. §. quod illicitè. ſ. de publ. c. vt fa
mæ. de ſenten. excõ. ideò non valet
pactum, q̃ non agatur actione iniu-
riarum, vel furti ſi committatur. l. ſi
vnus. §. pacta. ſuprà de pact.
3 Et nõ valet pactum † propter quod
ordo iudiciorum tollatur: vt per
gloſſ. in cap. de cauſis. de offi. deleg.
quod declaratur vt dixi ibi. Et tra-

dit Alexand.in l.ſi conuenerit. col.
vij.de re iudic.

Et quod dictum eſt bene procedit in
4 pacto. † Secus eſt in ſtatuto quod
iuri publico derogare poteſt:vt not.
per gloſ.hic,& not. l.neque pignus.
§.priuatorum.infrà eod.vbi glo.te-
net, quod etiam vniuerſitas poteſt
ſtatuere contra ius publicum.& per
illam gloſſ. notab. Abb.conſil. cuij.
videtur primò. col.ij. lib.ij. & in c.ſi
diligenti. in iij. not. de foro comp.

Et ideò dicit Bar.in l.alia.§. eleganter.
5 ſuprà ſol. matrimon. † quòd multa
d poſſunt [d] fieri per ſtatutum, quæ
e non poſſunt [e] per pactum: allegat
gloſ.in locis præalleg.& not.Domi
nic.in conſ.cxxxix. in cauſa. col.iij.
& idem Bar.in l.Titio centum.§. Ti
tio cẽtum.el ij.ſuprà de cond.& de-
6 mon. † vnde facultas teſtandi per
ſtatutum auferri poteſt, licet pacto
tolli non poſſit:vt not.Angel.in cõ-
ſil. lxvj. viſis. col. fin. Et licet pacto
quis non poſſit ſe obligare ad pœ-
nam mortis, [f] vel mutilationem
mẽbri;quia non eſt dominus mem-
brorum ſuorum. l. liber homo. la j.
ſuprà ad leg.Aquil.& Bar.in l.ſi quis
reum.in princ. ff. de cuſt.reor.à ſta-
tuto tamen obligari poteſt: vt not.
Bart.in d.l. Titio centum.d.§. Titio
centum.verſic.tertia ratio eſt.

Et ſolennitas teſtandi à ſtatuto poteſt
tolli. l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam.
licet à priuatis derogari non poſſit.
7 d.l.nemo poteſt.† Et licet non poſ-
ſit quis decedere pro parte teſtatus,
& pro parte inteſtatus.l. ius noſtrũ.
infrà eodem. à ſtatuto tamen hoc
induci poteſt:vt not.Angel.& Imol.
per illum textum in l.ſecunda.& ibi
Alexan. in ſecundo notab. de vulg.
& pupil. Et dictum fuit in dicta l.
ius noſtrum.

Similiter licet non valeat pactum per
quod tollitur facultas teſtandi. l.pa
8 ctum quod dotali. C. de pact. † va-
let tamen ſtatutum: vt notat Bal.in
l.Archemidoram.col.fin. verſic.ſed
nunquid.C.vt in poſſeſſ.leg.

Hoc tamen dictum Bald.reprobat Ale
xand. in l.pactum. & in d.l.fin. ſu-
prà de pact. quia tale pactum vide-
g tur contra bonos mores. [g] d. l.pa-
ctum. & l. ſtipulatio hoc modo
concepta. de verb. oblig. quo caſu
ſi non valet pactum, quia contra
bonos mores, etiam tali caſu non
valet ſtatutum: vt not.Bal. in l.non
impoſſibile. ſuprà de pact. & infrà
ſtatim dicam.

Sed poteſt reſponderi,q̃ ratio Alexan.
procedit inſpecto iure communi.
Sed ex quo à ſtatuto in loco hoc
permittitur,non videtur contra bo-
nos mores, quia ad iudicandum ali
quid eſſe contra bonos mores, mo-
res ciuitatis de qua agitur deberẽt
conſiderari.l.item apud Labeonem
in princ. verſic. ſed quod adijcitur.
ff. de iniur. Et quòd valet ſtatutum,
tenet Angel. in conſil. lxvij. ſuprà
alleg. Et quòd ſuprà dictum eſt de
validitate ſtatuti, à fortiori haberet
locum ſi cum ſtatuto pactum con-
curreret: quia plus poteſt fieri per
ſtatutum vallatum pacto, quàm per
ſtatutum ſimpliciter: vt tradit Bald.
in c.venientes.col.fin.verſi.ſed nun-
quid de iureiur.

Et ex prædictis infertur, quòd nega-
tiuè† non valet argumentum de pa-
cto ad ſtatutum: vt dicamus,ſi non
poteſt fieri per pactum, ergo nec
per ſtatutum: vt not. Bart. & Doct.
in locis ſuprà alleg. Et idem Socin.
in conſil.lij.ſuper hac difficultate.in
princ.nouiſ.

Et hoc intelligitur & procedit, vbi agi
tur ſimpliciter de derogatione iuris
publici,per ſupradicta.

Secus ſi ſit aliquid turpe & contra bo-
nos mores: quia tunc etiam nega-
tiuè valet argumentum: quia ſi non
valet pactum, non valet ſtatutum:
vt not.Bart.in d.l.non impoſſibile,ſu
pra de pact. l. omnes populi. in iij.
q. principali ſupra de iuſtitia & iu-
re.& in d.l.Titio cẽtum.§.Titio cen
tum.de conditio.& demonſtr.

Et hoc modo intelligitur gl. in rub.C.
de decre. decurio. libr. x. quæ dicit
non valere ſtatutum ſi pactum non
10 valet. † Affirmatiue vero valet ar-
gumentũ,ſi poteſt fieri per pactum:
h ergo per ſtatutum. [h] Et ita arguit
text.in l.fi. vbi Bart. C. de fideiuſ. &
i idem Alex. [i] in conſi.50. in cauſa &
lit.lib.v. Bart.in conſi. clxxij. dubia
occurrentia.in prin. Et ad hoc facit:
quia diſpoſitio legis cõtrahentium
& teſtatoris æquiparatur.l.fin. ſupra
de reb.ali. non alie. vbi Bal. Et am-
pliatur iſta concluſio: quia ſi poteſt
fieri per pactum iuramento firma-
tum, poteſt fieri per ſtatutum, vt no.
Bart.in l.fi.col.iij. verſic. quod caſu.
ſupra de pact.

Et iſta concluſio affirmatiua procedit
vbi ſit eadem ratio, ſecus ſi diuer-
ſa, quia quandoque aliquid poteſt
fieri per pactum, & non per ſtatu-
tum.Nam per pactum princeps obli
gatur.c. j.de prob.& tamen lege vel
ſtatuto non obligatur.l.princeps.ſu-
pra de leg.l. digna vox. C. de leg. Et
per pactum poteſt remitti iuramen-
tum ab eo in cuius fauorem præſti-
tum fuit.c.ij.de ſponſa.Et tamen iu-
ramentum à ſtatuto tolli nõ poteſt:
vt per Alex.in conſi. lix. viſo inſtru-
mento.col.iij.ver. nõ obſtat tex.lib.
j.Et ex his expedita ſit iſta lex.

ADDITIO.

a Priuatorum. Ergo ſecus eſſet in pa-
ctis vniuerſitatis, quod videtur ſen-
tire Deci.infra eo.nu.4. Et expreſſe
tradit Bart.in repetitio.l.Cæſar.col.
ij.in j.q.num.10.de publican.G.S.

b Partium.ſed an pacto publico popu
li vel alicuius villæ vel alterius vni-
uerſitatis poſſit derogari iuri publi-
co.Bart.in l.omnes populi. de iuſti.
& iur.in iij.col.tenet,quòd ſic.tu ta-
men vide Barb. d. c. ſi diligenti. v.
col.verſ.quinto pondero.vbi repro-
bat hanc opin.Bar. H.C.

c Publico. Et ideo pactum quod fa-
ciunt debitores ſuis creditoribus de
non probanda ſolutione,non valet,
per Barb.in d.c.ſi diligenti.ij.colum.
per Bal.in ſua marga. in verb.pactũ.
Paul.in l. pactum inter hæredes. ff.
de pactis Barto.in l.fin.ff.de prætor.
ſtip. Hierony.Cuch.

d Multa poſſunt. Vide Iaſ. in authen.
præterea.col.vj.num.15.C.vnde vir.
& vxor. G. S.

e Poſſunt. Decius in rub. de conſtit.ij.
lect.iiij.col.ver.potentius.& in ca-
pit.j.eod. titul. in ij. lect. iij. colum.
verſic. vlterius.

f Mortis.In criminalibus nemo poteſt
renuntiare defenſioni per pactum,
de quo vide Felin.in d. c. ſi diligen-
ter.in princip. & eiuſd. addi. ſuper
litera b. H.C.

g Bonos mores. Adde quod pactum
quod debitor bonis cedere nõ poſ-
ſit,eſt inualidum,quia contra bonos
mores.Soci.in tractat.fallent.in reg.
cclxxix. idem in pacto de hær. per-
denda, in regu.cclxxx.& quot mo-
dis dicatur pactum contra bonos
mores, vide Bald.in l. pactum. C.de
co. & Bartol. in l.ſi quis pro eód. de
fideiuſ. Hiero. Cuc.

h Ergo per ſtatutum. Facit quod no-
tat Bald.in l.dotis. C. de iure dot.
pro gl.ibi ad fin.vbi dicit valere ſta-
tutum,quo cauetur filium teneri ad
debita patris, etiam ſi eius hæredi-
tatem repudiauerit, ſicut valeret pa-
ctum factum ſuper hoc per filium,
cum creditoribus. De quo dicto, an
ſit verum ponit Iaſ.in l.j.col.xix.nu.
94.ff.de leg.j. G.S.

i Alexand. conſil. cxx. in fin.libr. vj.
Franc.Cur.tract.de ſequeſtris.quæſt.
xxij.in fin. C.M.

In

In l. Diuus Pius.

Argumenta.

1 *Conuenti ex cauſa donati nis, in id quod poſſunt tantũ, dãnandi ſunt.*
2 *Vſufructuarius quo caſu cautionem de vtendo arbitrio boni viri, præſtare non teneatur.*
3 *Donatio ob cauſam, quare inſinuationem non requirat.*
4 *Donatio ſimplex dicitur, qua quid in præmium emãcipationis à patre donatur.*
5 *Conuentus ob donationem à ſe factam, retinere poteſt, ne in ſolidum exigatur.*
6 *Conuentus ob donationẽ propriam, quo gaudere poßit priuilegio.*
7 *Conuentus ob liberalitatem ſuam actione perſonali, tenetur tantum in id quod poteſt.*
8 *Priuilegio originem ex contractu trahente poteſt renunciari.*
9 *Donans conuentus ob donationem, æs alienum deducere poteſt.*

REGVLA XXVIII.

DIuus Pius reſcripſit, eos qui ex liberalitate ſua conueniuntur, in id quod facere poſſunt condemnandos.

1 NOto, quòd † illi qui ex cauſa
donationis conueniuntur, in
id quod facere poſſunt, debent con-
demnari, ad idem tex in §. ſicut præ-
terea. verſi. idem eſt ſi quis ex dona-
tione, inſtit. de acti. l. inter eos. §. hic
quoque, ſupra de re iudi. Et hoc
habet locum etiam ſi ex alia actio-
ne donatarius conueniatur, quæ
originem habuerit ex donatione:
vt not. per gloſſ. hic. & eſt text. in l. ſi
quis id quod. in princip. ſupra de
don. ad idem bene facit text. in l. ij.
§. parui quoque. ſupra de priuileg.
credi. Et quod hic dicitur, iuſta ra-
tione ſtatutum fuit, ne quis ex ſua
liberalitate periclitetur: vt text. dicit
in l. ne liberalitatẽ ſua. ſuprà, de re
iudica. Et iſta rationẽ ſingulariter
dicit Bar. Soci. in l. omnes, ſupra de
2 excep. quòd licet † vſufructuarius
teneatur præſtare cautionem ido-
neam de vtendo arbitrio boni viri
l. j. ſuprà, de vſufruct. quemad. hoc
ſecundum eum non habet locum in
eo qui donaſſet eius bona retento
vſufructu: quia cum ex ſua liberali-
tate conueniatur cũ eo mitius agen-
dum eſt, arg. l. ad res donatas. ſupra
a de ædil. edic. Et ideo ſatis [a] erit,
quòd tali caſu vſufructuarius ſo-
lum promittat cum hypotheca bo-
norum. & ad hoc inducit text. not.
in l. filio. ſupra vt leg. not. caueatur.
Et latius hoc idem conſulendo de-
ducit Cor. Peruſ. in conſil. cclxvij.
in hac conſultatione, col. iij. lib. iiij.
Et hoc idem prius voluit Ioan. de
Platea in d. §. ſed præterea. in verſi.
ſi quis. inſtitu. de actio.
Et iſta regula procedit in donatione
ſimplici quæ ex mera liberalitate
procedit d. l. ne liberalitate ſua. de
re iudic. ſecus eſt in donatione ob
cauſam, vt not. Angel. in l. ſed hoc
ita. ſupra de re iud. & ibi Alexand.
ſequitur, & inducit glo. ibi in verſic.
matrimonio. Et idem Alexand. in l.
qui in id. col. ij. eod. titu. ſupra de re
iudic. & idem tenet Io. de Platea in
3 d. §. præterea. verſi. ſed & ſi quis. † Et
ratio manifeſta videtur, quia dona-
tio ob cauſam non eſt proprie do-
natio: ideo non requirit inſinuatio-
nem: vt not. per glo. & ibi Bart. in l.
Aquilius Regulus. per illum text. C.
de dona. & facit text. in l. ſi pater. §. j.
ſupra de dona. & not. Old. in conſil.
cxxxix. ad habendam. cum ſimil. vt

tra

tradit Alex. in conſil. xij viſo inſtru-
mento col. ij. libr. j. Et donatio ob
cauſam quantum ad propoſitum, di-
citur, quando cauſa reſpicit fauo-
rem donantis quæ excludit libera-
b litatem: ſecus [b] eſt in alia cauſa
extrinſeca quæ non impediret quo-
minus dicatur donatio ex liberali-
tate procedere. vt not. Ange. in d. l.
ſed hoc ita. & Ioan. Faber & Ioan.
de Platea. in d. §. præterea. verſic. ſed
& ſi quis. & facit quod not. Paul. de
Caſt. in l. vt liberis. col. penult. C. de
4 collat. † vbi declarat quomodo
donatio facta à patre in præmium
emancipationis, dicatur donatio
ſimplex, & non ob cauſam, quia il-
la cauſa non tollit liberalitatem.
ſic etiam concludit Paul. de Caſt. in
l. j. ſupra de don. vbi dicit, ꝙ dona-
tio facta ſub conditione, ſi nauis ve-
nerit ex Aſia: dicitur tamen dona-
tio ſimplex, quia à mera liberalita-
te procedit, & hoc etiam declarat
Aret. in conſi. xvij. conſideratis. col.
iij. Et ſi donatio excederet cauſam
donationis, in illo exceſſu haberet
priuilegium, per ea quæ not. Bald. in
l. illud. colum. iij. in iij. q. C. de ſacro-
ſan. eccleſ. cum ſimi. vt tradit Alex.
in l. ſi donatione. col. ij. C. de collat.
facit tex. in l. ſi ſponſus. §. circa ven-
ditionem. ibi, quatenus locupletior
facta eſt. ſupra de donat. inter virum
& vxo. & in c. relatũ. de teſtibus ibi,
iuxta ſeruitij meritum, & no. Old. in
conſi. ccxxvj. quidam epiſcopus, col.
pen. Alex. in conſil. lv. conſideratis
verbis. col. ij. lib. j. & in conſi. cj. viſis
inſtrumentis, col. iij. eo. lib. j. & Aret.
in conſi xvij. ſupra allegato.
5 Secũdò † regula procedit quando il-
li qui donationẽ fecerunt cõueniun-
tur, quia retinere poſſunt vt in ſoli-
dum non exigantur. Sed ſi ſoluiſſent
petendo, non haberent tale priuile-
gium: vt not. Bal. dicit in c. j. in prin.
ad fi. in tit. de notis feud. Et ad hoc
bene facit in l. nam & maritus, ff. de
condi. indeb. Et not. Alex. in l. mari-
tum. verſi. xvj. fallit ſupra ſol. matri.
Et ad idem facit: quia facilius re-
c tentio permittitur, quàm petitio. [c]
l. ij. vbi Bald. in iij. not. C. de fideicõ.
facit tex. in l. per retentionem. C. de
vſuris. in ca. intelleximus. de iudic.
iuncto c. cum inter, de except. Et in
notabili caſu tradit Benedic. Capra
in conſ. xix. & ſi viſo & conſiderato.
Et in alia ſimili quæſtione notat
Alexand. poſt alios quos refert. in l.
precibus. in gloſſ. fin. de impub. &
aliis ſubſtit.
6 † Tertiò, regula habet locum in
eo qui ex propria donatione conue-
nitur d. l. ne liberalitate. de re iud.
cum ſimil. ſupra alleg. ſecus eſt in
alio qui ex donatione alterius tene-
tur cui non competeret tale priui-
legiũ: quia eſt perſonale, & ad aliũ
qui nõ donauit non porrigitur: vn-
de nõ datur hæredi. l. ſciendum eſt.
ſupra de re iud. nec fideiuſſori. & l.
ſi fideiuſſor. in prin. eod. tit. ſupra de
re iud. & not. per gl. hic. & ad idem
text. in l. verum. in prin. ff. pro ſoc.
Cautela tamen eſt, quòd ſi conue-
niatur fideiuſſor principalis, com-
pareat & ſuſcipiat iudicium in ſe:
& tunc ex perſona ſua habebit pri-
uilegium vt docet Barto. in d. l. ſi fi-
deiuſſor. per l. idemque. §. & genera-
liter. in fi. ff. mand. Et idem not. Bart.
in d. l. rerum. in princip. ſupra pro
ſoc. cum ſimilibus vt tradit Alex. in
d. l. ſed hæc ita. §. quod autem. in fi.
ff. de re iudic. & ibi dicit not. hoc
procedere, quando fideiuſſor qui
conuenitur eſſet habiturus regreſ-
ſum contra principalem: quia tunc
principalis compareret pro ſuo in-
tereſſe: alias ſecus, vt not. Bart. in l.
Marcellus. in fin. ſupra de fideiuſſ.
7 † Quartò regula procedit in actio-
ne perſonali: ſecus eſt in actione
reali: vt probatur in l. Neſennius. §.

fundum

fundum. ſuprà de re iudicat. & not.
Bar. in l. maritum. & in l. ſi conſtan-
te col. fin. ſupra ſoluto matrimo. &
hoc intelligitur quando cõuenitur
actione reali, prout loquitur tex. in
d. §. fundum. videlicet quando res
donata tradita fuit donatario: &
poſtea aliquo caſu ad donantem
peruenirer, alias ſecus: vt not. Barto.
in l. filiusfamilias. la ij. ſupra ſolut.
matrimo. cum ſimilibus, vt Alexan.
tradit in d. § fundum.
8 †Quintò, d limitatur, niſi tali pri-
d uilegiò ſit renuntiatum: quia cum
habeat originem ex contractu, po-
teſt renuntiari: vt Alexan. concludit
in l. alia. §. eleganter. col. penul. ſupra
ſolu. matrimo. & videtur renuntia-
tum ab illo qui integre promiſit ſol-
uere quantitatem: vt not. Alex. trad.
in conſil. cxxxiij. ſuper quæſitis. in
e princ. lib. v. e
9 †Vltimo ad declarationem huius
beneficij notandum eſt, quòd in ta-
li beneficio donans deducit æs alie-
num. l. inter eos. verſi. & quidem ſu-
pra de re iudic. Et vlterius deduci-
f tur, ne donans egeat. f d. l. inter eos.
§. fi. & l. condemnatione. in prin. in-
fra eo. Et illa verba inquantùm fa-
cere poteſt, intelliguntur commo-
g deg & honeſte: vt per glo. in d. l. in
condẽnatione. Et hoc debet cõſide-
rari ſecundùm qualitatem perſonæ:
vt notat Bal. in l. ij. in prin. C. quod
cum eo. cum ſimil. vt Alexan. tradit
in l. ſi maritus in id. in fin. ſol. matri.
nec tali caſu videtur quòd donans
teneatur vendere proprietatem, ſi
res aliqua ſit magni valoris & par-
ui reditus. argu. l. qui bonis. ſupra de
ceſſione bonorum. Nam proprietas
vendi non debet, ſed alimenta de-
bent præſtari ſecundum quantita-
tem fructuum: vt notat Bar. in l. pen.
ſuprà de alim. & cibа. leg. per l. im-
perator. ſupra ad Treb. vbi Bart. in
l. ſi. cum ſimi. vt ſcribit ibi Alex. Bal.
tamen in caſu noſtro videtur velle
contrarium, quòd imò debeat ven-
di proprietas, vt ipſe tenet in d. l. ij.
verſi. iuxta prædicta quæro. cum ſi-
mi. vt tradit Alex. in d. l. ſi maritus.
Et idem Alex. in l. maritum. in fi. ſu-
pra ſol. matri. concludit, quòd ſi ali-
menta debẽtur ex titulo lucratiuo,
non debet vendi proprietas: ſecus ſi
ex titulo oneroſo. Et quòd nõ ven-
datur proprietas, tradit Alex. in con
h ſil. iij. h ſuper proceſſu cauſæ. in lib.
iiij. & facit text. not. & quod ibi Bal.
in l. fi. §. ipſum autem. in fi. C. de bo.
quæ liber. vbi filius nõ dicitur poſ-
ſe alere ſe, ſi non habet tot reditus
vt viuere poſſit: nec tenetur vende-
re proprietatem.

ADDITIO.

a Satis. Dec. conſi. ccclxv. col. fi. C.M.
b Secus. Idẽ Ang. conſi. cxxiiij. totius.
Cor. conſi. cj. col. pe. lib. j. Dec. conſi.
ccxxxviij. ad fin. Aymo. conſil. xcv.
nu. 2. licet aliter velle videatur Ber-
tran. conſi. lxxxv. viſo inſtrumento.
col. j. ſed ſibi cõtradicit conſi. clxx-
iij. quia difficultas. col. j. C.M.
c Quàm petitio. Adde eundem Deci.
in l. diem functo. col. iiij. verſi. in gl.
in ver. præſtitum. num. 15. ff. de offi.
aſſeſſor. G. S.
d Quintò. Sexto crederem eſſe limi-
tandum quando iſte qui ex cauſa
don. conuenitur, negaret donatio-
nem, quia per mendacium perdit
priuilegium: ſicut dicimus de ma-
rito negante matri. qui habet ſimile
priuilegium: nam conuenitur inſo-
lidum. ita Bar. l. etiam. §. j. circa fin.
ſupra ſol. matr. & Alex. in l. maritũ.
ij. col. eod. tit. ratio eſt, quia menda-
cium circa id quod eſt fundamen-
tum & cauſa priuilegij, facit per-
dere priuilegium. ita Bart. in l. ſi du-
bitetur. §. ita demum, per text. ibi ſu-
pra de fideiuſ. Hiero. Cucha.
e Lib. v. vbi contrarium tenui. C.M.
f Egeat. quæ perſonæ gaudeant hoc
benefi

beneficio, & qualiter intelligatur
vide Fabr. & poſt eum Moder in §.
ſunt præterea. verſi. item ſi de dote.
inſt. de actionibus. vbi late per Ia-
ſon. Hierony. Cucha.
g Commode. Albert. Bru. conſilio
lxxxix. C.M.
h Conſil. iij. Nunc habetur in lib. j.
conſil. c. in fin. C. M.

In l. Quod initio.

Argumenta.

1 *Acquiſitio facta per forenſem*
initio nulla non conualeſcit eo ciue
facto.
2 *Laudum à principio nullum, nullo*
pacto ratificari poteſt.
3 *Liberatio facta à filio patris viui*
debitoribus, non conualeſcit patre
mortuo.
4 *Confeſſio in quæſtione nullis indi-*
ciis præcedentibus illata, non vali-
datur ſuperuenientibus indiciis.
5 *Actus perſonæ illegitimæ inua-*
lidus, non fit validus ea effecta
legitima.
6 *Electio facta de bannito, non ro-*
boratur eo rebannito.
7 *Teſtamentum filij à principio nul*
lum, non capit poſtea vires patris
accedente conſenſu.
8 *Vitioſum à principio quando vires*
ex poſtfacto aſſumere poſſit.
9 *Actus initio nullus non poteſt va-*
lidari: validus autem qui poteſt
annullari, poterit etiam confir-
mari.
10 *Cauſa confirmans, ſuperueniens*
actui inualido robur miniſtrat.
11 *Alienatio rei minoris inualida,*
accedente ætate confirmari poteſt.
12 *Teſtamentum vſurarij nullum,*
præſtita demum cautione efficitur
validum.
13 *Actus à principio nullus poteſt*
ratificatione roborari.

REGVLA XXIX.

a QVod initio a vitioſum
eſt nõ poteſt tractu tem-
poris conualeſcere.

ISta regula etiam habetur in regu-
la pen. infra eod. & in regula non
firmatur. eod. tit. in vj. plura exem-
b pla b in glo. hic ponuntur. ad idem
tex. in §. j. inſtit. de exhær. lib. in c. j.
de deſpon. impu. in vj. & in c. j. §. j. de
prohibit. feud. alie.
Et per iſtam regulam infertur ad q.
quam tradit Rom. in conſi. ccccix.
circa propoſitam conſultationem.
in v. dubio, col. pen. vbi plura iura
1 inducit ad probandum, quòd † ac-
quiſitio quæ à principio fuit nulla,
quia facta per forenſem contra for
mam ſtatuti, non reconualeſcit, li-
cet poſt acquiſitionem nulliter fa-
ctam ciuis efficiatur. de quo tamen
aliter loquitur And. Sicul. in conſil.
lxx. col. ij. lib. iij.
2 Similiter laudum quod à principio
fuit nullum, ratificari non poteſt: vt
not. Bald. in tit. de pace Conſtan. in
ver. ſententiæ quoq;. Rom. in conſi.
clx. præmiſſum laudum. & idem
Ang. in conſ. ccxviij. viſa narratio-
ne. col. pen. De quo videndum eſt
quod tradit Pet. de Anch. in conſil.
cxxij. vnus ex procuratoribus.
3 †Similiter liberatio facta à filio
debitoribus paternis viuente patre,
quia à principio fuit nulla, non re-
conualeſcit, ſi poſtea filius patri ſuc
cedat. ita arguit Bal. in l. filiusfamil.
la ij. ſupra de ſolut. de quo dixi poſt
Mod. in l. filius. C. de pactis.
Et

4 † Et confeſſio facta [c] in tormentis
non præcedentibus indiciis, quia
non valet à principio, non confir-
matur poſtea ſuperuenientibus indi-
ciis: vt not.Bart. in l.maritus. col.j.
ſuprà de quæſt. cum ſimil. vt tradit
Alexād.in conſi.clxxix.in cauſa An
glorum.col. pen.verſic. quinimo.li.
d ij. Rom. [d] in conſil. clxxvij. Anto-
nius.colum.ij.

5 † Et actus qui à principio fuit nul-
lus, quia perſona non erat legitima,
non confirmatur, licet poſtea perſo
na legitimetur: vt tradit Alexand. in
conſ.clxxj. viſo proceſſu cauſæ.lib.
ij.& facit quod not.per gl. in c.dile-
ctus.el.ij. de præb. de impetratione
iudicis excōmunicati, quæ fuit nul-
la à principio, & non confirmatur,
licet poſtea abſolutus ſit. Et in ſimi-
li not. per gloſſ. in cap. ſtatutum.in
princ.in verſ.canonicus.in fin.de re-
ſcrip.in vj.cum ſimil. vt dixi in cap.
poſt ceſſionem. in vlt. char. verſic.
prima conclusio eſt.de probat.

6 † Et electio facta de bannito, qui
non poteſt eſſe de prioribus, ſtatuto
ita diſponente, quia eſt nulla, non
confirmatur, licet poſtea rebānitus
ſit: vt not.Bal.in rubr. C.de cond.ob
turp.cau.circa fi.facit text. in c.ſi eo
tempore.de reſcr. lib.vj.& not.Bar.
in l.ſi vſusfructus. in fi.ff. de ſtip.ſer-
7 uor. Et † ſi in teſtamento quod po-
teſt facere filiusfamilias de conſen-
ſu patris ex forma ſtatuti à princi-
pio nō interuenit conſenſus patris,
non valet teſtamentum, nec poſtea
confirmatur: vt not.Bald.in l.ſi vxo-
re.col.ij.C.de condi.inſert. Et in ſi-
mili quæſtione de conſenſu propin
quorum not. Bald.in l.j. col.penult.
verſi.extra quæritur.C.qui admit.

Et iſta regu. videtur procedere, maxi-
me vbi cōſideratur principiū: vt gl.
dicit in dicta regul.non firmatur. in
fi.facit tex.in d.c.ſi eo tēpore. de re-
ſcript. in vj. cum ſimil. ſuprà alleg.

Secundo regula ampliatur procedere,
etiam ſi eſſet cauſa propter quam
actus fuit nullus: quia per hoc actus
non confirmatur: vt not.per Dyn.in
dicta regula non firmatur.col.ij. Et
probatur in §.præterea.Inſti.quibus
nō eſt permiſ.face. teſt.§.j. Inſtit.de
inutil. ſtipul. l.eius qui. ff. de teſta.&
in d.c.j.de deſponſ.impub.

8 Et † prædicta regula habet locum,
quando à principio fuit initium vi-
tioſum, & conſtet: ſecus ſi non con-
ſtaret, vt patet in eo quod memoriā
e hominum excedit [e], quia illud va-
let & habet vim priuilegij.l.hoc iu-
re.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.
& æſti.& c.ſuper quibuſdam.§.præ-
terea. de verb. ſign. cum ſi. vt tradit
Alexan.in conſi.vj.viſo themate.in
princ.lib.j. vel dici poteſt, quòd illa
verba tractu temporis nō videntur
excludere tempus cuius initij me-
moria non ſit in contrarium. facit
quod no.Ang.per gl. ibi, in auth.vt
de cætero commu.eccleſiarum.col.
v.cum ſimil.vt tradunt Moderni in
rub.de præſcrip.in ff.

9 † Secundo regula limitatur proce-
dere, prout loquitur quando ab ini-
tio actus fuit nullus: ſecus ſi validus
ſit, licet annullari poſſit: quia tunc
cōfirmatur.c. quod ſicut.in fin.ff.de
elect.& not.per gl. in d.regu.non fir
matur. & idem not. Abb. in cap.iij.
col.ij.de his quæ fiunt à prælatis.Et
hæc ampliatur etiam ſi aliquo re-
ſpectu actus valet: vt no.Innocen.in
cap.cum conſuetudinis. de conſue.
per l. per fundū. ſupra de ſeruit.ruſt.
præ.vbi Paul.de Caſt.refert Inno.&
dicit, quod ideo in d.l. per fundum.con
firmatur illa conceſſio ſeruitutis,
quia non erat ex toto nulla, quia
ille qui prius conſenſit, non poterat
contrauenire. Et hoc idem tradit
Petr. de Ancha.in conſil. cxxij. ex
narratis.in fi.

10 † Tertio, regula limitatur non pro-
cedere

cedere ſi cauſa confirmans ſuper-
ueniat: quia tunc confirmatur quod
ab initio fuit nullum. Et Dyn.con-
cludit in d.regula, non firmatur per
d.l.fundū. vbi Bart. approbat quod
Dyn.dicit. Et idē ſequitur ibi Bald.
& Ang.& Domin. in conſil. xxxiij.
pro examinatione. col. fin. & idem
gloſſ.hic, in effectu dicit. & idem gl.
in d.regul. non firmatur. Et hoc fa-
cit, quia iudicium quòd à principio
erat nullum, ex iure ſuperuenienti
confirmatur.l. ſi rem alienam. §.fin.
ſuprà de pign.act.not. Alex. in con-
ſil.xxvij.viſo libello. col.ij.libr. j.&
in conſil. lxxviij. in cauſa & lite. in
fi.eod.lib. j. & in conſil. cxxij. viſo
inſtrumento.col.ij lib.v.

Et ſimiliter in caſu l. fi.C. ſi maior fac.
11 alien.rat.habue: † vbi alienatio rei
minoris facta ſine decreto quæ non
valet, cōfirmatur ſuperueniente ma-
iore ætate: prout ibi diſtinguitur, de
cuius intellectu not. Alex.in conſil.
cxvij. viſo proceſſu. lib. v.Bald. in
conſi.xlv. incip. quādoq; cōtractus.
& conſil.clxxxiiij. ad intelligentiā.
lib.ij.& Cor.Peruſ.in conſi.xxxvj.in
hac cōſultat.lib.ij.& in conſi. ccvij.
videtur prima facie.lib.iiij.Et quan-
do actus à principio nullus ex con-
ſenſu vel ratificatione ſuperuenienti
confirmetur, Rom. tradit in conſi.
liiij. viſis circa id de quo quæritur.
& And.Sicul.plenè in conſi. lxx.lib.
iij. Et ad prædicta facit text.in l.j.in
fi.C.ſi quacunq; prædi. pote. l.ſi quis
in ſenatorio.ff. de ritu nupt.& quod
not.Bart.in l.filio præterito.col.fin.
12 ff.de inſtit.rup.teſt. † vbi ponit quæ-
ſtionem de vſurario qui fecit teſta-
mentum nō præſtita cautione, iuxta
c.quanquā.de vſur. in vj. Nam eius
teſtamentum reconualeſcit demum
f præſtita [f] cautione, ſecundùm Bart.
in d.l. filio præterito. cum ſimil. vt
Alex.ſcribit in l.poſthu.col.antepe.
C.de contratab. & eſt cōmunis opi.
vt Felin.dicit, in c. cum dilectus. de
accuſ.col.ij. Et circa prædicta con-
ſiderādum eſt, quòd regula videtur
generaliter procedere prout loqui-
tur, quia tractu temporis confirma-
tur: ſed aliud vltra tempus requiri-
tur; & talis cōfirmatio facit quod actus
valeat, prout nunc & prout tunc, vt
not.Abb.per illum tex.in d. c.iij. de
his quæ fiunt à prælat. & bene facit
text.in l.obſeruare.in fin. ff. de offic.
proconſul. Et ideo ſi matrimonium
g fuit nullum [g], filij non legitiman-
tur per diſpenſationem poſtea fa-
ctam: quia diſpenſatio videtur con-
ualidare matrimonium, vt tunc, vt
not.Bart.in l.Paulus.ff. de ſta. homi.
13 Et † quod dictum eſt, limitatur, niſi
actus confirmetur per ratificatio-
nem, quia trahitur retro: & perinde
habetur ac ſi ab initio conſenſiſſet.l.
fi.C.ad Maced.vbi Bar.no.& cum ſi-
mil.vt tradit Alex.in cōſi.cxvij. viſo
proceſſu, col.ij.libr.v. Et hoc intelli-
gitur quando actus qui ratificatur
fuit aliquo reſpectu validus: ſecus ſi
omnino fuit nullus: quia tūc ratifi-
catio retro non trahitur: vt not.Bar.
in d.l.obſeruare.ff.de offic. proconſ.
Alex.in conſi.lxxviij.viſo & diligen-
ter ponderato.col. vj. verſic. quarto
reſpondeo.lib.v.& Aretin. in conſi.
cxxvij.eximie domine.col. ij. & de
iſta ratificatione videbimus in re-
gula, ſemper qui non prohibet.ff.eo.

ADDITIO.

a Quod initio. Iſta regula habet lo-
cum in his tantum, quæ ſtatim de-
bent valere, & nullam ſuſpenſionē
habent, vt contractus & alij actus
inter viuos, ita hanc regulam decla
rat Barto.in l.j.in j.oppoſit.ff. de re-
gula Catoniana. Et ad hanc regu-
lam vide optimam limitationē per
Lud.Rom. ſingul, dcclxxviij. Iudex
Bononienſis. Gab.Saray.

b Exempla. Dyn.in d. regula non fir-

matur. ponit plura exempla tam in teſtamentis quàm legatis, contractibus & matrimoniis.gloſ.& Ioan. Imol.in l.fin.§.fin.de verbor.obliga. & docto.in regula prima. de regul. iur.lib.vj. Hier. Cuch.

c Confeſſio facta. Quid ſi reus dicat: Non confiteor, niſi ſit probatum, an ſi probatum fuerit hîc duplex probatio ſit, ſcilicet confeſſionis, & probationis factæ? Et Bald. quem ſequitur ibi Iaſ.in l.ſi eum.§. qui iniuriarum.col.fi. verſi.ſubdit Bald. nu. 34. ff.ſi quis cautio.dixit, eo caſu duplicem eſſe factam probationem: vnde ſequitur quòd lata ſententia nõ poterit appellare. l.ij.& l. abſtinẽdum. C.quando appel.non recip. vel quid ſi reus dixerit, volo confiteri, an per hoc videatur delictũ confiteri? Certè non, ſecundùm Bal.in l.j. col.vij. verſic. pone. C. de conf.ſſ. quem refert & ſequitur Iaſ. in l. ſerui electione.in princ.col.vj.num. 22.ff. de legat.j. Et ratio eſſe poteſt vltra ea, quæ ibi ponunt doct. quia in dubio confeſſio rei, in eius fauorem interpretatur, vt notabiliter dixit Ant.de But.in c.ex literis.j. in fi. de ſponſal. Et facit quod not.Bart.in l.inter ſtipulantem §.j.ff.de verbor.oblig. Et ponit Deci.in c.in præſentia.in xiij. notab.verſic. ex quo etiam. col. vij. nu.24.extra de probat. G. S.

d Rom. Idem etiam in ſingul. cxxxj. fol.5.Felin.in c.ad noſtram. de probatio.j.colum.vbi ſatis remiſſiue. & quid in minore qui confeſſus eſt in tormentis ſine autoritate tutorum, & poſtea ratificauit: vide Abb.c.fin. de confeſ. iij. col. & quòd confeſſio in tormentis non præcedentibus indiciis ſit nulla, etiã ſi perſeueret, vide Iaſ. vbi plura de confeſſione in materia delictorum in l.qui aliena. §.Celſus, de acquir. hæred. Hippol. de Marſil. in tit.de quæſt. in l. j. vj. col. verſic. primo enim. & in l.pen. eod.tit.col. ij.verſic. modo redeundo, &c. Lanfran. in c.quoniam contra de proba.in verſic. confeſſiones. & per Matheſil. ſingul. lv. fol. 3. & Rapha.in conſil. cxxxviij. col. j.in prin.& Bald. in ſua Marg. in verſic. confeſſio col. iij. in prin. & Alexan. conſil. v. incip. in cauſa inquiſitionis.in j.vol.& in conſil.j. incip. viſo proceſſu.in iij.volu. & in conſil. lij. incip.viſo themate.vol.iiij. H. C.

e Excedit. Ita declarant hanc regulam Io.Andr. & doct. in d. regu. non firmatur. in prin.& adde ꝙ ſi poſſeſſio eſſet violenta à principio non poſſet talis reſcripto principis confirmari.ita Iaſ.in l. iuſte poſſidet.j.col. verſicu. ſecundo limita. de acquir. poſſ.& quãdo confirmatio ſuperioris firmet actum nullum, vide latiſſime Felin.in c. inter dilectos. de fide inſtrumen.in v.col. poſt princ.& c.qualiter & quando. de accuſ. xij. col.Alex.in conſil. viij. incip. abunde.ij.col. Hier. Cuch.

f Præſtita. Ang.diſput.incip. Aſtenſis miles.& diſpu. vſurarius. Ancha. in rubr.col.ij. de regul.iur.in vj. conſi. clxj.col.ij.Alber.j. parte ſtatu. q.clj. Bald.& Paul.l. vniuerſa, col.j. C. de precib.imper. offer. paul.l. filiusfamilias.ſuprà de teſta. Philip. Franc. in rubr.de teſt.col.xxj.lib.vj. C.M.

g Nullam. An ſi dolus det cauſam, matrimonium ſit nullum, vide Iaſ. in §. actionum. Inſtit. de actio. col. vij.in fi. Hier.Cuch.

In l. Nuptias. Argumenta.

1 *Matrimonium conſenſu contrahitur, non concubitu.*

2 *Matrimonium per verba de præſenti contractum, ſecundo per eadem verba etiam copula ſecuta, eſt præferendum.*

Matrim

3 *Matrimonium præſumitur ex cõſuetudine cum muliere habita.*

4 *Matrimonium præſumitur in fauorem filiorum, vt ſcilicet legitimi credantur.*

5 *Conſenſus matrimonium perficit, non carnalis copula.*

6 *Legatum alicui factum ſi nuptias contrahat, quando deberi incipiat.*

7 *Vxor nondum cognita non prohibetur religionem ingredi.*

8 *Filiusfamilias an poſſit citra patris aſſenſum vxorem ducere.*

9 *Statuto induci nequit, vt filius ſine patris conſenſu matrimonium contrahere non valeat.*

10 *Pater ad tempus filio ſub pœna matrimonium prohibere poteſt. Filius matrimoniũ ſine patris conſenſu contrahens, an poſſit exhæredari.*

11 *Filia matrimoniũ ſine patris conſenſu contrahens, poteſt dotem petere.*

12 *Statutum pœnam imponens filiis vxorẽ ducentibus ſine patris aſſenſu ſpernendum.*

13 *Pœna exhæredationis à iure ciuili impoſita contrahentibus matrimonium, canonibus reprobatur.*

14 *Filia ſine conſenſu patris matrimonium contrahens, quando poſſit exhæredari.*

15 *Exhæredatio à pari procedit cum priuatione alimentorum.*

REGVLA XXX.

NVptias non concubitus, ſed conſenſus facit.

1 NOtã ꝙ † conſenſus facit matrimonium, & non concubitus.ad idem tex.in §.nuptias itaque. auth. de nupt. col. iiij. & in §.illud. in authẽt.quib.mod.nat.effic.leg.& in l.fi.in prin.C. de repud. nam ſolo conſenſu matrimonium contrahitur.c. cum locum. de deſponſ. in c. ſufficit.& c.matrimoniũ. xxvij.q.ij.
a ſic etiam nudo conſenſu [a] ſponſalia contrahuntur. l.ij. ff. de ſponſal. in c.tuæ.de ſponſal.

2 Et † matrimoniũ per verba de præſenti cõtractum præfertur ſecundo matrimonio, poſtea cõtracto etiam ſequuta copula.c.fin. de ſponſ.duorum. Et ex iſto text.duæ concluſiones colliguntur.

Prima eſt, quod concubitus non facit matrimonium. Et idem dicitur in c. matrimonium. ſuprà alleg. xxvij.q. ij. & hoc videtur intelligendum ex
3 vno coitu. Secus † videtur ſi quis haberet conſuetudinem cũ muliere: quia ex tali conſuetudine matrimonium præſumitur. l. in liberæ. ff. de ritu nupt.

Et hoc procedit de iure ciuili: ſecus eſt de iure canonico: quia fornicatio præſumitur: vt not.per gloſſ.in c.illud. in verb. vxorem. de præſumpt. & ibi Abb.in fi. Et hoc verum intelligitur reſpectu ipſorũ cohabitan-
4 tium, † ſed reſpectu filiorum [b] vt
b legitimi ſint, matrimonium præſumitur, vt not. Abb.in c.lator. qui fil. ſint legit. cum ſimilib. vt dixi in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. col.xvj.verſic.in ſeptimo caſu.

Secundo limitatur iſta concluſio, niſi
c præcedant [c] ſponſalia de futuro: quia tunc copula quæ ſequitur, matrimonium inducit.c.veniens. el.ij. de ſponſa. c.is qui.& not. in c. fin. eod.tit.

5 Secunda † cõcluſio eſt, ꝙ conſenſus
d facit [d] matrimonium. gloſ. hic intelligitur, quòd conſenſus perficiat

k 2

matrimonium:ſed reſoluitur nega-
tiue, quòd ſine conſenſu non poſſit
eſſe matrimonium. & iſta conclu-
ſio gloſſ. negatiua indubitata eſt,
adeò ꝙ etiam ſi quis expreſſe con-
ſentiret per verba de præſenti ; ſi ta-
men animo non conſentiret, non
eſſet matrimonium, ſaltem in foro
conſcientiæ:vt eſt text. in c.tua nos.
de ſponſa.de quo late Marian.ſcri-
bit in conſi.xxviij.Sed dubitatio eſt
in concluſione affirmatiua, etiam
non videtur probari concludenter
per iſtum text. quia dum dicitur, ꝙ
concubitus non facit matrimoniũ,
ſed conſenſus:poteſt intelligi,quòd
concubitus ſolus non facit matri-
monium, ſed conſenſus requiritur.
Et per hoc inferri non poteſt, ꝙ ſo-
lus cõſenſus faciat matrimonium.
& iſtum ſenſum forte habuit gloſſ.
dum inquit, ꝙ conſenſus perficiat
matrimoniũ.Et licet iſte tex. cauil-
lari poſſit : tamen contra gloſſ. ſunt
plura iura in quibus dicitur expreſ-
ſe, quòd ſolus cõſenſus facit matri-
monium.in c.cũ locum de ſponſ.&
& in c.ſufficiat.& in c. matrimonium.
xxvij.q.ij.cum ſimil. ſuprà alleg. Et
per ſolum conſenſum quo ad eſſen
tiam eius,dicitur matrimonium: vt
not.per gloſſ.fin. in c.ex publico.de
conuer.coniug.Et tale matrimoniũ
impedit ſecundum matrimonium
poſtea contractũ, etiam copula ſe-
quuta.c.fina,extra de ſponſ.duor.Et
6 ideo†legatũ factũ alicui, ſi nuptias
cõtraxit, ſtatim cõtracto matrimo-
nio ſolo conſenſu cõditio impleta
videtur abſque copula carnali:quia
nuptias nõ concubitus,ſed conſen-
ſus facit.l. cui fuerit.ff. de condit. &
demonſt.Et quia talia ſponſalia de
præſenti non poſſunt diſſolui à par
tibus.c. ſi inter.de ſponſ. Et iſto re-
ſpectu quia contrahitur vinculum
indiſſolubile,dicitur matrimonium
contrahi ſolo conſenſu,abſolute ta
men nõ videtur perfectũ matrimo-
nium ſolo conſenſu: vt probatur in
c.debitum.de biga.in prin.vbi dici-
tur,ꝙ duo ſunt in coniugio,conſen
ſus animorum, & cõmixtio corpo-
rum:ergo nõ videtur ꝙ alterum fa-
cit perfectũ matrimonium. Et ideo
abſque corporũ commixtione non
contrahitur bigamia.d. c.debitũ.&
facit tex.in c.ex publico.de conuer.
coniug.vbi tex.interpretatur legem
diuinam,ꝙ non licet viro vxorem
dimittere, vt intelligatur de matri-
monio copula carnali conſumma-
e to[e]. Et†ideo non prohibetur vxor
7 nondum cognita intrare[f] religio-
f nem.c.verum.c.ex publico. de con-
uerſ.coniug.& facit text. in c. quod
autem.xxij. q.ij. apparet illos con-
iuges non fuiſſe.ergo patet quòd co
pula ad perfectionem matrimonij
requiritur.Et dicit tex. eadem cauſa
& quæſtio. in c. ſi quis deſponſata.
quòd rite coniugium vocatur, quã-
do mulier eſt tradita viro, ita quòd
ea vtatur.Et hoc modo ſaluatur gl.
hic quæ dicit, quòd conſenſus non
perficiat matrimonium.
Et cum ſolo conſenſu indicatur ma-
trimonium,vt ſuprà dictum eſt, in-
fertur ad quæſtionem de qua ſupe-
8 rioribus diebus quærebatur,†vtrum
filiusfamilias abſque patris conſen-
ſu matrimonium cõtrahere poſſit.
Et ſic hoc facit,an propter hoc ex-
hæredari poſſit? Circa primum bre-
uiter conſiderandum eſt,quòd licet
de iure ciuili conſenſus patris ne-
ceſſarius ſit,inſtit. de nup.in princi.
l.Paulus.ff.de ſtatu homi.l.ſi vt pro-
ponis,la ij.C. de nupt. Et maxime ſi
filius duceret vxorem turpem & in-
dignam : quo caſu etiã propter hoc
exhæredari poteſt,l.iij.§. ſi emanci-
patus.el primo.ff. de contratab.l.li-
bertus.vbi Bart.C.de nupt.Secus ta-
men eſt de iure canonico, quòd in
iſto caſu attenditur, vbi agitur de
matri.

matri.c.fin.de ſecund.nupt. & in ij.
q.iij.§. hunc igitur.ibi, leges ſeculi
præcipue in matrimoniis ſacros ca-
nones ſequi nõ dedignantur. & do.
Fed. in conſil. xxxvj. caſus talis eſt.
Ang. in conſil. xxix. ex themate, in
j.dub. & in conſil. cxcij. ſuper pri-
mo quæſito.in v.dub.Ant. de Bur.in
conſ.xxxv.viſa forma.in prin.Abb.
in c.j.col.ij. de ſponſ. & in c.j. col.j.
de deſponſa.impub.& in conſi.lxv.
ad deciſionem. col.j. lib.ij. Et ideo
in terminis in caſu noſtro infertur,
quòd iura ſuprà allegata de iure ca-
nonico correcta ſint : quia ſecũdum
canones filiusfamilias abſque con-
ſenſu patris matrimonium contra-
here poteſt:vt not.per gloſſ.in c.fin.
xxxij. q. ij. quæ expreſſe hoc dicit.
idem gloſſ.penult. in c.j.de deſpon.
impub. vbi Abb. & idem concludit
gloſ.in l.Paulus de ſtatu hominum.
g De honeſtate [g] bene requiritur cõ-
ſenſus patris : vt not. per gloſſ. in c.
cum virum. de regul. in verbo pa-
terna. & in c. ſufficiat. in verbo ſo-
lus.xxvij.q.j.ſed vt dixi,non eſt ne-
ceſſarius conſenſus patris,nec impe
dit validitatem matrimonij. Et ſe-
cundum iſtam concluſionem con-
ſuluit Abb.in c.lxv.in princip. in ij.
lib.ſuprà alleg. & idẽ Abb. in conſi.
xij.vt clare materia,in j.dub.lib.j.&
idem Pet.de Anch.in conſi. xxj. pro
ſolutione dubiorum.in ij.dubio. Et
Ange.in conſil. xxix. ex themate.in
prin.ſuprà alleg.Et ad confirmatio-
9 nem huius cõcluſionis facit: † quia
h non valet[h] ſtatutum [i], quòd filius
i non poſſit cõtrahere matrimonium
ſine conſenſu patris : vt concludit
Ioan.And. in c. ſtatutum. el primo.
in verſic. & facit decretalis ad quæ-
ſtionem.in fin.de hære.in vj.dicens,
quòd correctæ ſunt leges quæ re-
quirunt conſenſum patris & matris
filiorum: vnde à fortiori non debet
valere ſtatutũ. & ſequitur Domini.
ibi,& alij. Abb.in c. eccleſia ſanctæ
Mariæ.col.viij. in verſic. ad prædi-
cta adde.de conſtitutio.& in c.j. de
ſponſal.& in conſil. xij.libr.j. ſuprà
alleg.cum ſimilib. vt tradit Alex.in
conſi.j.col.vij. libr.iij.& in rubr. ſu-
prà ſolut.matri.col.fin.& in l. Seius
& Augerius.col.j.ff. ad legem Falci.
vbi refert ſe ita conſuluiſſe : & ita
conſuluit in conſi.xcvij.principalis
dubitatio.lib.j. Et licet ſtatutum vi-
deatur eſſe rationabile:vt not.Bald.
in rubri.de conſtit.col.fi.& in c. cle-
rici.col.j.de iudiciis.in cap.tenor. in
fin.de re iudic.& in l. omnem matri
ſuæ.C.ad Tertul.in l.j §.ius natura-
le.ff.de iuſtit.& iure. Andr. Sicul. in
conſil. vlti. in iij. libr. Tamen non
ſufficit rationem ſubeſſe ex quo de-
ficit poteſtas : quia in quolibet actu
voluntas & poteſtas requiritur.cap.
cùm ſuper. de offic. deleg.l. cùm in
te.vbi Bald.C.de dona.ante nupt.&
in l.nolle.vbi Bald.ff.de acquir. hæ-
k red.cum ſimi. & communem opi. [k]
ipſe Bald.ſequitur in l.nemini.C. de
iudic.in c. penult.in fi. de conſtitut.
cum ſimilib. vt nouiſſime late ſcri-
bit Franc.de Cur.in cõſil.xxvij. ma-
gnificus vir.in j. dubio. Et ita ex o-
mnibus ſupradictis concludendum
eſt, indubitanter valere matrimo-
nium quod abſque conſenſu patris
10 contractum fuit.†Illud tamen not.
ꝙ pater poteſt ad tempus ſub pœna
filio matrimonium prohibere.l. ſed
ſi hoc ſpecialiter.§. fin. de condi.&
demonſtr.vbi Bart. & Imol.& Are.
in conſi.lxvij. diligenter & maturè.
colum.ij.
Venio ad ſecundum:an filius exhære-
dari poſſit ex eo ꝙ ſine cõſenſu pa-
tris matrimonium contraxit?Et pri-
ma facie videbatur dicendũ ꝙ ſic:
quia ita decidit Pau. de Caſtr.in l.ſi
filium.C.de inoffi.teſt. vbi per illum
text.dicit,quòd filia quæ nubit ſine
conſenſu patris,exhæredari poteſt.

Ita à contrario ſenſu ibi colligitur.
Et idem dicit Pau.de Caſt.ibi,etiam
in filio. argu.l.iij.§. ſi emancipatus.
el j.§.de contratab.quia licet valeat
matrimonium cōtractum ſine con-
ſenſu patris, prout canones dicunt:
vt ſuprà proxime dictum eſt, ius ca-
nonicum ſolum diſponit de fœdere
matrimonij, & non de iniuria quæ
patri illata videtur. Et ad hoc quod
not.Bart.in l.adiicimus. C.de muri-
leg.lib.xj.in fin.vbi inquit, quòd li-
cet ſtatutum non poſſit prohibere
matrimonium,quia eſt res ſpiritua-
lis,& de iuriſdictione eccleſiæ:tamē
valet ſtatutum quo ad hoc vt con-
trafacientes puniātur.Et ita videtur
eſſe in caſu noſtro: quia honeſtas
maximè ſuadet, ꝙ conſenſu patris
matrimoniū cōtrahatur: vt not.per
gl.in c.cum virum.de reg.cum ſimi-
lib.§.alleg. Et facit quod not. Bald.
in rub.extra de conſuet.col.pen.di-
cens, ꝙ conſuetudo poteſt pœnam
imponere rei licitæ, puta matrimo-
nio, ſi ex eo ſequatur illicitum. Et
idem tradit Bald. in l. omnes.C.ad
Tert. vbi tenet valere ſtatutū quod
pœnam imponit filiis contrahenti-
bus matrimonium ſine conſenſu pa
tris: quia non vetat ſubſtantiam ma
trimonij,ſed punit malos mores.
Sed prædictis,& ſimilibus quæ adduci
poſſunt non obſtantibus, contrariū
de iure videtur, ꝙ propter tale ma-
trimonium filius nullo modo exhæ
redari poſſit:quia cum matrimoniū
permiſſum ſit de iure canonico, vt
ſuprà concluſum fuit: quod ſit lege
permittente,pœnam non meretur,l.
Gracchus. C. de adult.xxiiij. quæſt.
iiij.in cap. qui peccat.& in terminis
Abb. conſuluit in conſil. xij. vt latè
materia.col.ij.verſi. ſed dubium im
minet.lib.j.vbi dicit iſtam non eſſe
iuſtā cauſam exhæredationis: quia
cum de iure canonico matrimoniū
debeat eſſe liberum, non debet per
iſtam pœnam exhæredationis re-
ſtringi. & inducit deciſionem Ioan.
And.In d.c.ſtatuto.de hære. in vj.&
idem Abb. in c.j. de ſponſ. col.ij.ſi-
cut enim pœna conuentionalis in
matrimonio reprobatur,ne libertas
matrimonij impediatur. l. Titia. in
princ.ſuprà de verb.oblig. Et cum à
iure canonico permittatur matri-
monium abſq; cōſenſu patris, quia
vult matrimonium gaudere omni-
moda libertate.c.cum locū.c. gem-
ma.de ſponſa. & eadem ratione pœ
na exhæredationis remota videtur:
quia ceſſante prohibitione matri-
monij, ceſſat effectus,& tollitur pœ
na quæ in caſu prohibitionis erat
ſtatuta: vt dicit text.in c.non debet.
de conſang.& affinit. Et vbi non eſt
delictum, pœna ceſſare debet.l. ſan-
cimus.C.de pœnis.
11 † Et ideo [l] filia [m] quæ cōtraxit ma
l trimonium abſque conſenſu patris,
m prout canones permittunt, non pro
hibetur dotem petere:vt not.per gl.
in c.fin.xxxij.quæſt.ij.in gloſ.j.ver-
ſic.ſed nunquid.& xxxvj. quæſtio.j.
in c.de raptoribus. in glo.in verbo,
excuſata. & pari ratione videtur,
quòd filius nullo modo exhæreda-
ri poſſit: vt ſuprà dictum eſt ſecun-
dum Abb.in conſi.xij.lib.j.ſuprà al-
leg. Et hoc idem in terminis tradit
Pet.de Anch.in conſil.xxj.pro ſolu-
tione dubiorum,in ſecundo dubio,
dum inquit, quòd pœna quam ca-
nones concedunt filiis & filiabus li-
beram facultatem contrahendi ma
trimonium abſque conſenſu patris,
non videtur, ꝙ talis facultas metu
pœnæ per leges coarctari poſſit. Et
propter hoc cōcludit,ꝙ filij tali ca-
ſu non debēt priuari hæreditate pa-
tris naturali iure illis debita: vt la-
tius ipſe ibi proſequitur. Et deciſio-
nem Pet. de Anch. late comprobat
Alex. qui in ſimili caſu conſuluit in
conſil. xcvij. principalis dubitatio.
libr.

12 lib.j.vbi concludit,† non valere ſta-
tutum quod imponit pœnam filiis
contrahentibus matrimonium ſine
conſenſu patris: quia à tali ſtatuto
aufertur libera facultas contrahen-
di matrimonium.l.cum tale.§.reſcri
ptum eſt. ſupra de conditionibus &
demonſtratio. vnde ſicut non valet
ſtatutum quod tali caſu prohiberet
matrimonium: pariter nō debet va-
lere ſtatutum quod pœnā imponit
contrahētibus matrimonium: quia
vbi non poteſt aliquid directo &
principaliter prohiberi, non poteſt
etiam conditionaliter & per indire-
ctum prohiberi:vt not.Bar.per illum
tex.in l.Seius & Augerius. §.ad leg.
Falc.& per illum text. dicit Bal. in l.
j.C.de indic.viduit.tol. ꝙ ſi non va-
let ſtatutū prohibitorium, ergo nec
pœnale: quia pœna legis nunquam
poteſt incipere à permiſſis. arg.l. ab
adminiſtratione. C.de legib.Et not.
etiam Bald.in l. omnes populi. col.
vj.verſi.ſed nunquid ſtatutum inua-
lidum. ſuprà de iuſt.& iur.dicens,ꝙ
qui non poteſt diſponere ſimplici-
ter,non poteſt diſponere pœnaliter.
Et quòd in adiectione pœnæ maior
poteſtas requiritur quàm in diſpoſi-
tione principali.Et in propoſito be-
ne facit gloſſ.not.in cap. de tutelis.
xxxvj.quæſtio. ij.in glo.fin.quæ vo-
luit,quòd ſicut non valet prohibitio
legis ciuilis quæ prohibet mulierem
raptam matrimonium contrahere
cum raptoribus.c. penul.de rapt. ita
pariter non valet diſpoſitio iuris ci-
uilis quæ pœnam imponit mulieri
contrahenti matrimonium cum ra-
ptore: quia cùm prohibitio ceſſat,
etiam pœna ceſſare debet: vt gloſſ.
ibi dicit. Et iſta ratio pariter in ca-
ſu noſtro concludit.
13 † Vnde concludendum eſt, quòd
pœna exhæredationis, impoſita à
iure ciuili non habeat locum.
Non obſtant allegata ſupra in contra-
rium: quia reſponſio ex ſupradictis
colligitur. Nam dictum Pauli de
Caſt.in d.l. ſi filia,non eſt verum, &
contrarium tenent Petr.de Anch.&
Abb.in conſil.ſuprà alleg. Et ratio-
nes contra Paul.ſunt efficaces, vt pa
ter ex prædictis.
Non obſt. text.in l. iij. ſi emancipa-
tus.de contratab. quia vt dicit Bart.
ibi,ille tex.hodie non habet locum.
& not.Imol.in ca. accedens.col.fin.
verſi.& per prædicta.de procurato-
ribus.Alexand.in l.j. colum.x. ſuprà
ſolut.matrimo.
14 † Et quamuis plerique dicant ꝙ filia
etiam hodie poſſit exhæredari duo-
n bus [n] concurrētibus: videlicet quòd
ſine conſenſu patris contrahat ma-
trimonium, & cum turpi perſona,
vt gloſſ.ſentit in cap.de raptoribus.
xxxvj.q.j. verſi.excuſata. in fin. & vt
not.Bald.in l.nec filium.C. de nupt.
& in l. ſi pater.C. de ſponſal. Anton.
de Butr.in d. c. accedens. de procur.
Et Petr. de Anch.in conſi.xxj. ſuprà
alleg.col.ij.hoc haberet locum ſe-
cundùm iura antiqua. & ita Doct.
loquuntur in locis præalleg. qui al-
legant text.in d.l.iij.§. ſi emancipa-
tus.ſed hodie ille.§. eſt correctus,vt
ſupra dictum eſt. Et quia ſecundùm
iura canonica quæ attenduntur hoc
non videtur verum: quia matrimo-
nium à iure ciuili prohiberi non
poteſt, nec pœna imponi poteſt,per
ea quæ ſupra dicta ſunt: quæ om-
nia habent locum etiam ſi cum tur-
pi perſona contractum ſit matrimo-
nium: quia eſt defectus poteſtatis,
vt ſuprà dictum eſt. Et iſta etiam ra-
tio militat concurrentibus his duo-
bus, cum iura ciuilia in tali mate-
ria non habeant poteſtatem.
Non obſt.dictū Bar. in d. l. adiicimus.
de murileg.lib.xj. quia non eſt verū
per ſupradicta.& contra Bart. tenet
Ioan.de Plat. in d. l. adiicimus. vbi
allegat Ioan. And.in d. c. ſtatutum.

de hæret.in vj. cuius opinio cõmuniter tenetur, vt Alexã.concludit, in d.conſil. xcvij.libr.j. vbi alios plenè refert in iij. colum. & latius ſcribit Franciſ.de Curte in conſi.xxvij. in j. dubio, ſuprà alleg. Et hoc modo etiam reſpondetur ad alia ſupra alleg.in contrarium.

Et ſic ex omnibus ſupradictis concluſio eſt, quòd filius qui accepit vxorem ſine cõſenſu patris, propter hoc non poteſt exhæredari. Et pari ratione non poteſt priuari alimentis: quia rationes ſuperius alleg.etiã mi-
35 litant in alimentis: † & quia à pari[o]
o procedunt, exhæredatio & priuatio alimentorum, vt not.Bar. in l.ſi quis ex liberis.§. ſi quis ex his.verſi.idem iudex.in verſi.detuleras.ff. de liberis agnoſcen.Et idem Bar.in l.diuus.ſuprà de parricid. in l.fina. C. de alien. lib.in prin.& per gl.in. §. ſiue igitur. in verbo, habere.in auth. vt cum de appell.cog.& idem Bart.in tract.de alim.col.ij.verſ.quæro an ex cauſis. & Abb.in c.cum haberet col. fin.de eo qui duxit in mat. quã polluit per adult.Et ex his expedita ſit iſta lex:

ADDITIO.

a Nudo conſenſu. Aliquando tamen & ſpõſalia fiunt ſtipulatione vt per Bar.& doct. in l.j.in prin.ff.de verb. obl.Et adde in materia q tabulę nõ faciunt matrimoniũ iuxta text. in l. donationes.in prin.ff.de don. G.S.

b Fliorum. Pulchre Dec. conſil. cliij: cum duobus ſequent. C. M.

c Niſi præcedant. Adde quod dicit d. Abb.in d.c.veniens. in primo notabili, quòd ille qui probat ſponſalia, & copulam ſimpliciter non probat matrimonium.quia copula fortè ſecuta non fuit prout requiritur in d. c. veniens. refert & ſequitur idem Deci.in c. præſentia. in xiij. notab. verſic.ſimiliter dicit. col.vij.nu.24. in ſi. extra de probatio. Et dum hic dicitur, quòd ſi ſponſalia de futuro procedant, tunc copula quæ ſequitur matrimonium inducit. adde q pro hoc facit id quod not. Iaſon in l.non ſolum.§ morte.col. viij. verſi. item adde.ff.de ope.noui nunt. poſt gloſſ. & Abb.in c.tua nos. extra de ſponſ.vbi concludunt, quòd licet ſi quis proteſtetur coram teſtibus pręſente muliere, & conſentiente, quòd quicquid dicet, vel faciet vnquam, non faciet animo contrahendi matrimoniũ cum illa muliere, quamuis poſtea publicè cum ea contrahat, tamen matrimonium non tenet. Tamen fallit ſi ſecuta ſit copula carnalis, quia tunc indiſtinctè cẽſetur receſſum ab omni proteſtatione, nec per talem proteſtationem iudicatur turpitudo & peccatum.c. conſultationi.de ſponſ. l. ij.cum ibi not.C.quod metus cauſ. Quod Iaſ. in d. §. morte. intelligit ſi ſecuta ſit copula. Secus verò ſi anteceſſiſſet, & ita dicit tenere d. Anto.& Abb.in c. veniẽs.ij. in primo notab.de ſponſ. Tu tamen vide Bal.in l. ita demum. C.de procur. vbi dicitur, quòd propter culpam pręſumitur potius concubinatus, quàm matrimonium: vnde qui dicit matrimoniũ probat, vt ibi tradit in pulchra quæſt.Bal. G.S.

d Quòd conſenſus facit matrimonium. Sed an in matrimonio ſolus conſenſus ſufficiat? Et an requirantur verba? Vide gloſſ. in l.cum notiſſimi.in ver.ſolem.C. de præſcript. xxx. ann. quæ dicit, quòd verba requiruntur: Et eam gloſ. pro ſingulari allegat Alexan.in l.j.in princ.col. ij.verſic.non obſtat.numer.19. ff.de verbo.oblig. Illam tamen intellige, vt ibi per eum: Et adde, cùm neceſſarius ſit conſenſus, quòd ſi in libello dicatur, quòd Titius contraxit matrimonium cum Berta, per verba de præſenti, cum matrimonium non fiat per verba, ſed per conſenſum,

intelligitur quòd contraxit per verba declarantia conſenſum, ita de mente Baldi notat Andr. Barbat. in apoſtil.ad Bart.in l. recuſari.ff.de acquir.hæred. G. S.

e Conſummato. Sed quòd cõtractum licet non conſummatum Papa nequeat diſſoluere, nec in eo diſpenſare, ſentit Panor. (& bene) in d. c.ex publico. in fin. & expreſſe firmat Io. Lup.in tract. de matr.& leg.col. viij. ſentit Iac. Almain in iiij.ſent. diſt.xxx.q. ij.fortius Eraſ. j. Cor. in vij. in Annot. reprobat vulgatam illam canoniſtarum differentiam de matrimonio conſummato, vel non conſummato, ſentiens quòd etiam ante congreſſum eſt legitimum & perfectum matrimonium, & indiſſolubile ab homine, etiam per profeſſionem monaſticam. Dixi etiam apud Dec. in c.quæ eccleſiarũ. num. 13. de conſtitu. vbi videas. vbi etiam dixi iuſtam eſſe cauſam diſſoluendi re integra, ſi contractum ſit ſine autoritate parentum vel tutorum, qui etiam cõſummationem impedire poſſunt. C. M.

f Intrare. Vide text. & ibi doct. in c commiſſum.de ſponſ. & Abb. in d. c.ex publico.vbi ponit an ad eſſentiam matrimonij requiratur copula.& ponit quæſtionem, ſi ſtatutum ſit quod maritus lucretur dotẽ muliere decedente ſine liberis, an ſi decedat ante copulam, lucrabitur dotem. Et adde, quòd ſi vxor vel ſponſa ſit cognita per vim à ſponſo: nihilominus poteſt contra voluntatem ſponſi religionem intrare. ita Angel. in l.j.§.moner.ff.depoſi.quem ſequitur Hipp. de Marſil.in l.j.§.præterea.in iij. colum. ſupra de quæſtion. Hier.Cuc.

g De honeſtate. Mulier ſine conſenſu patris nubere poteſt. Sed an hoc intelligatur, etiam contradicente patre? Dic quòd ſic. c. cum locum de ſponſ. Et pater tenetur eam dotare, vt per dom. Anton. in c.cum cauſam. de raptor. quia iura diſponentia, quod pater teneatur filiam iam nuptam dotare, habent reſpectum ad matrimonium, non autem conſiderant, an pater conſenſerit matrimonio, vel contradixerit. de quo per Abb.in d.c.cum cauſam.de raptor. Et ita in ſpecie tenet d. Alexandr.in apoſtil.ad Barto. in l. obligamur. §. lege. in apoſtil. incip. & promiſiſſet. ff. de actio. & obligat. Gabriel Sarayna.

h Non valet. Imò, vt dixi ſuprà eod. l.ij.num.40. C. M.

i Statutum. Adde Io. Franciſc. de Ripa, in l.j.num.58.ff.ſolut.matr. G.S.

k Communem opinionẽ. Hanc etiam dicit communem Felin. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. xix. verſic. ſed contra. & in c.j. de ſponſ.vj. & vij. col.vbi Alexand. dicit eam magis communem. & idem dicit Fran. Cur.in conſi.hic alleg.de quo etiam per Moder. Hiſpa.in repet.c.per veſtras de donation. inter virum & vxorem. fol. 75.verſicu.ſunt tamen qui has. colum. iiij. vbi refert quaſi omnes tenentes hanc opin. de quo etiam vide Iaſ. in l.j.§. fin. ſupra de iuſtit. & iure. & ſic patet hanc eſſe magis communem, à qua non eſt recedendum, vt per glo. in l. omnis diffinitio.infra eodem. & Bald.in l. precibus.C.de impub.& aliis dicentes adhæreas Carrocio. & Abb. ca. ij.de cogn. ſpirit.& in c.tua nos. de vſuris. vnde patet clare an valeant leges regni Caſtellæ diſponentes, quod ſi filia contraxerit matrimonium, ſine patris & matris conſenſu, quòd nihil ex bonis parentum poſſit habere. de quibus & aliis ſimile diſponentibus, vide Mordern. Hiſpan.vbi ſuprà, fol.74.& fol.75. vbi multa adducit ad earum corroborationem, dicendo eas iuſtiſſi-

mas & rationabiles, quod admitto,
tamen quòd dictę leges non tollant
libertatem contrahendi matrimo-
nium, & quòd cauſa matrimonij nõ
ſpectet ad eccleſiam, hoc non eſt
admittendum, per ea quæ omnes
doctores ſuprà allegati dicunt. de
quo adde eundem do. Philipp. in d.
cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. xvj.
idem etiam eſt dicendum de prius
in dictis legibus diſpoſitis: vt ſubti-
liter more ſuo concludit dominus
Philipp. infra in verſic. venio ad ſe-
cundum. & Franciſ. Curt. in d. conſi.
xxvij. Hiero. Cuch.

l Et ideò. Adde, quòd non eſt virgi-
nalis pudoris eligere maritum ſine
voluntate patris. cap. honorantur.
xxxij. quæſt. ij. Gab. Saray.

m Filia. Dixi ad Alexand. conſil. ccix.
libr. vj. C. M.

n Duobus. Hanc ſequebatur Socin. in
tract. fallen. in reg. cclxxxj. de quo
vide Iaſ. in authent. ſed ſi poſt. C. de
inoffic. teſtam. vbi refert omnes te-
nentes hanc opin. finaliter tamen
tenet cum dom. Philip. hic. H. C.

o Pari. Idem Alexand. conſil. cciij.
lib. ij. vbi dixi. C. M.

In l. Verum eſt.

Argumenta.

1 *Factum non poteſt non eſſe fa-
ctum.*

2 *Virginitas amiſſa ſemel, nunquam
recuperari poteſt.*

3 *Facta per fictionem, infecta iu-
dicari poſſunt.*

4 *Mortuus poteſt quandoque fin-
gi viuus.*

REGVLA XXXI.

VErum eſt neque pacta,
neque ſtipulationes fa-
ctum poſſe tollere: quod enim
a impoſsibile[a] eſt, neque pacto,
neque ſtipulatione poteſt com
prehendi, vt vtilem actionem,
aut factum efficere poſſit.

1 NOta † quòd impoſſibile eſt fa-
ctum non eſſe factum. ad idem
text. in l. in bello. §. factæ. in princ.
ſuprà de cap. in l. ſi ita quis. ſuprà de
euict. & in l. j. §. ſi vir. ſuprà de ac-
quir. poſſeſſ. & in authen. de æqual.
dot. j. §. verſi. quæ igitur. vbi dicitur:
quod enim factum eſt, infectum ma
nere impoſſibile eſt: adeo quòd nec
Deus ipſe facere poteſt, quòd illud
quod ſit factum, non ſit factum, vt
notat Bart. in l. non dubium. colum.
iiij. C. de legib. vbi alleg. text. no-
ſtrum hic. & idem not. Bald. in l. fin.
verſi. his autem factis. C. de leg. & in
l. ex his. in fin. C. de teſta. mili latè tra
dit Socin. inferendo ad pulchram
quæſtionem in conſil. cij. in præſenti
conſultatione. Et facit quòd notat
Bald. in l. eam quam. colum. x. ver-
ſic. circa quintum. C. de fideicom.
Et ideo dicit text. in l. j. in princip.
2 C. de rapt. virgin. † quòd mulier cor-
rupta & violata reſtitui non poteſt.
Et gloſſ. ibi in verſic. non poteſt. di-
cit quòd etiam Deus facere non po
teſt, quòd illa quæ fuit corrupta
non ſit corrupta: licet enim om-
nia Deus poſſit, ſuſcitare tamen
virginem non poteſt poſt ruinam:
vt dicitur in cap. ſi Paulus. xxxij.
quæſtio quinta.
3 † Et iſtud verum eſt veritate inſpe-
cta: ſed per viam fictionis facta pro
b infectis [b] haberi poſſunt, quantum
ad effectum iuris: vt not. Bart. in l.
non dubium. col. iiij. & eſt gloſſ. no-
tabilis in clem. j. de immuni. eccleſ.
in verſic. pro infectis. cum ſimil. vt
dixi in c. ſi. col. fin. in fin. de conſtit.
Et ad idem text. in l. non dubium.
C. de legib. vbi pacta contra leges
pro infectis habentur.

Nec

Nec obſtat, quod eſt impoſſibile, quòd
factum non ſit factum: vt hic dici-
tur ibi, impoſſibile eſt. cũ ſimilibus
ſuprà allega. non videtur, quòd per
fictionem contrarium induci poſſit:
c quia fictio non habet locum [c] ſu-
per impoſſibili, l. qui ad certum. vbi
Bart. ſupra loca. l. certe. in princ. ſu-
pra de precar.
Quia reſpondetur, vt declarat Bart. in
l. ſub conditione. ſupra de ſol. col
j. lex non poteſt fingere illud quod
eſt impoſſibile in ſuo genere: vt, quod
filius ſit maior patre, vel quod fu-
rioſus conſentiat: ſed bene fictio ha-
bet locũ, in eo quod eſt impoſſibile
in aliquo caſu particulari. Et ſatis
eſt, quòd poſſibile ſit in ſuo genere.
4 Vnde † fingitur quandoq;, quod il-
le qui mortuus eſt, viuat. l. fin. ſupra
de vaca. muner. in princi. l. bello ad
miſſi. ſupra de excu. tut. Et licet im-
poſſibile ſit, quod mortuus viuat, ſa-
tis eſt, quòd poſſibile ſit in genere,
quòd homo ſimilis viueret: vt la-
tius declarat Barto. in l. ſi is qui pro
emp. col. xv. verſi. tertio principali-
ter quæro. ſupra de vſucap. Et Alex.
refert in d. l. j. §. ſi vir. de acqu. poſſeſ.

ADDITIO.

a Impoſſibile. Quot ſint genera im-
poſſibilitatis tradit Dyn. in reg. ne-
mo poteſt. de reg. iur. in vj. Et Bart.
in l. j. ff. de cõd. inſti. Et Ang. Aret. in
§. impoſſibilis. inſt. de hær. inſti. G. S.

b Infectis. Scilicet illis quæ ſunt iuris
poſitiui vt dixi, ſuper cle. vnica de
immuni. eccle. ad marginem gloſ.

c Fictio nõ habet locum. Adde quòd
lex fingit aliquando ſuper impoſſi-
bili in odium delinquentis, vt no-
tat Ange. in l. eandem. ver. adde ca-
ſum. ff. de duobus reis. & l. ita vul-
neratus. §. j. in fi. ff. ad leg. Aquil. vbi
fingitur quis bis mori. Et facit l. nec
vllam. §. pen. ff. de petitio. hæred. vbi
duo finguntur poſſidere in ſolidum
ratione delicti, vt notat idem Deci.
poſt Alex. in l. diem functo. col. iiij.
verſ. vltimo nota circa medium.
nu. 11. ff. de officio Aſſeſ. vide tamen
Bart. in l. Gallus. §. ſi eius. verſ. venio
ad quintam. ff. de liber. & poſthum.
vbi dicit, quòd fictio non poteſt fin-
gere illud, quod eſt impoſſibile de
natura. l. ſi pater. in fine. ff. de ado-
ptio. Gab. Sar.

In l. Quod attinet.

Argumenta.

1 *Seruus, tabellionatus officio fungi
nequit.*

2 *Argentarij officium publicam
cauſam habet.*

REGVLA XXXII.

QVod attinet ad ius ciui-
le, ſerui pro nullis haben
tur: non tamen & iure natura-
li: quia quod ad ius naturale
attinet, omnes homines æqua
les ſunt.

DE iſta regula dictum fuit in l. in
perſonam. ſupra eo. ſolum ad-
1 de, quòd ſeruus † non poteſt eſſe ta
a bellio. l. generali. [a] C. de tabu. lib. x.
obſtare tamen videtur, quia ſeruus
poteſt eſſe argentarius. l. prætor ait.
2 §. ſed & ſi ſeruus. ſupra de eden. † Et
tamen officium argentarij publi-
cam habet cauſam: vt dicitur in l.
argentarius. in principio. ſupra de
edend. poteſt dici, quòd text. in d. l.
generali. procedat ex noua proui-
ſione illius legis: quia textus dicit,
b deinceps, [b] & ſic de cætero. vnde
videtur præſupponere, quòd ſecun-
dum iura Digeſtorum potuiſſet ſer-
uus eſſe tabellio. & ad iſtam regu-
lam vide aliam regulam quæ habe
tur, infra eo. in l. in omnibus officiis.

Additio

ADDITIO.

a Generali. Vbi latiſſime Ioã. de Pla-
tea. & quia pœna puniatur dominus
qui permittit ſeruum ſumere tabel-
lionis officium, ibi in princ. l. H.C.
b Deinceps. Vide Alber. de Roſa. in l.
Seia in fin. ff. de vſur. qui dictionem.
Deinceps, conſiderat, & aliqua de
ea ponit. G.S.

In l. In eo quod.

Argumenta.

1 *Damni & lucri alia & alia eſt ratio habenda.*
2 *Hæreditatis titulus, cenſetur lucratiuus.*
3 *Hæreditas tunc lucratiuam cauſam habet quando ſoluendo eſt.*
4 *Lucratiua cauſa dicitur à lucro originem trahens, licet damnum afferat.*
5 *Lucrum dotis factum à marito, an dicatur ex cauſa lucratiua.*
6 *Lucrum vt vere dicatur cauſa immediata attenditur.*
7 *Donatio quare inter virum & vxorem prohibeatur.*
8 *Cauſa lucratiua vel oneroſa qualiter ab origine ſit indicanda.*

REGVLA XXXIII.

IN eo quod vel is qui petit, vel is à quo petitur lucri potiturus eſt, durior cauſa eſt petitoris.

DE iſta regula videbimus infra eodem in reg. l. in pari. vbi melius cadit.

Sed quãtum ad cauſam lucratiuuam,
de qua loquitur iſte tex. ſciendum
1 eſt, quòd † ſæpenumero alia ratio
damni, & alia ratio lucri habetur
in l. Proculus. in fi. ſupra de damn.
infect. l. ſi is cui. §. fin. ſupra de furt. l.
fi. §. licentia. C. de iure delib. l. fin. C.
de codicil. l. qui autem. in princi. ſu-
pra de his quæ in fraud. cred. l. cum
hic ſtatus. §. ſi maritus. ſupra de don.
inter virum.

Et hoc intelligitur niſi lucrum radica
tum ſit: quia de tali lucro idẽ quod
de damno iudicatur: vt per gl. in l. j.
§. ſi quis propter. in verſi. in integrũ
reſtitutione. ſupra de itin. actúque
priua. & no. Bal. poſt Cyn. in l. cũ te.
C. de do. ante nup. Bal. Ang. & Imo.
in l. non amplius. §. j. ſupra de leg. j.
cum ſimilibus, vt tradit ibi Alexã. &
in l. iij. ſupra de dam. infec. in princ.
in l. ij. §. fi. ſupra qui ſatiſ. cog. & in l.
cùm emptor. ſupra ad legem Falcid.
in conſ. lxxxix. viſo puncto. colum.
penul. lib. ij.

Et de lucro agitur, & cauſa lucratiua
dicitur quod agitur de hæreditate
& donatione cauſa mortis, vel in-
ter viuos, vel de relictis in vltima
voluntate l. j. §. lucratiuas vero. C.
de impo. lucr. deſcript. libr. x. facit
tex. in l. ſi hæreditatẽ. ſupra mand.
2 †Et, quòd titulus hæreditatis dica-
tur lucratiuus, probatur in l. inter
ſtipulantem. §. ſi rem. de verb. oblig.
in l. fin. §. penul. C. de codicil. in §. ſi
vero expectet. vbi Ange. in Auth. de
nup. & not. Alex. in conſil. cij. ſuper
eo de quo quæritur. col. pen. libr. iij.

Et hoc habet locum non ſolũ in hæ-
reditate extranei, ſed etiam in hære-
ditate aſcendentis, text. cum gl. in l.
ſi emancipata. C. de iuris & facti
igno. & ita hoc ampliando Alexan.
dicit in d. l. inter ſtipulantẽ. §. ſi rem.
3 Et de hæreditate intelligitur, †quan
do hæreditas eſt ſoluendo, tunc ha-
bet cauſam lucratiuã: alias ſecus, vt
not. Alex. poſt. Dy. & Ang. in d. in-
ter ſtipulantẽ. §. ſi rem. per l. ſi ſeruus
legatus. §. item ſi domino. de leg. j.

Et hoc videtur verum quando à prin-
cipio conſtat hęreditatem non eſſe
ſoluendo, prout loquitur tex. in d. §.
item ſi domino. alias ſecus videtur:
4 † quia quando cauſa trahit origi-
nem [a] à lucro, licet quandoque dã-
num afferat, lucratiua dicitur. gl. no.
vbi Imol. in l. ſi duo. de acquir. hæ.
red. in gl. penulti.

Similiter, quod acquiritur ex cauſa
b pœnæ, [b] acquiſitum dicitur ex cau-
ſa lucratiua: vt no. Bar. in l. Meuius.
§. duobus. col. pen. de leg. ij. idẽ Bal.
in l. nec. dãnoſam. in ij. op. C. de pre
cib. imp. offe. facit tex. in l. ſeruus ea
lege. in fin. ſupra de ſer. exp. & quod
no. Bal. per illum tex. in l. milites. in
fi. C. de teſt. mil.

c Similiter acquiſitum in ludo [c] di-
citur ex cauſa lucratiua acquiſitum:
vt no. Bal. in d. l. j. circa fin. in verſic.
extra quarto. C. ſi quid in fraud. pat.
Et acquiſitũ modico pretio dicitur
acquiſitum ex cauſa quaſi lucrati-
ua. gl. not. in l. apud Celſum. §. de au-
toris. in verſi. cauſa. ff. de excep. doli.
5 †An autem lucrum dotis quod fa-
cit maritus ex forma ſtatuti dica-
tur ex cauſa lucratiua? glo. no. in l. ſi
donatarius. § j. in verſi. duntaxat. ſu-
pra de condic. ob cauſ. tenet, quòd
d non. [d] Sed ex cauſa oneroſa acqui-
e ſitum [e] dicitur, quia propter onera
matrimonij acquiritur. & Bal. ibi &
Doct. alij communiter ſequuntur:
vt Alex. ibi dicit.

Et idem Bal. in l. cum multa. C. de do-
nat. ante nup. col. ij. in auth. præter-
ea. col. pen. ver. præterea, non eſt ve-
rum. C. vnde vir & vxor. & in hac
edictali. col. iij. C. de ſecũ. nup. & idẽ
Bal. in conſi. lxiiij. duo ſunt. libr. iij.
in fi. & eſt bonus text. in l. j. §. lucra-
tiuas. verſic. ſi vero. de impo. lucra.
deſcrip. lib. x.

Sed tamen aduertendũ eſt, quòd præ-
dicta videntur procedere inſpecta
cauſa remota. Sed cauſa proxima
& immediata huius lucri eſt vir
ipſe & matrimonium: vt not. Bald.
in auth. ex teſtamento. col. x. verſic.
xiij. c. in fi. C. de collat. Et pro dicto
Bal. eſt text. in l. cùm quis. ſupra, de
do. præleg. in §. j. vbi dicitur, quod ma-
trimonij cauſa id lucratus eſt. &
per illum tex. hoc tradit Bal. nouel-
lus in tracta. de dote, in vj. parte. in
xxxvij. priuilegio, col. iij. Et iſta cau
ſa proxima attenditur: vt not. Bald.
in d. authen. ex teſtamento in loco
præalleg. l. ſed & ſi plures. §. in arro-
gato. ſupra de vulgari.
6 †Et iſta ratione, quia cauſa imme-
diata attenditur, tale lucrum dotis
aduẽtitium dicitur, vt no. Bart. in l.
ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. in
fi. ſupra ſol. matri. per text. in l. j. vbi
Bald. in fin. C. de bon quæ libr. idem
Bal. in l. ſi donatarius. §. j. in prin. ff.
de condi. ob cauſ.
f Et certe cùm tale lucrum marito [f]
acquiratur, immediate abſque ali-
quo onere ex cauſa lucratiua acqui-
ſitum videtur: quia cauſa oneroſa
dicitur, quando onus eſt cauſa ac-
quiſitionis: vt in emptione contin-
git l. apud Celſum. §. de autoris. ver.
ſi quis autem. ff. de except. doli. Et
ideo in dote dicitur cauſa oneroſa.
l. ex promiſſione. ſupra de action. &
oblig. quia dos datur pro oneribus.
l. dotis fructus. ſupra de iure dot. l.
dotem. ff. de caſt. pec.

Non ſic videtur in tali lucro ſtatuti
quod marito defertur: quia ipſe etiã
abſque tali lucro cogebatur onera
matrimonij ſubire: & videmus, quod
tale lucrum acquiratur etiam mari
to qui onera matrimonij non ſuſti-
nuit: vt no. Bar. in l. nihil. ff. re. amot.
Bal. in l. Deo nobis, per illum tex. C.
de epiſco. & cler. in l. non ſine. C. de
bonis quæ lib. cum ſimi.

Et quòd tale lucrum ex cauſa lucrati-
ua dicatur procedere: expreſsè tenet
Angel. in auth. de nupt. §. adſcripti-
7 tio. Et ad hoc facit, † quia donatio
eſt prohibita inter virũ & vxorem,
quando donans pauperior efficitur,
non

non autem ſi lucrum remittitur. l. ſed & ſi vir.§. quod legaturus.l.cum hic ſtatus.§.ſi maritus.el. ij.verſic.ſi miles.ſupra de don.inter virum.

Et ideo tale lucrum remitti poteſt vxori per maritum: quia cauſam habet lucratiuam: vt not.concludit Andr. Sicul. in conſil. lix. illud in medio. col.ix. libr.ij. idem dicit Alex. in l.ſi ſocer.§.Lucius. ſupra ſol.matrim.& idem concludit Socinus in conſil. cxiij.viſo teſtamento.colum.ij.verſic.ad ſecundam rationem.

Et ex deciſione iſtorum concludendũ eſt, tale lucrum ſtatuti procedere ex cauſa lucratiua, attenta cauſa proxima quæ inſpicitur, vt dixi. Et allegata ſupra in cõtrarium poſſunt habere locum conſiderando cauſam remotam quæ non attenditur.l.ſocium qui in eo.ſupra,pro ſocio.

8 † Non obſt. quòd cauſa lucratiua vel oneroſa debet iudicari ab origine, ſecundum gl. in d.l. ſi duo.ſupra, de acqui.hære. Quia illud procedit quando cauſa de ſui origine & natura habeat cauſam lucratiuã. Nam licet accidentaliter damnum occurrat, non attenditur prout eſt in hæreditate, de qua illa gloſſ.loquitur: nõ ſic videtur in lucro ſtatuti quod de ſui natura cauſam habet lucratiuam per ſupradicta. Et ideo ſecundum principalem eius naturam iudicari debet: argu l.ſi quis nec cauſam.ſuprà,ſi cer.pet.

ADDITIO.

a Originem. Vide, infra nu.8.

b Pœnæ l.apud Celſum.§.autoris. iuncta gloſſ. in ver. noxa.ſupra de dol. except.Alex.l. cum mulier. col. ij.in fi.ſupra,ſol.mat. C.M.

c Ludo.And.Tiraq repetit.l.ſi vnquã. in verſ.donatione largitus. nu.272. C.de reuocan.donat.

d Quod non. Deci. conſil.cccliij.nu. 4.And.Tiraq.repetitio.d.l.ſi vnquã. ver.donatiõe largitus.nu.187. C.M.

e Acquiſitum. Secundum hanc opinionem conſuluit idem Decius, ſibi contrarius conſil. lxvij. vbi reſpondet omnibus, quæ pro alia parte hic fecit. G.S.

f Marito. Dicendũ vt ſcripſi in tract. de donatio. factis in contractu matrimonij.nu.9.nu.18. C.M.

In l.Semper in ſtipulationibus. Argum.

1 *Acta à partibus attendi debent in contractibus.*

2 *Propoſitum nil operatur, ſi in mente retineatur.*

3 *Verba non ſunt curanda, vbi mẽs diſponentis eſt aperta.*

4 *Animus hominis ex ipſius cognoſcitur loquela.*

5 *Actum id præſumitur, quod tacite ſubintelligitur.*

6 *Actum etiam eſſe dicitur, quod ex rei qualitate colligitur.*

7 *Conſuetudo attenditur, ſi quod actum eſt non intelligitur.*

8 *Contractus ſecundum loci conſuetudinem attenditur, ſi contrahentis mens ignoretur.*

9 *Doctor ſecundum conſuetudinem ſtudij præſumitur conduci.*

Notarius præſumitur rogatus ad clauſulas conſuetas.

10 *Conſuetudo quælibet, cuiuſlibet conſuetudinis regula eſſe debet.*

11 *Clauſula codicillaris præſumitur appoſita de voluntate teſtatoris.*

Notarius in inſtrumento dotis hypothecam apponere poteſt.

12 *Pœna quando contractui poſſit adijci.*

13 *Iuramentum quare poſſit in contractu apponi.*

14 *Contractus ſecundum quam conſuetudinem extendi poſſit.*

REGVLA XXXIIII.

SEmper in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequimur quod actũ eſt. Vnde ſi non apparet quid actum eſt, conſequens erit vt id ſequamur quod in regione in qua id actũ eſt, frequentatur. Quid ergo ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id
a quod minimum eſt [a] redigenda ſumma eſt.

1 NOta † quòd in contractibus primo attenditur quod actum eſt à partibus, ad idem tex. in l.ſed Celſus.§.ſi fundus. de cõtrah. empt. vbi dicitur, quòd in contractu potius id quod actum eſt, quàm id quod dictũ
b eſt [b] ſequi debet. Et in contractibus veritas rei potius quàm ſcriptura perſpici debet: vt dicitur in l.j. C. plus val. quod agi. & in l.iij. co.tit. vbi dicitur, non quod ſcriptum eſt, ſed quod geſtum eſt inſpicitur. Iuſtum eſt enim voluntates contrahẽtium magis, quàm verborum conceptionem inſpicere, vt dicitur in l. fi.in prin.C.quæ res pig. obli. poſ.ad idem text. in l. in conuentionibus. ſupra de verb.ſig. in l. promittendo. in prin.ſupra de iur.dot.

Et prædicta procedunt quando conſtat de voluntate, & apparet quod actũ eſt, vt hic dicitur. Secus ſi non apparet: quia tũc plus valet ſcriptura, quàm quod actum eſt. l.ſi alij. in fine.ſupra de vſufru.lega.qui tex. ita intelligitur, vt declarat Barto. poſt gl.in l.in ambiguo.ff. de reb⁹ dubiis.

2 Et ratio eſt, quia propoſitũ in mente retentum nihil operatur. l. ſi repetendi.C.de condict. ob cauſ. Et non ſufficit teſtatorem ita voluiſſe niſi diſponat. l. quidam cum filium. vbi Bal.& Imol.ſupra de hære inſti.

3 Et eſt cõmunis doctrina, quòd † receditur à verbis quando aliter conſtat de mente diſponentis: vt not.in l.non aliter.in princ.de leg. iij.& late tradit Bart.in l. non dubium. col. ij. ver. ſecundum dubium eſt. C. de legi.Bal.in l. iuriſgentium. §. pactorum. ſupra de pact. Ange. in conſil. ij.præmitto primo. col.ij. Aretin. in conſi.lxvj.viſo puncto. col.j. in ſingu.Alex.in conſil. cxvj. animaduerſis ſtatutis.colum.ij.lib.ij. Sic ergo ſi non apparet quod actum eſt, non eſt recedendum à verbis: & actum videtur quod ex verbis colligitur: quia videtur quis habere voluntatem prout verba ſonant. l. Labeo.§. idem Tubero. de ſupell. leg. & in l. nepos Proculo.de verb. ſig. & id loquitur quod ex his quæ ſignificãtur quis ſenſit. & ideo à verbis cõtractus non eſt recedendum. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.de verb. oblig.l.fideiuſſores magiſtratuum. ſupra, de fideiuſ.quæ iura ad hoc alleg. Paul. de Caſt.in conſil. ccxxvij. ſuper primo. & in conſilio clxj. in præſenti cauſa.ad idem tex.in l.fi.C.communia vtriuſque iud.vbi tenor ſtipulationis inſpicitur. Et in ſtipulationibus verba ex quibus obligatio oritur, inſpiciẽda ſunt.l.ſi ita ſtipulatus. §.Chryſogonus.in fi. ff.de ver oblig.

4 † Et ex loquela hominis eius animus iudicatur: vt no. Bal, in l. ſed & reprobari.in prin.ſupra de excuſ.tuto. Et verba contractus ſunt forma contractus, quæ forma dat eſſe rei: vt not.Bal.in l. quoties. col.ij. C. de ſuis & legit. & nullũ eſt magis noſtræ mẽtis teſtimoniũ, quàm qualitas inſpecta verborũ vt no. Bal.dicit in c.j,de teſt. cũ ſimi.vt tradit. And.

Sicut

Sicul.in conſi.lvj.libr.ij.in conſil.ix.
col.pe.lib.iiij.in conſ. xx.col.pe.eo.
lib.iij.& in conſ.xlij.col.iij.in eo.li.
5 † Similiter actum videtur etiam il-
lud quòd tacite intelligitur: vt not.
Bar.hic per l.cum quid.ff. ſi cer.pet.
vbi hoc probatur in his quæ ſunt de
natura contractus: illud tamen non
videtur proprie ex conuentione cõ-
trahentium, ſed potius ex prouiſio-
ne legis: quia tex.ibi dicit, agi intel-
ligitur, & pro cauto habetur. & de-
clarat illum tex. Aret.in l.iiij.§.Ca-
to.col.xiij.de verb.oblig.facit quod
no.Bar.in l.cum ſtipulatus. de verb.
obl.vbi concludit, quòd obli.ad in-
tereſſe quæ tacite in obligatione fa-
cti intelligitur, non dicitur ex diſpo
ſitione hominis, ſed legis.
6 †Item actum videtur illud quod
ex qualitate rei colligitur, vt notat
Bar.hic poſt glo.not. ad idem gl. &
ibi Bar.in l.j.§.qui ſuperficiem.ff.de
ſuperficie.in verbo, agendo. quæ di-
cit, quòd ex qualitate pretij colli-
gitur an fuerit venditio vel loca-
c tio,[c] vt not.Barto. in l.patronus.§.j.
col.ij.de leg.iiij.Pet.de Aneh.in cõ-
ſil. cccciij. pluribus rationibus. col.
ij.Alex.in conſil. xxvj. conſideratis
verbis.lib.iiij.& Aretin.in conſil.vj.
viſo inſtrumento viſionis. col.pen.
Et quando in fine inſtrumenti dici-
tur, Actum in tali loco. verbum il-
lud, actum, rem perfectam ſignifi-
cat. Paul. de Caſtr. in conſil.cciiij.
ad primum quæſitum. Bal.in l. quod
ſine.C.de teſtament.
7 †Secundò, colligitur [d] hic, ꝙ in con
d tractibus ſi nõ apparet quòd actum
ſit ſecundùm ſupradicta, recurritur
ad conſuetudinem: videtur tamen ꝙ
in primis conſuetudo ipſius contra-
hentis inſpiciatur.l. vt vniuerſorum
ſuprà de pign.actio.l. qui ſemiſſem.
ff.de vſur.& in l.hæredes palam. §.ſi
quid poſt. in fin.ibi, ex conſuetudi-
ne patrisfamilias vel regionis. ſu-
prà, de teſt.& in l. ſi ſeruus plurium.
§.fin.de leg.j.ibi, ante omnia ipſius
patrisfamilias conſuetudo, deinde
regionis.
Vnde conceſſio facta ab eccleſia, vi-
detur facta ſecundùm conſuetudi-
nem eccleſiæ concedentis: vt notat
Alex. in conſi. cxxiiij. conſideratis
his.colum.ij.libr.v.
8 †Et conſuetudo vltima attenditur,
l.Mela. §. quid ergo de aliment. &
cib.leg.& tradit Alexan.in conſil.v.
ſi vera ſunt.colum.fin.lib.v.
Sed ceſſante conſuetudine contrahen-
tis, ſecundum conſuetudinem loci
e contractus [e] interpretatur, vt hic di-
citur: ad idem tex.in l. quòd ſi nolit.
§.qui aſſidua. ff.de ædil. edi. & in l.ſi
fundus.ff.de euict.in l. ſi prius. §.pla-
cuit.ff.de aqua plu.arcen. & in c.cæ-
terum.de donat.& not. Bart. in l. fi.
in prin.ff.de his quæ in fraud.cred.&
in l. ſi procurator. in princip. ſuprà
de iure fiſci.
9 Et†ideo doctor conductus [f] vide-
f tur conductus ſecundum conſuetu-
dinem ſtudij: vt no.Barto.in l.nemo
eſt qui neſciat. ff. de duobus reis, Et
magiſtratus etiã videntur creati ſe-
cundũ conſuetudinem: vt no.Bar.in
l.magiſtratus.in prin. ff. ad municip.
Et notarius rogatus videtur, vt appo-
g nat [g] clauſulas conſuetas [h]: vt not.
h Bart.per illũ tex.in l.fi.C. de fideiuſ.
10 Et† generaliter quælibet diſpoſitio
recipit diſpoſitionem à conſuetudi-
ne, vt eſt dictum Innoc. in c. olim.
de verbo.ſign. & ſequitur Abb. in c.
certificari. de ſepultur. cum ſimil.vt
late congerit Felin.in c. cum M. col.
iij.& iiij. de conſtit.
Et prius Alex.in l. huiuſmodi. in prin.
de leg.j.& in conſ. xxvij.in cauſa &
lite.lib. ij.& in conſi.cvij. pro inue-
ſtigatione.col.pen.eod.lib. l.ij.& in
conſil.xxxvij. viſo dicto inſtrumen-
to.col. ij.lib.j. Et do. And. Sicul. in
c. quo ad tranſlationem.char.3. de
offic.

offic.leg.& in conſi.v.col. pen.lib.j.
& in cõſ.vij.col.ix. & in conſ. xiiij.
col.pen.& in conſil.xxxvij.col.v.in
conſ.lj.col.iij.in ij.lib.Et adde text.
in l.item eorũ.§. decuriones.ibi, ſe-
cundum conſuetudinem locorum.
& idem not.tradit Bart. in l.Paulus.
la j.in princ.ff. de ſolut. & not. Ang.
in conſil.lxxxv. ex themate.Bald.in
l.ita demum.§. fin.ff. de arbitr.in l.ſi
certis annis.col. iij.verſic.credo au-
tem.col.fi.C.de pact.Rom.in conſi.
xciiij.viſis his.col.fi.& Ang.in conſ.
clxxxiiij. ex forma & ſerie. col.j. in
fi.vbi alleg.tex.noſtrum hic, & Bal.
in conſil. cxcvj. tres ſententiæ.lib.j.
Cuma.in conſ.ij. proponitur.col.ij.
& Socin.in conſ.xciiij. præſtantiſſi-
mi.colum.iij.
11 Ex prædictis infertur, ꝙ† clauſula
codicillaris videatur appoſita de vo
luntate teſtatoris, ex quo conſuetũ
eſt, quòd apponatur contra Bart. in
l.j.in vj.q.ff. de iur.codicil. Ita And.
Sicul. cõcludit in d. c. quo ad tranſ-
lationem.de offic. deleg.& Alex. in
conſil.j.col.ix. in prin. lib.v.& facit
quod not. Bal. in l.j.col.fi.ff.ſol.ma.
ver.ſed ponamus contrahentes. vbi
dicit, ꝙ notarius poteſt in inſtrumẽ
to dotis apponere hypothecam, de
qua cõtrahentes nihil dixerũt: quia
videtur rogatus vt apponat clauſu-
las quæ ſunt de natura contractus.
12 Et pari ratione videtur, quod † pœ-
na apponi poſſit in contractu: quia
conſuetum eſt quòd pro obſerua-
tione contractus pœna apponatur.
i Contrarium [i] tamen decidit Bal.in
l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit.
de iureiur.in princ.in verſic.non ta-
men præſumam pœnam. vbi dicit,
ꝙ pœna non præſumitur etiam ſub
dictione & cætera: quia nõ eſt vni-
formis.& Soci. ſequitur in l.Gallus.
§.item credendum col.ij. de libe.&
poſth. Adde ꝙ contrarium Ang.di-
cit in l.ij.ff.de iuriſd. omn. in princ.
verſic. poteſt & aliter exemplifica-
ri.vbi inquit, quòd ille qui habet po
teſtatem vendendi bona fiſcalia, po
teſt apponere omnia pacta pœna-
k lia [k] ſecundum mores regionis.&
idem Abb.dicit in c.ij.de precar.vbi
loquitur in mandato ad pacem fa-
ciendam. Et hoc poteſt procedere
quando eſſet cõſuetudo vniformis
circa pœnam.
13 Et pari ratione † iuramentum vi-
detur, quòd ratione conſuetudinis
apponi poſſit in contractu.
Sed non eſt verum: quia iuramentum
requirit formalitatem verborum.&
ſpecificam expreſſionẽ: vt not.Abb.
poſt Ant. de Butr.in c. penult.de iu-
reiuran.& proſequitur Socin. in d.§.
idem credendum.
Et pari ratione idem videtur quòd ra-
tione conſuetudinis in contractu
venditionis apponi poſſit conſtitu-
tum. Sed contrarium in hoc Alex.
concludit in conſil. xxviij. viſo &
præhabito.lib.ij.
Et in effectu videtur quòd ſupradicta
intelligãtur in his, quæ ſunt de na-
tura cõtractus: ſecus videtur in aliis:
vt not. Alexand. in conſil.præalleg.
l vnde in ſubſtãtialibus [l] non fit ſup-
plementum à conſuetudine: vt not.
Io.And.in tit.de inſtru.edi.§. inſtru
mentum.col.iij.verſi. quòd ſi à con
tractibus.& Ang.in l.licet.C.loca.
14 Et vlterius notandum eſt, †quòd il-
la facultas extendendi contractum
ſecundum conſuetudinem loci, ha-
bet locum in notario qui rogatus
m fuit. Secus [m] eſt in eo cui alterius
rogatus cõmittuntur: quia ille nihil
poteſt exprimere, nec declarare: cũ
officium eius ſit tranſcribere, & nõ
addere, nec interpretari: vt not Bal.
dicit in rubr.C.de fide inſtru.in col.
vj.in verſic.quarto quæritur. Quod
tamen non videtur procedere ſine
dubio: quia iſta interpretatio quæ
fundatur in cõſuetudine non adhę-

ret perſonę notarij qui rogatus fuit:
& ideo videtur quòd etiã per alium
n notarium fieri poſſit [n] : ex eo quod
not. Bart. in l.argentarius,in princ.
ſuprà de eden.& Alexan.ibi,ſpecia-
liter hoc dicit.
o Vltimo [o] notandum eſt ad ſupradi
ćta, quòd iſta conſuetudo interpre-
tatiue non requiritur quòd præſcri-
pta ſit:vt not. Aret. in conſil.xj.pro-
cedendum.& in d.c. cum M. vbi al-
legat Ant. de But.qui hoc dicit in c.
fin.de conſuet. in 5.char. in verſi.ex
his dicit Nicol. de Matarel. & idem
Alexã.in conſil. cvij. pro inueſtiga-
tione.col,penult.l.ij.finis.

ADDITIO.

a Minimum eſt. Adde Bart.in l.vete-
ribus.col.fin.in vltima oppoſit.ff.de
pactis. Gabr.Saray.
b Dictũ eſt. Quid in matrimonio vi-
de tex.& ibi no.in c.tua nos.de ſpõſ.
c Venditio, vel locatio. Adde quòd
etiam ex qualitate pretij iudicatur
vtrum augmentum,quod facto ven
ditoris accedit rei venditæ, ſit em-
ptoris,vel venditoris,vt latè per De
ci.conſil.iiij.num.1. & in fi.verſi. ſe-
cundo non obſtat. G.S.
d Secundo colligitur. Adde quòd cõ-
ceſſio facta præſumitur, prout erat
ſolita fieri in vnam perſonam vel
plures ſecundum Bald. in l. ſi certis
annis. col. iiij.C.de pact. & Deci.in
conſil,iiij.col.ij.c.fi.verſ.ſexto quia
ex quo. Et ex vno actu quis dicitur
ſolitus.l.Mela.§.j.& ibi Bartol.ff.de
alimen.& cibar.legat.Ange.in l.j.C.
quomodo & quando iudex.Paulus
de Caſt.in conſil. cxxxij.notandum
eſt,in vj.col. Gab. Saray.
e Contractus.Idẽ not. Bar.in l.de qui-
bus.col.iiij.in fi.nu.13.verſic. ſecun-
do videamus.ff.de legib. G.S.
f Doctor conductus. Vide quæ not.
Alex.in l.j.§.j,col.ij. nu.5. ff. de ver-
bor.oblig.
g Vt apponat.Multa ponit Anto.Cor
ſet.in ſingul.incip.cõſuetudo,il pri-
mo.Et vide Bart.in l,de dic. in prin.
circa fin.num.5.ff. qui ſatiſd,cogan.
Et adde quòd partes ſemper viden-
tur tacitè conuenire de eo, quod eſt
conſuetum, vt eſt gloſſ.notab.in l.
iiij. §.commiſſaria. ff.de lege com-
miſſor.Bald.in l.j.in ij.q.C.pro ſoc.
& in l. incendium. circa fi.C.ſi cert.
pet. & in l.j. in iij. col.C. de fruct.&
lit.expenſ.Et alibi dicit Bal.in l.con
tractus. in iiij. col. C. de fide inſtru-
ment. allegando Ariſtotelem quòd
conſuetudo eſt altera natura. Sicut
enim non ſeparatur natura à ſubie-
cto,ita nec à conſueto.Et dicit Bal-
dus in rubr. extra de conſuetud. in
ij.col.quòd illud, quod eſt de con-
ſuetudine,habetur pro pacto,& tra-
dit latè Iaſ. in l. Gallus. §. idem cre-
dendum.col. iij. nu.12.ff. de liber.&
poſthu.& colum.v. nu.21. Adde ta-
men, quòd regula quæ habet, quòd
clauſulæ,quæ ſolent apponi de con
ſuetudine habentur pro appoſitis,
non procedit in his, quæ ſunt de
ſubſtantia, vel forma.gloſſ.eſt. in l.
ambiguitatis.C.de teſtament.quam
commendant Moderni in l. errore.
C.eod.tit.& eam dicit reputari ſing.
Curt. Iunior in l. cum quid, col.iiij.
nu.12.ff.ſi cert.pet. Et prædictis ad-
de, quòd omnis diſpoſitio de mun-
do recipit interpretationem & ſup-
plementum à conſuetudine, de quo
vide pleniſſimè per Iaſ. poſt Alberi.
de Roſa.in l.vt liberis.in vlt. notab.
C.de collatio. vbi per duas colum.
inſiſtit. & in l. certi condictio. §.ſi
nummos.colum.iij.in iij.notab.ff.ſi
cert.per. Gab. Saray.
h Conſuetas.Vide Paul.de Caſt,in l.j.
ff.de iuriſd.omn.iud.& latiſſime per
Alexand.in l.ſi finita.de damn.infe.
Barbat.in conſi.ix.col. penul.in iiij.
vol. & Iaſ. in l. Gallus. §. idem cre-
dendum.de liber.& poſthum.& do.
Phil.

philip.in cap. cum M. hic allegato.
col.ij.in v.notab. Hier.Cuch.
i Contrarium, & bene, vt plene dixi
ad Alexan.conſil. xxviij.lib.ij. facit
ſuprà eo.l.contractus.nu.13. C.M.
k Pacta pœnalia. Adde Ange.& Paul.
de Caſtr.in l.ciuitas. & ibi Iaſ. col.
fin.in fi. ff. ſi cert. petat. vbi dicunt,
quòd adminiſtrator ciuitatis, vel
eccleſiæ pro contractu vtili ipſi ci-
uitati, vel eccleſiæ, non ſolum po-
teſt res obligare, ſed etiam appone-
re pœnam in contractu, ſi ſit ſolita
apponi. facit text.in l. bene à Zeno-
ne.C.de quadrien.præſcriptio.quem
ibi multum notat Bald. & Angel.
Vnde inferunt, quòd legati ad pa-
cem contrahendam poſſunt in ca-
pitulis pacis pœnam apponere, li-
cet non habuerint ad hoc manda-
tum, ſi ſit ſolita apponi. pro quo fa-
cit text. iuncta gloſſ. in ver. ſenten-
tiam.in l.fi.ff.quod cum eo. G. S.
l In ſubſtantialibus. Hinc eſt, quòd
licet notarius ſoleat rogari, tamen
rogitus non præſumitur,quia eſt de
ſubſtantia, & hoc in dubio Bartol.
in l.ſciendum. in penul.colum.ff. de
verbor.oblig. §.nos autem. in auth.
de tabellio. G. S.
m Secus. Idem Alexand. conſil.clxiij.
colum.fin. (vbi dixi) libr. vij. Hip-
poly. Marſil.ſingul.cxxiij. Deci.l. vt
liberis.col.iij.C.de collatio. C.M.
n Fieri poſſit. Vide latiſſime per do.
Bart.in conſil. ix. in penult. colum.
in quarto volumine.& Iaſ.in l. Gal-
lus. §. idem credendum.de liberis &
poſthumis. Hier. Cuch.
o Vltimo. Idem refert & ſequitur Ni-
col. Bellon. conſilio primo colum.
j.in fi. Gab. Saray.

In l. Nihil tam naturale. Argumenta.

1 *Conſenſus in diſſoluẽdo requiritur,*
cuius & in contrahendo.
2 *Teſtes tot in reprobando teſtamen-*
to requiruntur, quot in probando.
3 *Solutio debiti, ſi citra inſtrumen-*
tum probari nequeat, nec ipſum de-
bitum.
4 *Donatio hodie fieri poteſt pacto*
nudo.
5 *Actus ſi quid, cum fit, requi-*
rit, idem cum diſſoluitur neceſſa-
rio exigit.
6 *Teſtamentũ primum ad pias cau-*
ſas factum coram ſeptem teſtibus
an tollatur per ſecundum coram
duobus factum.
7 *Spiritualia facilius conſtruuntur,*
quàm deſtruantur.
8 *Matrimonium facilius contrahi-*
tur, quàm diſſoluatur.

REGVLA XXXV.

a Nihil tam naturale [a] eſt,
quàm eodẽ genere quod-
que diſſoluere, quo colligatum
eſt. Ideoque verborum obliga-
tio verbis tollitur: nudi con-
ſenſus obligatio cõtrario con-
ſenſu diſſoluitur.

Iſta regula etiam habetur in ca. j.
extra eo. tit. vbi dicitur quòd om-
b nis res [b] per quaſcunque cauſas na-
ſcitur, per eaſdem diſſoluitur: facit
textus in §.fi.inſtit. quib. modis tol-
litur obligatio. & in l.j. C. quando
lic. ab empt. diſced. & in l. prout
1 quiſque.ſuprà, de ſolut. Et ideo † cu-
ius conſenſus in contrahendo re-
quiritur, eiuſdem etiam in diſſol-
c uendo interuenire debet [c]. authen.
contra ſi filij., C. de repud. in fin. &
ibi Bart.

2 Et † quot teſtes requiruntur in pro-
bando teſtamentum, pariter tot re-
quiruntur in reuocatione teſtamen-
ti, vt not. per glo. in l. cum propone-
d retur, de legat. ij. vnde ſi ex forma[d]
ſtatuti legatum poteſt probari duo-
bus teſtibus: eodẽ modo reuocatio
legati poterit duobus teſtibus pro-
bari: vt not. Bald. in l. fi. col. fi. verſic.
ex hoc infero. C. de fideicommiſ. &
ſicut collatio beneficij poteſt pro-
bari teſtibus: pariter renuntiatio
e beneficij teſtibus probari poterit[e]:
vt not. Bald. in l ij. in fin. de reſtitut.
ſpoliat.

3 Et † ſi ſolutio debiti non poteſt pro-
bari niſi per inſtrumentum ex for-
ma ſtatuti: pariter idem erit in con-
trario, videlicet in debito, quod non
poterit teſtibus probari, ſecundùm
Petr. de Anchar. in conſil. ccclj. In
quæſtione.

Et ſi contractus eſt bonæ fidei, pariter
& diſtractus erit bonæ fidei. l. ab em-
ptione. vbi Bart. ff. de pact.

4 Et ſicut † hodie pacto nudo dona-
tio fieri poteſt. l. ſi quis argentum.
C. de donationibus. ſic etiam nudo
pacto reſolui poteſt: vt notatur per
gloſſ. & doctores in dicta lege, ab
emptione.

Et ſicut pignus ſolo conſenſu contra-
hitur. l. j ff. de pign. actio. ita etiam
ſolo conſenſu reſoluitur. l. pen. C. de
pignor. not. per gloſſ. in l. ſi tibi. §. de
pignore, ſuprà de pactis.

Et ſi tenuta data fuit de facto parte
non citata, pariter non citata parte
poteſt reuocari: vt not. Bart. in l. ſi
pacto quo pœnam. C. de pact. facit
quod not. per glo. in l. minor. in ver.
Seius. ſuprà, de euict. cum ſimilib. vt
f tradit Alexan.[f] in d. l. ſi pacto quo
pœnam. in vlti. notab.

5 Et † omnia ſupradicta procedunt
quando in conficiendo actum de
g neceſſitate aliquid requiritur[g], nam
tunc etiã in reuocatione illud adhi-
beri debet. Secus ſi vltra neceſſita-
tem ex abundanti aliqua ſolenni-
tas adhibita ſit: quia tunc illa ſolen-
nitas non eſt neceſſaria in reuoca-
tione: vt not. declarat Bart. in l. hæ-
redes palam. §. ſi quis poſt. ff. de teſt.
vbi inquit, quod dum ibi dicitur, quod in
mutatione teſtamenti omnia ex in-
tegro faciẽda ſunt, intelligitur om-
nia quæ de neceſſitate fieri debue-
rint. Quid enim ſi in primo teſta-
mento fuerũt decem teſtes? nam ſa-
tis erit reuocare teſtamentũ coram
ſeptem. Et ideo conſuluit Paul. de
Caſt. in conſi. cclxij. dubium facit in
6 ſupradicto puncto. quòd † primum
teſtamentum ad pias cauſas factum
coram ſeptem teſtibus, tollatur per
ſecundum factũ coram duobus te-
ſtibus. Et ſequitur Alex. in l. hac cõ-
ſultiſſima. §. ſi quis autem. col. fin. per
l. ij. ff. de iniuſt. rupt. teſt. Et idẽ Alex.
concludit in conſil. cxlvj. viſo the-
mate. col. fin. lib. ij. quia non ſunt in
conſideratione quæ abundant. l iij.
C. de teſta. & idem Alexan. in conſil.
cvj. viſo & diligenter conſiderato
themate. col. ij. verſic. quinto addu-
co. quod dicit do. Anto. in iiij. libr. &
idem Andr. Sicul. in conſilio xliiij.
col. iiij. lib. iij.

7 Item † iſta regula non habet locum
in ſpiritualibus quæ facilius con-
ſtruuntur quàm deſtruãtur, & dicit
text. in c. inter corporalia. in princ.
de tranſla. præla. vnde vt ibi dicitur,
ſolus epiſcopus honorem dare po-
teſt: ſolus auferre non poteſt.

8 Et † ideo matrimoniũ facilius con-
trahitur quàm diſſoluatur, vt dicit
tex. in l. cõſenſu. in prin. C. de repud.
nam ſolo conſenſu contrahitur. c.
cum locũ. de ſponſ. c. ſufficit. xxvij.
q. ij. cum ſimil. vt ſupra dictum fuit,
in regula, l. nuptias. ff. eod. & tamen
ſolo conſenſu diſſolui non poteſt.
imò nullo modo: quia quos Deus
coniunxit, homo non ſeparet. ca. ij.
de

de tranſlatio. prælator. ca. an quod.
xxiiij. q. ij. & in ca. ex parte de con-
uer. coniug.

Et idem eſt in baptiſmo, & in ordine,
vt not. per gloſ. in ca. j. de regul. iur.
quia in iſtis in quibus imprimitur
character ſpiritualis, contrarius a-
ctus proprie interuenire non poteſt:
vt Abb. dicit in d. c. ij. ſicut in virgi-
nitate, quæ ſemel amiſſa recuperari
non poteſt: vt dictum eſt ſuprà in re-
gula. l. verum. ſupra eo.

ADDITIO.

a Nihil tam naturale. Adde quod glo.
ſcribit, xxiiij. q. iij. ca. comperimus.
vbi dicit, quod quemadmodum quis ſo-
lo verbo excõmunicatur, ita poteſt
ſolo verbo abſolui. Et hæc regula
procedit, quãdo vinculum eſt indu-
ctum, ſed ante, poteſt aliter tolli,
quàm inducitur, vt patet in bonorũ
poſſeſſione, quę poteſt ſola volũtate
repudiari, & tamen non poteſt ſola
voluntate agnoſci, ſed requiritur
præſentia iudicis. l. fi. C. qui admitti.
Et hanc declarationem ponit d. Iaſ.
in l. j. col. iiij. in v. notab. nume. 18. C.
quando non peten. part. Et adde, quod
vbi plura ſunt vincula, ibi abſolu-
tiones plures exiguntur, quia nihil
tam naturale eſt. ita not. Iaſ. in l. de
pupillo. §. ſi in pluribus. in iij. notab.
ff. de oper. noui nuntia. G. S.

b Res. Vide Iaſ. in l. quemadmodum.
de acquir. poſſ. in ij. notab. & Bart.
in l. actor. ff. rem rat. hab. pen. col. &
Iaſ. l. j. C. quando non pet. par. col. v.
ver. quinto nota. &c. H C.

c Debet. Hippolyt. de Marſil. ſingul.
ccccccIxix. C. M.

d Vnde ſi ex forma. Idem tenet Alex.
in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff.
de verbor. obligat. & in rubr. ff. de
acquiren. poſſ. in fin. Et quòd eadem
ſolennitas requiratur in deſtruen-
do actum, quæ in conſtruendo not.
Iaſ. in l. quod iuſſit. col. iiij. verſic. ſe-
cundo principaliter. num. 21. ff. de re
iudic. & facit text. in l. ſi ad reſoluen-
dam. C. de præd. minor. Et hinc in-
ferri poteſt: nam eſt regula, quòd
omiſſio citationis vitiat ſentẽtiam.
l. j. §. item cum ex edicto. ff. quæ ſen-
ten. ſine appella. Quæ fallit in ſen-
tentia excommunicationis, vt in c.
ſacro. de ſenten. excommu. Quæri-
tur modo, quid in ſententia abſolu-
tionis, an requiratur citatio? De
hoc eſt gloſſ. xj. q. iij. c. excommuni-
catos Innocent. in c. prudentiam. §.
iij. ff. de offic. deleg. Specul. in tit. de
contuma. §. fin. verſic. ſed pone ex-
communicatus. Et Ioan. Andr. in ca.
qua fronte. de appel. vbi dicit, quòd
ſententia abſolutionis ſine citatio-
ne valet, nec per hoc redditur nul-
la, licet ſit iniqua, & hoc tenet per
plures rationes, maxime ea, quia ſo-
lennitas quæ requiritur ad aliquem
actum faciendum, eadem requiri-
tur ad eum diſſoluendum. G. S.

e Poterit. Decius, l. cum poſteaquam.
in fi. C. de pact. C. M.

f Alexand. conſil. v. col. j. libr. ij. Hip-
poly. de Marſi. ſingu. cxcv. & ſingul.
cccxx. C. M.

g Requiritur. Vide Iaſ. poſt Bald. &
Modern. in l. ſiue apud acta. C. de
tranſactio. colum. ij. & eundem poſt
Bartol. in l. ſi vnus. §. pactus. viij. col.
de pactis. & in l. more. de acquiren.
hæred. & in l. quod iuſſit. colum. iij.
verſic. ſecundo principaliter nota.
de re iudicata. Hier. Cach.

In l. Culpa eſt.

Argumenta.

1 *Aſſeſſor ſe peritum aſſerens, de imperitia tenetur.*

2 *Officialis quæ ad alterius ſpectant officium attentare non debet.*

3 *Procurator vel negotiorum geſtor*

quare non dicatur facere quæ ad ſe pertinent.

REGVLA XXXVI.

Culpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

Similis regula habetur eod. tit. in
a vj.in regula, non eſt ſine culpa. [a]
1 † Et exemplificari poteſt in aſſeſſore qui videtur aſſerere ſe peritum: ideo propter imperitiam tenetur.l.
b ij.ſuprà, quod quiſque iuris. [b]

Et pari ratione medico imperitia imputatur.l. illicitas.§.ſecuti.ff. de offi. præſid. Delinquit enim quis officiũ alterius vſurpando.c.tua nos.de homicid. Ideo debet quis abſtinere ab officio cuius ſe idoneum non eſſe cognoſcit.c.non punienda.§.fin.j.q.j.& facit tex.in l.doli mali. §.fin. ſuprà, de noua.vbi quis non debet eſſe curioſus de rebus alienis.

2 † Et vnus officialis non debet ſe de officio alterius intromittere, vt no.Bar.per illum tex.in l.prouinciis. C.de numer. actuar. & chartul.libr. xij.&no.Bal.in l.repetita.C.de epiſc. & cler.cum ſim.vt tradit And.Sicul. in conſi.xlv.col.iij.lib.iij.

Et verbum illud, ad ſe non pertinenti, tollit contraria, de quibus gl. opponit: quia verbum pertinere, latam habet ſignificationem. l. verbum pertinere.de verb.ſignific.

3 † Vnde illud quod quis facit tanquam negotiorum geſtor, vel procurator, vel intuitu pietatis dicitur ad eum pertinere: quia facultas ſibi datur à iure: ideo pertinet ratione officij, vt in tutore & procuratore: & ratione amicitiæ, vt in eum' qui alterius negotia gerit: vel ratione humanitatis.l.non tantum.ff.de appel. Nam hominem affici beneficio hominis intereſt.leg.ſeruus ea lege ſuprà de ſer. expor.& not.per Dyn. in d.reg. non eſt ſine culpa. & ibi proſequitur an quis teneatur alium defendere.de quo dixi in cap. j. de offic.deleg.finis.

ADDITIO.

a Culpa.Vbi videas plura exempla per Dyn.& latiſſime per eius add.& per Io.Andr.in mercur.vbi ponit q. an teſtis qui non iuratus ſe immiſcuit ferendo teſtimonium: & falſum dixit quòd teneatur pœna falſi. H.C.
b L.ij.ff. quod quiſque iur. Et ibi latè per d.Alexã.vbi ponit an imperitia in doctore cenſeatur dolus preſumptus, an vero lata culpa. ibi nu.5. Et adde quòd in iure literato faciente contra iuſtitiam præſumitur dolus, vt not.Bald.in c.in noſtra.per illum tex.de procur.refert Iaſ.in l. ſi quis cum aliter.col.iiij.num.9. ff.de verbor.oblig. Gab.Saray.

In l. Nemo qui.

Argumenta.

1 *Abſoluere nequit qui damnare non potuit.*
2 *Abſoluere quando poßit, qui damnare nequiuit. & nu.3.*
4 *Abſoluere qui poteſt ex priuilegio, non ſtatim damnare poterit.*

REGVLA XXXVII.

a Nemo [a] qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt.

b Noto [b] regulam negatiuam, † ꝙ qui non poteſt condemnare, non poteſt abſoluere, & iſto modo arguit Iuriſconſultus in l. ſolent. in prin. ſuprà de offic. procon.& lega. Et ibi Bald.in ij. not.dicit, quòd qui non poteſt condemnare condemnando, non poteſt abſoluere abſoluendo. Et à contrario ſenſu, qui poteſt condemnare, poteſt abſoluere: vt dicitur in l. qui condemnare. ſuprà, de re iudic.

2 † Et à regula noſtra hic bene procedit, quando quis non poteſt condemnare ex defectu iuriſdictionis. Secus ſi non poſſit condemnare ex priuilegio perſonæ: quia tunc abſoluere poteſt. l. quoties. C. vbi ſenat. vel clariſ. & Bald. ibi rationem adducit: quia priuilegium non debet nocere priuilegiato.

3 Secundò † fallit in materia corre-
c ctoria, [c] quia ſi tollitur poteſtas cõdemnãdi, non videtur adempta poteſtas abſoluendi. gloſ.not.in cle.j. in ver, contra eos.de hære.quam ibi Card.Imol. & Abb.ſequuntur, licet Soci. & Aretinus in rubr.de acquir. poſſ.videantur illam impugnare.

Sed pro illa facit, quia abſolutio fauorabilior eſt. l. fauorabiliores. infrà eod.l.cum Arrianus.ſuprà, de actio. & obligat.

Vnde licet tollatur poteſtas condemnandi, non videtur eadẽ ratio quòd tollatur poteſtas abſoluendi. Et ad hoc facit: quia licet abſens nõ poſſit cõdemnari.l.abſentem.ff. de pœnis.l.abſentem.C. de accuſat. Si tamen de innocentia conſtet, abſens abſolui poteſt: quia officium iudicis magis exuberat in abſoluendo: vt no.Ant.de But.poſt Io.And.in c.veniẽs.de accuſ.& Bart.Veron. in cõſ. xlj.incip.licet inuitus.col.fi.

4 Et pari ratione videmus † quòd ille qui habet poteſtatem abſoluẽdi ex priuilegio, non habet poteſtatem condemnandi: vt not.Io.Andr.in c. canonica, de ſent.excom.Domini.
d in d.c.cum inferior.xxj. diſt.Feli. [d] in c.non poteſt.in prin.de re iud.

Et ſecũdum ſuperius dicta, regula hic declaratur: quia dum hic dicitur, quòd qui non poteſt condemnare, non poteſt abſoluere, procedit vbi ſit eadem ratio, prout eſt, quãdo eſt defectus iuriſdictionis: quia tunc qua ratione non poteſt condemnare ex defectu iuriſdictionis, pari ratione nõ poteſt abſoluere: quia abſoluere & condemnare ſunt in eadem ſpecie iuriſdictionis: vt notat Bal.in l.imperium. col. iij.verſi.circa tertium punctum.ſuprà, de iuriſdic.omn. iud.alleg.text.in l.ſolent. Et ideo præſcripta poteſtate abſoluendi, eſt præſcripta poteſtas con-
e demnandi, [e] ſecundum Innoc.in c. dilecto. de offic. archidiac.ſequitur Bald.in l. imperium.col. iiij. verſic. circa vltimum. quia ſunt eiuſdem ſpeciei, vt dictum eſt.

Secus vbi poteſtas condemnandi tollitur in priuilegium, & poteſtas abſoluendi datur in priuilegium: quia tunc non eſt eadem ratio, quòd ſicut poteſt abſoluere, ꝙ poſſit condemnare; vel ſi non poteſt condemnare, non poteſt abſoluere; quia priuilegium noceret priuilegiato, vt dicit Bal.in d.l.quoties. Et quia inducta in fauorem reſultarent in odiũ, contra l.quod fauore.C.de legib.

Et ideo in caſu gl.in d. cle.j. de hæret. conſiderandum eſt, ꝙ dum ibi dicitur in text. ꝙ tollitur poteſtas condemnandi, glo.dicit, quòd remanet poteſtas abſoluendi: quia non mutatur ibi, epiſcopus habebat poteſtatem condemnandi, id eſt ſoluendi.

Si ergo tollitur poteſtas cõdemnandi, remanet poteſtas abſoluendi: quia illa poteſtas condemnãdi quæ tollitur, reſpicit fauorem rei vt condẽnari non poſſit, vnde non extendatur vt abſolui non poſſit: quia non eſt eadem ratio. Et tali caſu gloſ.bene dicit.

Si vero ibi ſublata eſſet poteſtas abſoluendi, an remaneret poteſtas condemnandi? gloſſ.ibi ſentit, quòd ſic, attenta ratione ſua, quia mutatio fuit limitata.

Et hoc non videtur verum: quia ſi tollitur poteſtas abſoluendi videtur

tolli poteſtas condemnandi: quia eadem ratio videtur in vtroque per ſupradicta.

Et isto caſu poteſt ſaluari opinio Petr. de Anchar. qui tenet contra illam gloſſ. in d.clem. j.& Areti.& Socin. in rubr.de acquir.poſſ.

ADDITIO.

a Nemo. Adde,quòd eius eſt creatio, cuius eſt remotio, vt in auth.de armis.in fi. notat Bart.in l.non enim. verſi.quæro quis poſſir. num.6.ff.de adoption. quam legem legit cum l. nec ei.§.eorum.in fin.ff.eo.tit.G.S.

b Noto. Caue, quia Haloander legis: nemo qui condẽnare poteſt, abſoluere poteſt. quod de ſe magis arridet & congruit cum l.qui condemnare. ſuprà de re iud. tamen omnes codices habent vt hic legit Deci.& omnes ita legunt: non auſus ſum mutare. C.M.

c Correctoria. Vide latiſſimè Iaſ.in l. qui condemnare. de re iudicata. in prin.ij.col.ver. vltra ſcribentes,&c. & in princ. l. vbi ponit plura exempla ad regulam noſtram.

d Feli. Quem vide vbi ponit tres fallentias ad regul.noſtram.

e Condemnandi. Vide Socin.in rubr. ff.de acquir.poſ.qui contrarium tenet ea ratione,quia tantum præſcriptum quãtum poſſeſſum.c.ſine poſſeſſione.de regul.iur.in vj.G.S.

In l. Sicuti pœna. Argumenta.

1 *Hæres nec ex delicto defuncti poteſt lucrari,nec pœna teneri.*

2 *Pupillus nec lucrari, nec obligari poteſt,citra tutoris autoritatem.*

3 *Eccleſia in eo, in quo ſit locupletior,teneri poteſt.*

4 *Poſſeſſor bonæ fidei non ad damni æſtimationem,ſed quo locupletior factus eſt,tenetur.*

REGVLA XXXVIII.

SIcuti pœna ex delicto defuncti hęres teneri non debet: ita nec lucrum facere,ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet.

1 NOta q; ſicut † hæres non obligatur ad pœnam ex delicto defuncti: ita pariter ex delicto defuncti lucrari non debet: & ideo tenetur de eo quod ad eum peruenit, vt hic,& in l.in hæredem.ſuprà,de calum.& in l.hæredem.ſuprà,de dolo. cum ſi.alleg.in gloſ. hic.& ad idem text. in l. quod diximus. §. fin. in l. quod autem.ſuprà quod met.cau.in l.j.§.ſi. ſuprà de vi & vi arma. in l.vi pulſos.C. vnde vi. l.iij.§. ex re furtiua.ff. de pecul. in l.ſi cum exceptione.§.Pedius.cum ſi.ibi in gloſ.alleg. ff.quod met.cauſa.

2 Similiter eſt in pupillo, † qui ſicut non obligatur abſque autoritate tutoris, ita pariter lucrari non debet: vnde tenetur de eo quod ad eum peruenit.l.ij.§.ſi ſeruus.ff.de tribu.l. j.§.j.ſuprà de autorit.tut. l.fi.C.de vſuca. pro emptore. & in §.ſin autem. inſtit.quibus alien.lic.

3 Idem eſt † in eccleſia quæ tenetur in eo in quo ſit locupletior: vt not. per glo.& Bart.in auth.qui res.C.de ſacroſanc. eccl. Bal.in l.iubemus.§. ſanè.in princ.de ſacroſanc.eccleſ.in l.ſi prædium. in princ. C.de prædiis mino. Abb.in c. ſi quis presbyterorum. in fin.de reb. eccleſ.non alien. Alexan.in conſil.iiij. viſo proceſſu. colum.j.in fi.lib.iiij. Andr. Sicul.in conſil.xl.colum.x.lib.j.

4 Idẽ eſt in bonæfidei poſſeſſore † qui nõ tenetur ad æſtimationẽ damni, ſed duntaxat in eo quo ſit locupletior.l.item veniunt. §. eos autem. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ſuprà, de peti.hær.& facit text. in l. idémque. §.ſi mãdauero.ſuprà,mand.vbi quis non debet lucrari ex actu, pro quo ad damnum noluit obligari. Et in notab.q.tradit.Bart. in l.quia poterat.ſuprà, ad Treb.vbi in fi. concludit, q; ſocius non debet aliquid lucrari ex negotio pro quo noluit ad periculum teneri, cum ſim.vt tradit Alex. in vlt. not.Et Ange.Aret.in §. illud.in fi.inſtit.pro ſocio.Adde tamen q; quandoque quis lucratur ex actu pro quo de damno nõ tenetur: vt eſt text.in l. ſi negotia.ff. de neg. geſt. & illud contingit propter culpã eius qui negotia inſolita aggreditur,vt ibi habetur. Et ad ſupra dicta faciunt quæ dicta ſunt.in l.ſecundum naturam.ſuprà,eo.tit.

In l. In omnibus. Argumenta.

1 *Factum reputatur, quod metus cauſa fuit ne efficeretur.*

2 *Metus iuſtus quis, & quare dicatur.*

3 *Metus minor in muliere quàm in maſculino attenditur.*

4 *Timor iuſtus putatur, quod ex præcepto regis oritur.*

5 *Metus iuſtus incutitur, quum regius officialis alicui minatur.*

6 *Metus iuſtus etiam dicitur,quod ab excommunicatione infertur.*

7 *Metus indiciis probatur & præſumptionibus.*

8 *Metus facilius probatur duobus teſtibus, quàm libera voluntas centum teſtibus.*

9 *Metus non præſumitur, ſi in conſpectu iudicis quid efficiatur.*

10 *Teſtibus affirmantibus plus creditur,quàm negantibus.*

11 *Metus etiam iuramento probari poteſt.*

12 *Proteſtatio an in metu ſit neceſſaria.*

13 *Proteſtatio clãdeſtine facta quando proſit.*

14 *Metus libera ſuperueniẽte voluntate purgari poteſt.*

15 *Vxor conſentiens marito contrahenti,metu acta creditur.*

REGVLA XXXIX.

IN omnibus cauſis pro facto accipitur id,in quo quis aliũ perhorreſcit quo minus fiat.

1 NOta, quòd † pro facto habetur illud quod factũ non fuit propter metum. ad idem text. in l. j. ſi propter met.iu.non app.Et notatur per gloſ. hic.& adde text.in c.fin.de appel. Et ad declarationem iſtius regulæ primo videndum eſt qualis metus requiratur.

Secundò,qualiter metus probetur.

Tertiò,an proteſtatio neceſſaria ſit: & qualiter fieri debeat.

Quarto quãdo metus purgari videat.

2 † Circa primum,metus [a] debet eſſe
a iuſtus,vt dicitur in c.fin.de appel.& non intelligitur iuſtus, ita q; iuſte inferatur: quia pro tali metu iuſte illato quis conqueri non poteſt. l.ſi mulier.in prin.vbi Bart.ſuprà,quod met.cauſ.not.per gl.in l. qui aliena. §.fi.in verſ. non fieri. in fin.C.de acquir. hære.cum ſimil.vt tradit Alex. poſt Paul. de Caſt. in l.cum aliquis. C.de iure delict.& dixi in d.c. fin.de
b appel. Sed iuſtus [b] metus intelligitur, quòd ſit probabilis & non vanus: vt Abb. dicit poſt Ioan Andr. in d.cap. fin. quia vani timoris nulla eſt excuſatio, vt in regul.vani ti.

moris infrà eod.in l.metum autem.
ſuprà,quod met.cauſ.Et ideo requi-
ritur metus mortis vel cruciatus cor
poris.l.continet.ſuprà, quod metus
cau.l.interpoſitas.C.de tranſac.
Et generaliter debet eſſe talis metus
qui cadat in conſtantem virum. c.
cum dilectus. quod metus cauſa. in
cap. veniens. & in c. conſultationi.
de ſponſa. Et licet text. in l.metum
autem.dicat de homine conſtantiſ-
ſimo, illud ſuperlatiuum pro poſiti-
c uo [c] ponitur:vt not.Abb.in c. cum
dilectus.in ſecundo not.
Et aduertendum eſt in iuribus prælle
gatis,quaſi eſſet homo qui etiam ex
leui metu terretur, licet non cade-
ret in conſtãtem virum, videtur ta-
men,quòd inſpecta qualitate perſo-
næ deberet excuſari. arg.l. plenum.
§.Equitij ſuprà de vſu.& hab. Et ad
hoc facit glo.not.in c.quod locum.
3 de ſponſ. quæ dicit, quòd † minor
d metus conſideratur in muliere, [d]
quàm in maſculo. Et ſic videtur, ꝙ
metus debeat cõſiderari ſecundum
conditionem perſonæ. Et not. hoc
Innoc.in d.c.cum dilectus.col. pen.
verſic. aduerte tamen. & facit quod
not.per gloſ.in l.j.C.vnde vi.
Non obſtant iura ſuprà allega. in qui-
bus cõſideratur metus, qui cadat in
conſtantem virum,quia locum ha-
bent quantum ad probationem &
ad fundandum intentionem eius
qui allegauit metum: quia ex leui
metu quis excuſari non videtur:nec
coactus præſumitur. l. non eſt veri-
ſimile.in princip.ſuprà quod metus
cauſ. Sed tamen quando conſtaret
aliquem feciſſe vel non feciſſe ali-
quid propter metum etiam leuem,
idem eſſet dicendum propter quali-
tatem perſonæ:quia eadem ratio vi
detur: vt ſuprà dictum eſt de mulie-
re, & dixi in dicto ca. fin.quod me-
tus cauſa.
Et ex prædictis infertur, quòd præce-
4 ptum † regis [e] ſit iuſta cauſa timo-
e ris, [f] vt not. per gloſſ.in c. conue-
f nior.in verbo moriere.xxiij.q.viij.
Contrarium tenet gloſſ.per illum tex.
in cap.fin.in verbo, metu regio. qui
cler.vel vouentes. Et concluſio bre-
uiter eſt,quòd ſi præceptum commi
natorium ſit iuſtũ metum inducat,
g ſaltem quando eſt ſolitus ſæuire [g]
contra inobedientes, vt not. Abb.
poſt Io. Andr.in d.c.fin.qui cler.vel
vouentes. cum ſimil.vt tradit Alex.
in conſil.xvj.ponderatis narratis in
themate col.penul.libr.iij.& Petrus
de Anch.in conſil.ccxc. aliàs ccc.vi
ſa ſupradicta facti narratione. vbi
loquitur de præcepto domini Ot-
thonis qui erat dominus Parmæ.Et
Ang.in conſi. ccxv.thema tale pro-
poſitum eſt.colum.fin.& Dominic.
in conſil.xv. ſuper primo dubio, in
ſecundo dubio.
5 † Sic etiam in officiali [h] præceptum
h cõminatorium [i] iuſtum metum in-
i ducit, ſaltem quando conſueuit fa-
cere illud quod dicit:vt not.Bart.in
l.metum.C. quod met. cauſ. in l. de
pupillo.§. ſi quis ipſi prætori. col.ij.
verſic.quinto quæro.ſuprà de oper.
noui nuntiat.in l. iij. ſuprà ex quib.
cauſ.maio.Abb. poſt alios in d.cap.
fi.de app.Eodem modo præceptum
pœnale ciuitatis iuſtum metum fa-
cit: vt not.Bart.in l.creditor.in fin.
ſuprà de ſolu.Bald. in l.falſus.in fin.
C.de fur.in l.omnem in fi.C. ad Ter
tul. Abb.in conſil.lx.quoniam ſatis.
colum.ij.lib.j.Andr.Sicul. in conſil.
xlij.col.iij.lib.j.
6 Et ad ſupradicta notandum eſt,† ꝙ
timor excommunicationis iuſtum
metum facit: vt not.per gloſſ.in ca.
cum olim.cl.iij.in gloſſ.fin.de reſti.
ſpol.& latè tradit Andr.Sicul.in con
ſil.xxx. bene enim cuncta geruntur.
libr.iij.
Venio ad ſecundum, qualiter metus
probetur. Et ex ſupradictis aliqua-
liter

7 liter colligitur. † Et generaliter
concludendum eſt, quòd probatur
k ex indiciis & præſumptionibus. [k]
Et ideo totum hoc arbitrio iudicis
relinquitur: vt not. Bald. in l.ſi quis
nec genus. C.de epiſco. & cler. ver.
adde tamen vnum. & idem Bald.in
conſi.xxvj. punctus. libr. iij. Petr.de
Anch.in conſi.ccxc.ſupra alle.Bart.
in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi Prætori.
in viij.q. ſupra de oper.noui nunt.
Alex.in conſil. xlviij. quoniam per
excellẽtiſſimum.libr.iiij.Et quòd ſit
verum, quòd ſit in arbitrio iudicis,
probatur in l.iij. ſupra, ex quibus
cauſ. ma.ibi, huius rei inquiſitio iu-
dicis eſt.not.per gl. Inno.& Doct.in
c.cũ dilectis.in verbo, mortis. quod
metus cauſa.& Bal.poſt glo. in l. in-
terpoſitas. in verſi. ciuitatum. C. de
l tranſact.& idem Bald. [l] in l.ij. C.de
his qui propter metum iudi.non ap-
pel. & in conſil. cccxiiij. quia quę-
ſtio.lib.iij.
Et in iſta probatione metus notan-
8 dum eſt, † ꝙ plus creditur duobus
m teſtibus [m] deponentibus de metu [n]
n & violentia, quàm centum depo-
nentibus de libera voluntate, vt no.
dicit Inno.in c. ſuper hoc. col. j. de
renuat.ſequitur Bal.in cõſilio ſchiſ-
matis. col.vij.in l.obſeruare.§. pro-
ficiſci. in xiij. q. ſupra de offic. pro-
conſul.& leg. Ang.in l.j.in fin.ſupra
quod met. cau. in l. ſi quis à ſe fun-
dum. C. vnde vi. & Abb. in capit.j.
quod met.cauſ. vbi rationem addu-
cit: quia deponentes de metu, atte-
ſtantur de minis, vel tormentis &
ſimilibus quæ ſenſu corporis perci-
piuntur. Sed alij deponunt ſimplici-
ter de voluntate ſecreta. Et fuit iſta
ratio Inno.in d.c.ſuper hoc.& idem
tradit Alex.in conſil. clvj. viſo pro-
ceſſu. in princip. lib.v. & And.Sicu.
in conſi.lv. col.j.lib.j.& in conſ.lxj.
col.v.eod.libr.j.in conſi.lxx. col.vj.
libr.ij. & iſta concluſio procedit niſi
alia præſumptio ſit in contrarium:
vt not. Ang.in l. fi. ſupra quod me-
9 tus cauſa. † Et hoc poteſt exempli-
ficari, quando actus eſſet factus in
o præſentia iudicis, [o] quo caſu metus
non præſumitur:vt not.Bar.& Doc.
in l. tranſactiones. C. de tranſactio.
Idem Bart. in l.j. de prædiis curial.
lib.x. Et ex hac ratione inferendum
videtur, ꝙ data paritate terminorũ
non ſit differentia: quia pariter vi-
detur credendum teſtibus deponen-
tibus de libera voluntate, ſicut de
metu. Cum enim vtroq; caſu agatur
de probãdo voluntatẽ alterius quæ
nobis occulta eſt, de illa præciſe nõ
poſſunt teſtes deponere.Sed in pro-
bando metum arguitur ex mediis
extrinſecis:puta ex cruciatu,vel mi-
nis quæ bene cadunt in ſenſum te-
ſtium. Et idem videtur dicendum in
probando media, ex quibus libera
voluntas arguitur: putà, quòd factũ
ſit in præſentia iudicis. Nã pari mo-
do teſtes de hoc deponere poſſunt:
ideo cæteris paribus, non videtur
differentia: & hoc tenet do. Sign.de
Mediolano in conſi. lxxiiij. in quæ-
ſtione vertente.in fin. & in ſimili fa-
10 cit: † quia plus creditur duobus [p]
p teſtibus affirmantibus, quam pluri-
bus negantibus: vt per gl. in l. diem
proferre.§. ſi plures. ſupra de arbit.
q Nam hoc [q] intelligitur quando de-
ponunt ſuper negatiuã ſimpliciter,
quæ improbabilis eſt. ca. quoniam
contra de prob. cap. bonæ. de elect.
Secus ſi negatiua coarctata ſit loco
& tempore:quia tunc ita negantibus
ſicut affirmãtibus,creditur. declarat
in l.actor.col.antep. verſi. itẽ ex de-
lictis. C. de probat. Vltimo notan-
11 dum eſt, † quòd metus in vno caſu
per ſolum iuramentum probari po-
teſt: vt habetur in cap. ſtatutum.§.
cum vero de reſcript.in vj.
Tertiò, quæritur an requiratur prote-
ſtatio.glo. hic concludit, quòd ſic.
Idem

idem glo.in ca.fi.de appel. l.ij.C. de
his qui propter met.iudic. non app.
& per illum text.in d. c.fin. vt enim
appareat ſtetiſſe per iudicem,& non
per partem, proteſtatio vtilis eſt &
neceſſaria:vt Bald.dicit l.properan
dum. §. ſinautem. verſic. quærit hic
gl.C.de iudic.& not.gl.in ca.cupien-
tes.§.ꝙ ſi per viginti.in verb.propo-
ſita.de elec.in vj. quam not. ibi Do-
mi. dicens, quòd impeditus facere
actum in termino ſtatuto, nõ excu-
ſatur,niſi proteſtetur. Et per hoc di-
cit Io.de Imol. prout Dom. refert ſe
obtinuiſſe in quadam cauſa appel-
lationis,in qua non poterat haberi
copia iudicis, pars quæ permiſit la-
bi tempus abſque proteſtatione,pro
illa negligentia in non proteſtando
ſuccubuit.& ſequitur Alexan. in d.§.
ſinautem vtraque.& in l.de pupillo.
§.ſi quis ipſi prætori.colum. iiij.ff.de
oper.noui nunt.& in conſil. clxiiij.
viſo proceſſu cauſarũ.col.fi.lib.ij.
12 † Sed tamen [r] vt dixi in d.c.fin. de
r appel. aduertendum eſt, quia gene-
raliter videtur,quòd tali caſu prote-
ſtatio nõ ſit præciſe neceſſaria, quia
ſicut in aliis caſibus ſufficit proba-
re metũ ſimpliciter, ita in caſu iſto
videtur, quòd excuſatus ſit iſte qui
non appellauit: dummodo metus
probetur.Bene verum eſt,quòd pro-
batio metus ex tali proteſtatione
coadiuuatur: vt dicit Io. And. in d.
c.fin.de appel.per cap.j.quod metus
cauſa. Nam non præſumitur ſtare
per iudicem, niſi probetur, vt not.
Bart.in l. damni infecti. §. Sabin. in
fin.ſupra de damno infect. Et quòd
proteſtatio non ſit neceſſaria, ex-
preſſe ſenſit Bart. in l. ij. §. quòd di-
ximus. ſupra ſi quis caut. dum in-
quit, hoc eſſe de conſuetudine. &
ibi expreſſe hoc dicit Alex. & idem
Paul. de Caſtr. in conſi. xxj.in cauſa
deſertionis.col.antepenul. verſi. nec
obſtare videtur. Et idem Aretin. in
conſi. clxiij. verum eſt quod Comi-
cus.col.iij.Abb.poſt Inn.in c.ex trãſ
miſſa.de præſcrip.& in c.j.quod me-
tus cauſa.in gl. & idẽ Alex. in l. qui
aliena.§.fi.col.iij.de acqui.hæred.&
eſt glo.j.c.j. quod metus cauſa. & in
s ca. notarius. xxxj. q.ij. & iſta [s] alle-
gaui in d.cap.fin.quod met.cau.quæ
poſtea Iaſ. peculiari more ſuo vſur-
pauit in d.l. de pupillo. § ſi quis ipſi
prætori.vbi ipſe in vltima eius æta-
te ſcripſit. & prius ſtabant ſcripta
mea,de app. Non obſt. iura quæ vi-
dentur proteſtationem requirere, d.
l.ij. C. de his qui propter met. & in
d.c.fi.de appel.& in ſimili in l. ij.ſu-
pra de nau.fœno.in l.fi. de lege con-
miſ. quia in illis caſibus videtur,
quòd ſola proteſtatione metus pro-
betur: quia illa iura nihil aliud vi-
dentur requirere: & ſi non eſſet fa-
cta proteſtatio, non negant illa iu-
ra quin probato metu abſque prote-
ſtatione quis excuſetur. Et notan-
13 dum eſt, † quòd talis proteſtatio ſi
t clandeſtine facta ſit, prodeſt: [t] vt
eſt tex.in c.j.quod met.cau. Et hoc
procedit reſpectu eius qui infert me
tum,coram quo quis nõ audet pro-
teſtari: vt not.ibi in glo.in d. c. j. &
in c.cum M. col.v.de conſti. Barto.
in l.de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori.
in xj.q.de noui oper.nunc.Bald.in l.
ſi repetendi.in fin.C. de condict. ob
cauſ. Secus eſt in præiudicium ter-
tij: quia proteſtatio clandeſtina &
illi tertio non præiudicat: vt not.
Bart.in l.qui aliena.§.Celſus.in fi.ſu-
pra,de acquir.hære.& Bal.in l.clari.
in fi.C.de fideicomm. & in notabili
quæſtione tradit Alex.in conſi. xvj.
ponderatis narratis col.pen.lib. iiij.
vbi concludit, ꝙ proteſtatio clan-
deſtina facta à patrono de nõ præ-
ſentando alium,& ꝙ ſi præſentaret,
quòd faceret per metum:talis prote-
ſtatio non nocet, neque præiudicat
illi qui poſtea præſentatus fuit: vt
latius

latius ipſe ibi proſequitur.
14 † In quarto dubio breuiter cõſide-
randũ eſt, quòd metus purgetur ex
libera voluntate quæ poſtea expreſ-
ſe vel ex aliquo actu deprehenda-
tur,vt metus qui in promittendo in-
teruenit, tollitur & purgatur ex ſo-
lutione quę poſtea facta ſit, l.ij.quod
met.cauſ.& not.Bal.in conſ.ccxl. do
natio facta.li.j.Alex.in conſi.cxxvij.
viſo inſtrumento,col.j.in fine,lib.v.
& Domini.in conſi.xxiij. quia diffu-
ſe.col. j. Et hoc præſertim videtur
procedere accedẽte interuallo tem-
poris propter quod metus purgari
præſumitur: vt not.Bal.in d.l.ij.cum
ſimi.vt tradit Alex.Et iſta concluſio
ſane intelligitur, & bene procedit
ceſſante cauſa metus. Sed eadẽ cau-
ſa metus durante & ſubſiſtẽte, nun-
v quã [v] etiã cũ interuallo metus pur-
gari videtur: vt not.Bal.in d.l.ij.ver.
ſed quæro. quem refert & ſequitur
Alex.in conſi.lxviij.lib. iiij. ſupra al-
lega.& And.Sicul.in conſi. liiij. col.
xiiij.lib.j. & hoc etiam probatur ex
eo quod not.Cyn.in d.l.ij.col.fi. per
iſtam.glo.vidi ſemel.vbi dicit,quòd
debitor qui fuit carceratus, & coa-
ctus præſtare cautionem de ſoluen-
do cõmunitati illud quod debebat
creditori ſuo, licet poſtea liberatus
fuit,& cũ interuallo ſolutionẽ fecit:
excuſatur tamen propter metũ: quia
niſi ſoluiſſet,iterum capi potuiſſet à
communitate, & ſeuerius tractari.
Et ſic durante cauſa metus non vi-
detur purgari. & hoc idẽ tradit An-
gelus in l.qui aliena. §. Celſus.de ac-
qui.hære.vbi concludit,ꝙ ſi ſit con-
tractus venditionis celebratus per
metum, ſi poſtea traditio rei vendi-
tæ facta ſit ex interuallo durãte ea-
dẽ cauſa metus, illa traditio videtur
facta per metum. & ſequitur Alexã.
ibi,inferendo poſt Ang.ad cõfeſſio-
nẽ factã ex interuallo poſt torturã.
Et idem comprobatur ex deciſione
quam ponit Bar.in l.ob turpẽ. col.fi.
ver. & adeo in quæſtione de facto.
ſupra de cond.ob turp.cau.de mari-
15 to † qui verberauit vxorem [x] quæ
x nolebat cõſentire cuidã inſtrumen-
to: ſi poſtea ex interuallo mulier
conſentit,certè, dicit Barto. videtur
cõſenſiſſe metu mariti: quia donec
durat matrimonium durare dicitur
metus.Et idem not.Abb.in ca.acce-
dens.in iij.not. de procurat. vbi in-
quit, ille qui tenetur alicui liberta-
tem reſtituere, non liberatur,illũ re-
laxando ſimpliciter in ſuo territo-
rio: quia non dicitur eſſe in liberta-
te, cũ de facili retineri poſſit. Et no.
Bart.in l. qui in carcere. ſupra quod
met.cau. Et idẽ in ſimili caſu tradit
Pet.de Anch.in conſi.ccix. ſupra al-
leg. col. fin. & in alio ſimili caſu de
rege Cypri ſcribit Cardi. in conſil.
cxxxvij. redemptoris omnium,qui
eſt rex regum. & Cal. in conſil.j. in
tit.quod met.cau. Et Abb.per illum
text.in c.accedens.circa fin.de con-
uer.coniug.Aret.in conſil. xiiij. viſo
& diligenter conſiderato. colum.x.
quod reſtat nunc videre de quarto
dubio.Alexan.in conſ.j. viſo proceſ.
col.iiij.lib.iij.& And.Sicul.in conſi.
liiij.col.xiiij. & ſequenti, libr.j. & in
conſil.vlt.colum.xj.lib.ij.

ADDITIO.

a Metus. De metu probando vide la-
te Ioan. Crotum in l. ſtipulatio hoc
modo concepta.col.xvj.verſ.in iſta.
ff.de verbo.obli. vbi multa pulchra
in materia ponit.& inter cætera, an
metus reuerentialis ſit ſufficiens ad
reſcindendum contractũ,& ibi con
cludit,quòd ſic, par doctrinam Bar.
in l.quæ dotis in fin.ff.ſol. matri. Et
aliorum,de quibus, ibi per eum,quĩ
ad hoc ponit duas fallentias. G.S.
b Iuſtus. Adde.quòd iuſtus metus di-
citur, qui ex factis & non ex verbis
infertur.Bald. in l. metum per illum
text. quod metus cauſa. ſed tu vide
Bart.

Barto.& Ange. in l. ad inuidiam.C. quod met. cauſa. vbi dicunt, quòd etiam ex verbis infertur iuſtus metus.& per Can. in cap. cauſam. matrimonij.de offi.deleg. H.C.

c Poſitiuo. Vide eundem Deci. in l. j.colum.j.nu.4.ff.de officio eius cui mand.eſt iuriſdi. G. S.

d Muliere. Adde Roman. in ſingul. ccxxvj.incip.tu ſcis.& Iaſ.l.interpoſitas.de tranſactio.

e Regis. Dixi ad Alexã. conſil.cxxiiij. in fi.lib.j. C. M.

f Timoris. Adde, quòd iuſtus metus dicitur ex iniuria illata meo domeſtico, ita Card.in cle. j. de except. præl.& metus. mortis dicitur iuſtus. l. ſi quis.§. pen. ad l. Aquiliam. metus iuſtus infertur etiam ex vultu ſuperioris.Alex. in l.j. quod met.cauſ. & not. quòd iuſtus metus excuſat, ſiue ſequatur eius effectus, ſiue non. Alexan.conſil.xlv in iiij. volum. vbi etiam dicit, quòd metus violentiæ eſt iuſtus metus: eſt etiam metus iuſtus, vbi eſt iuſta ſuſpicio. Bald.in l. fi.in j.col.de iu.deli.Itẽ etiam quando propter ſe male tractantur conſanguinei.Fel.c.eccl.ſanctæ Mariæ. de conſtit.ver.xiij.quæro &c. H.C.

g Eſt ſolitus ſæuire. Et quòd ſit ſolitus ſæuire probabitur per ſolam famam, ita ſcribit Iaſon, in repetitio.l. admonendi.col.lxxxv.nu.246.ff. de iureiurando. G. S.

h Officiali. Vide Bald. in ſua Marga. in ver.ap.in ver.xlvj.

i Cõminatorium. Adde, quòd etiam ſolus terribilis vultus Poteſtatis cauſat iuſtum metum: ita dicit Bald. in ca.j.§.iniuriæ. de pace iuramen.firman. Et idem tenet Ange.in l.qui in aliena.§. fi. ff. de acquir. hær. quem allegat Iaſ.in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.col. vj. verſic. in quinta quæſtione. Bar.ff.de oper.noui.nuntia. Quod dicit eſſe intelligendum, niſi eſſet malefactor, cui iudex tanquàm terribilis debet minari, & tũc tales minæ non cauſant iuſtum metum, ſecundum Bal.in l.j. in vj.col. ad fi.C.de confeſſis. G.S.

k Et præſumptionibus. Adde Bald.in l. interpoſitas.C.de tranſact.Ang.in l.j.§.quæ onerandæ.ff. quarum rerũ actio non datur. probatur etiã probando potentiam & malam conſuetudinem alicuius. Bart. in l.j.ſupra quod vi aut clam.Abb.ca.fin.de app.metus probatur per duos teſtes, ita Bal.in l. noſtram. C.de teſt.& vide Iaſ.in l. interpoſitas.C.de tranſaction. vbi ponit requiſita ad probationem metus. H. C.

l Bald. Et idem Bald.in c.item ſacramenta.de pace iur.fir.

m Duobus teſtibus. Adde Ioan. Crotum in l. ſtipulatio hoc modo concepta.col.xvj.verſ.tertio.ff.de verb. oblig. Et adde, quòd vbi agitur de probando metu teſtes ſingulares, quibus minus aliâs creditur, quàm vni teſti, vt per Bald.in l.de quibus. col.pen.ff. de legibus, probant metum. dictum eſt notabile Angeli in eius diſputatione incip. Aſſenſis miles. Et ſequitur Crot.vbi ſupra. col. xvj.ver.quarto. G. S.

n Metu.Iaſon, Deci.in l.interpoſitas. C.de tranſact.Deci.cap.fin.in fin.de appell.dixi ad Alexand. conſil.clvj. nu.3.lib.v. C. M.

o Iudicis. Vide Iaſ.in l.ſingularia.col. vij.verſi.circa primum.ff. ſi cert. petat. G.S.

p Duobus.Curt.tract.de teſtibus.conclu.ij.Corſet.ſingu.verſi. teſtis.Dec. conſil. cccccxxxiiij. in ſimilibus limitat.Marſil.ſing.cccccxlj.Adde Nicol.Boer.deci.c.nu.3. C. M.

q Nam hoc. Vide Bart. in l. hæredes palam.in fi.prin.ff.de teſtam. Et ponit pro ſingulari Anto. Corſetus in ſingul. in verſic. teſtis. incip.duo teſtes. Gab. Saray.

r Tamen.Dixi ad Alexan,conſil.lxix. num.7.lib.vij.

s Iſta allegaui.Idem dixit Dec. idem in conſil.ccxix.col.ij.verſi.circa primam.vbi hæc eadem alleg.Gabriel Saray.

t Prodeſt.Multa ad hoc ſcribit Iaſ. in l.non ſolum. §.morte.col. xj. circa finem.verſi.pro iſta.ff.de oper. noui nuncia. G. S.

v Nunquam.Dec.conſi.ccccIxviij.nu. 23.conſil.ccccxcviij.num.17.dixi ad Alexan.conſil. xcviij.lib.iij.& adde Philipp. Dec.l. pacta nouiſſima. nu. 12.C. de pact. & conſil. cxix. col.ij. Adde Hierony. Grat. conſil. xlviij. lib.ij. C.M.

x Vxorem. Vide Alexand. in apoſtil. ad Bartol.in l.j. §. qui onerandæ. ff. quar.rerum admini.non detur, vbi plene ponit.Et Io.Crotus in l.ſtipulatio hoc modo concepta. col. xvj. ver.ſecundum eſt.ff. de verb.oblig. Et Iaſ.in l. non ſolum.§. morte. col. xj.in fin.ff.de oper.noui nuntia.Gabriel Saray.

In l. Furioſi.

Argumenta.

1 *Prodigus quis vere dicendus.*

2 *Prodigus non verbis, ſed factis agnoſcitur.*

3 *Teſtes prodigum aſſerentes rationem aſſignare debent.*

4 *Prodigo non petenti datur curator. & nu.7.*

5 *Prodigus in acquirendo aſsimilandus eſt pupillo.*

6 *Prodigus in delictis non toleratur, ſicut in contractibus.*

REGVLA XL.

FVrioſi vel eius cui bonis interdicitur, nulla voluntas [a] eſt.

DE furioſo dictum eſt in regula, in negotiis. ſupra eodem. Hic dicendum eſt de prodigo. Et de æquiparatione quæ hic facta videtur.
1 Nam prodigus dicitur, † qui neq tempus nec finem habet expenſarum. Sed bona ſua dilacerando & diſſipando profundit, lege prima. §.j.ſupra, de cur.furio. Et prodigus
2 cognoſcitur † ex factis, non ex ſermonibus: vt notat Bartolus in lege is qui.§.diuus.ſuprà, de tut. & cur. da.ab his.

Et prodigus dicitur, qui expendit vltra ſubſtantiam ſuam, citra neceſſitatem: vt not.Angel. poſt gloſſ.in §.cum vero.in authent.vt determinſit numer.cleric.columna prima. Et not.Angel.Aretin.in §.furioſi in fin. inſti.de cur.
3 † Et ad probandum quem eſſe prodigum, debent teſtes aſſignare ra-
b tionem: [b] quia vident quotidie illum dilapidare & exponere valde vltra facultates eius. ita Bald. dicit in l.vbi adhuc.colum.antepenul.C. de iur.dot.

Et probatur quis furioſus, vel prodigus, ſi coniuncti habent illum pro furioſo vel prodigo, vt not.Bald.in §.item furioſi. inſtitut. quibus non eſt per.fac.teſt. Alexander refert & ſequitur in conſil.liiij.ad quæſitum. libr.j.

Et per dationem curatoris probatur, quòd quis ſit prodigus, vel furioſus: quia pro decreto præſumitur vt no. Bald.Angel.& Salic.in l.cum tex.C. de probat.cum ſi. vt Alexand.tradit in conſil.lxxxvij. viſo & opportune diſcuſſo.col.iiij.lib.j.& Cor.Per. in conſil.xxj.viſa dicta repudiatione.lib.ij.

Et ille q eſt datus curator, nõ poteſt dicere, nec auditur ſi dicat illũ nõ eſſe furioſum vel prodigũ cui datus fuit curator: vt tradit Rot.in v.dec.in ti. de

de teſt. in antiq. cum fi.vt proſequi-
tur Felin.in c.lator. col.ij. de re iud.
Et talis prodigus æquiparatur furioſo,
vt hic dicitur. Ad idem tex.in l.Ful-
cinius.§.adeo. in ver.idémque.& in
prodigo. ff.ex quib.cauſ.in poſ.ea.in
l.is cui bonis. de verb. oblig. & in l.
ſi prædia. ff.de rebus cor. in l.j. C.de
cura.fur. & in §.hæc dicimus. in au-
then.vt qui ſe res mi.obli.ha.perhi.
Et propter iſtam æquiparationē dicit
Bald. in l.qui habet. in princ.verſic.
quid in prodigo.ff.de tutel.ꝙ prodi-
4 go† etiam non petenti [c] dari poteſt
c curator: quia furioſo æquiparatur:
vt not.Bart.in l.hæ autem. in princ.
ff.ex quibus cauſis in poſſ.eatur.
Et pari ratione concludit Bartol.poſt
antiq.in l.ex facto.col.vj.verſi. quæ-
ro vtrũ.de vulg. & pupil.quòd ſicut
furioſo ſubſtitui poteſt,ita etiã pro-
digo,cum ſimil.vt ibi tradit Alex.
Et an talis æquiparatio de furioſo ad
prodigum procedat, vbi ſit eadem
ratio,videlicet quantum ad hoc ne
prodigus faciat deteriorē eius con-
ditionem,quia illis bonorum dimi-
nutio interdicta eſt, l. Iulianus. in
princ. ff.de curat.fur. l.ſi is qui.§.fin.
ff.de tutor. & curat.dat. ab his. & ita
regula iſta loquitur.
Secus ergo videtur quo ad acquiren-
dum ſibi: quia non prohibetur ſibi
acquirere ille cui bonis eſt interdi-
ctum,l.is cui.in princ. de verb.obli.
l.certi condictio.§.quoniam.verſic.
item quæri poteſt ſupra ſi cer.pet.&
no. Bart.hic. Et reſpectu acquiſitio-
9 nis † prodigus pupillo æquipara-
d tur: [d] quia non poteſt obligari ſine
tutoris autoritate, & tamen ſibi ac-
quirit.§.j.inſtit.de autor.tut.l.pupil-
lus. ff.de acq.rer.do. & not. Alexan.
d.l.is cui.in princ.de verb.obl. Nam
prodigis in eius fauorem bonis in-
terdicitur: & ideo non dicitur pro-
pter hoc capite diminutus:nec dici
tur condemnatus, licet declaratus
ſit prodigus:vt not.Bald.in l.fin,col.
pen.verſ.hic dubitatur quid de pro-
digo. C.vnde legi. reputatur tamen
prodigus vilis perſona,l.non debet.
6 ſupra de dolo. † Et ſupradicta ha-
e bent locum in contractibus. [e] ſecus
videtur in delictis in quibus punitur
ſicut quilibet alius:vt not. Ang. in l.
Fulcinius. §.adeò.in fi. ſupra ex qui-
bus cauſ.in poſ.eatur.adeò,ꝙ etiam
f ad mortem [f] condemnari poteſt:
quia vitium coniunctum vitio non
excuſat maleficium:vt Bart.dicit in
l.furioſum.in fi. C. qui teſt. fac. poſ.
& idem Paul.de Caſt.in d.l.is cui bo
g nis,cũ fi.vt tradit ibi Alex. [g] col.iiij.
h Nam [h] quando alienatio prohibita
eſt fauore alienantis, vt eſt in prodi
go: tunc alienatio quæ fit delinquē-
do non eſt prohibita, quia propter
delictum perdit fauorē:vt not.Bart.
in l.ſi quis in tantam. col.iij. verſic.
quæro an dominus.C.vnde vi.Et ſe-
quitur Alex.in cõſi.xxiij.opportune
conſideratis.col.ij.li.j. Aret.in cõſi,
xiiij. viſo & diligenter conſiderato.
col.v. Vltimo notandum eſt, quòd
7 licet ſuprà dictum ſit,†quod prodi-
go etiam non petenti curator dari
poſſit:tamen ipſe qui prodigus dici-
tur, debet in ipſa datione curatoris
i citari: [i] vt not. voluit Ang.in d.l.is
cui bonis.in verſi.an autē, quia agi-
tur de eius præiudicio, cum admi-
niſtratio ſibi auferatur. Et ſequitur
Alex.in d.l.is cui.circa fi.poſt alios.
& Socin.in conſ.cclxxix. viſa dona.
col.ij.verſi. præterea.
Sed tamen iſtud dictum videtur dubi-
tabile: quia prodigus æquiparatur
furioſo quantum ad adminiſtratio-
k nem, [k] & dationem curatoris:vt ſu
prà dictum eſt. Ergo non videtur ci
tatio neceſſaria ſicut in furioſo: &
etiam prodigo datur curator non
petenti, vt dictum eſt.Et non poteſt
prodigus impedire interdictionem
adminiſtrationis, nec dationem cu-
ratoris,

ratoris, ergo citatio non videtur
neceſſaria.l. iiij. §.j. ſuprà,de fid i-
commiſ.libert. Et per illum text.ita
arguit Paul.de Caſt.in conſi.xxxiiij.
ſuper primo dubio, ſecundùm for-
mam nouam,in nouis,in ij.volumi.
Oldr.in conſil. xcv. ex forma ipſius
ſtatuti.in fi.& Rom. in conſil. ccxij.
quo ad primum. cum ſimil. vt dixi
in regula,qui poteſt.ff.eod.

ADDITIO.

a Voluntas. Furioſus tamē obligatur
ex contractibus,in quibus obligatio
contrahitur re ipſa ſine cõſenſu,per
tex.in l.furioſus.ff.de actio.& oblig.
b Rationem. Alex conſi.cxlvij.nu.16.
lib.vij.Iaſ conſi.j.col.iij.lib.j.conſi.
lxxxv.cum ſeq.lib.ij. C. M.
c Non petenti. Vide Iaſ.in l. ſi is cui
bonis.de verb.oblig.in iij. col.in vj.
notab.vbi etiam ponit quãdo æqui-
paretur furioſo,& quando pupillo.
d Pupillo æquiparatur. Adde aliam
æquiparationem quam ponit Bart.
in l. ſi quæramus.col.ij. verſi.ſecun-
da regula.nu.6.ff.de teſtam. vbi tra-
dit quòd ſtatutum poteſt diſpenſare
circa impuberem, & prodigum, vt
facere poſſint teſtamentum, cum in
prodigo & impubere præſumptiuè
ſit mentis defectus,quæ præſumptio
cùm ſit iuris ciuilis circa eam po-
teſt ſtatutum diſpenſare. G. S.
e In contractibus. Hoc idem notat
Barto.in l.is cui.col.fi.verſic.quæro.
nu.6.ff.de verb.oblig. G. S.
f Mortem.Idem Lancelo.Pol.in tract.
ſubſtit.de exempl.ſubſtit. nu. 14. li-
cet communis contra,vt alibi plenè
dixi. C. M.
g Alex.& Iaſ.ibi, in ix. col. verſic. ſe-
cundo quærit Bart.&c.
h Nam. Dixi in conſuetudi. Pariſien.
§.xxx.q.xiiij.nu.61. C. M.
i Citari.Hæc vera & obſeruatur.C.M.
k Adminiſtrationem.Adde tamen gl.
d.l.is,cui bonis. & ibi Iaſ. in iij. col.
in fi.vbi dicit, quòd furioſus poteſt
contrahere, obligari, & alienare,
antequàm interdictum ſit bonis: &
communiter tenetur illa gloſ.prout
ibi Iaſ.in verſi.pro clara intelligen-
tia.& pro opin.do.Philip. facit vnũ
dictum Bart.in l. qui habet. §. ſi pu-
pillus.de tutel.ff.vbi dicit, quòd fu-
rioſus & prodigus accipiunt cura-
tores ignoranter, per l. Fulcinius.§.
adeo.hic allegato, ergo ſi ignoran-
ter, patet ſine citatione, vt dictum
fuit,in d.regu.qui poteſt. Iaſ. tamen
in repetit.l.Gallus. §. & quid ſit tan-
tum. col.xix. vult reprobare dictum
Paul. de Caſt. reſpondendo ad reg.
qui poteſt tamen nihil facit. Item
facit pro iſta opin. id quod tenet
Barbat.in conſil. lxx. in iiij. volu.v.
col.in princ.quòd vbi eſt notorium
parti abſenti nullam competere de-
fenſionem:tunc non requiritur cita-
tio:quod not. Hier. Cuch.

In l. non debet actori.
Argumenta.

1 *Actor procuratorem reuocare non poteſt.poſt litem conteſtatam,ſicut nec reus.*
2 *Reus iiſdem priuilegiis vtitur,qui-bus & actor.*
3 *Actor non debet meliori gaudere conditione,quàm reus.*

REGVLA XLI.

NOn debet actori licere,
quod reo non pmittitur.
a EAdem regula habetur,in regu. [a]
non licet actori.eod, tit. in vj. Et
ibi ſecundum Dyn, exemplificatur,
1 quòd† ſicut non poteſt reus poſt li-
tem conteſtatam reuocare procu-
ratorem.l. poſt litem. ſuprà,de pro-
curatorib. pariter nec actori licet.l.
quæ omnia,ſuprà,eod,tit.
Et ad hoc facit gloſſ. in clemen. ſæpe.
de verb.ſign. in verbo, voluerit.quæ

dicit, quòd illud quod non permit-
titur reo in conuentione, non debet
concedi actori in reconuentione.
a Et † ideo ſi actor impetrauit quòd
cauſa terminetur appellatione re-
mota: idem erit in caſu reconuen-
tionis contra actorem: vt no. per gl.
per illum text. in c. ij. de mur. petit. &
Bald. in c. j. §. in quibuſdam. in verſi.
ſimile habemus. de conſue. recti feu-
di. & ſi actor impetrauit in cauſa ci-
uili, quòd reus debeat perſonaliter
comparere, etiã actor cogitur per-
ſonaliter comparere: vt not. Domi.
in c. j. col. ij. in verſi. quid ſi actor. de
dolo & contuma. in vj. & facit iſta
regula, non debet licere actori quod
reo non permittitur.

Vnde ſi agens pro liquidatione inſtru-
menti quod ex forma ſtatuti para-
tam habet executionem, habuit di-
lationem ad liquidandum, pariter
in tali dilatione poterit reus articu-
lum facere & probatur cõtra liqui-
dationem: vt not. tradit Bald. in l. ſi
cauſam. col. fi. verſic. apponitur pœ-
na. C. de except. rei iud.
3 Et † in effectu regul. iſta videtur ve-
ra, quod actor non debet eſſe melioris
conditionis, quàm ſit reus, non autẽ
dicit, quòd à pari procedãt actor &
reus, vt dixi in c. j. de prob. col. xxv.
Nam cauſa rei fauorabilior eſt, vt
in reg. l. fauorabiliores. j. eod. c. ibi vi
debimus quando à pari procedant
actor & reus: & in quibus melioris
conditionis ſit actor, quàm reus.

ADDITIO.

a Reg. Ægid. Bellame. deciſ. dccxxix.
Marſil. ſingul. cclxxxviij.

In §. In re obſcura.

Argumenta.

1 *Damnum vitanti plus fauendum*
quam lucrum quærenti, qualiter
intelligendum.
2 *Priuilegiatus damnum fugiẽs quo*
vtatur remedio aduerſus priuile-
giatum quærentem lucrum.

IN re obſcura melius eſt fa-
uere repetitioni, quàm ad-
uentitio lucro.

REgula iſta intelligitur quando
tractatur de damno euitando,
1 vt gloſſ. hic dicit: † alias eſſet me-
lior conditio poſſidentis in pari ca-
ſu: vt in regu. l. in pari cauſa. j. eod. l.
ſeruum. §. fi. j. de minor. & in l. ſi ſer-
uum. §. ſequitur. in fi. de verb. oblig.
Sed quando altera tractat de dam-
no, eius cauſa fauorabilior eſt con-
tra illum qui tractat de lucro: vt hic
2 dicitur. Et ideo † tali caſu priuile-
giatus qui tractat de damno euitan-
do, vtitur priuilegio contra priuile-
giatum qui tractat de lucro l. fi. ff. ex
quibus cauſ. maior. & in c. auditis,
de reſtitut. in integr. & not. Bald. in
auth. perpetua. C. de ſacroſan. eccleſ.
Pet. de Anchar. in conſil. xxxvj. con-
tra Ioan. Marianum, Pau. de Caſt. in
conſil. cccxiiij. alias cccxvij. vt be-
ne attingatur in fin. Rom. in conſil.
clxxix. ampliſſime doctor. col. pen.
& Ang. Aret. in §. rurſus. col. ij. inſtit.
de actio. Et dixi in c. in præſentia.
de prob. in vj. char. in glo. fin. Nam
alia ratio damni, alia ratio lucri ha-
betur: vt dictum eſt ſuprà eo. in reg.
in eo. in prin. vbi videndum eſt.

In l. Qui in alterius.

Argumenta.

1 *Hæres in rebus defuncti iuſtam*
ignorantiam prætendere poteſt.
2 *Hæres emphyteutæ nõ cadit iure, ſi*
fundũ emphyteuticum vendiderit.
3 *Hæres, teſtamenti notitiam habere*
præſumitur.
4 *Hæres in damno vitando propter*
ignorantiam excuſatur.

5 *Hæres quare conuentus ob ignorã-*
tiam excuſetur, conueniens autem
non item.
6 *Proteſtãs ſe eſſe procuratorem vel*
hæredem, inſtrumento hoc ipſum
probare debet.
7 *Reus iuſta litigãdi cauſa vſus, ſuc*
cumbẽs ab expenſis excuſari debet.
8 *Reus publicato proceſſu, vel inſtru*
mento producto deſiſtens, ad expen
ſas damnari non debet.
9 *Debitor in expenſas non dãnatur*
ſi citatus abſque interpellatione de
bitum fatetur.
10 *Reus quando ad expenſas meritò*
damnetur.
11 *Dolus actoris quãdo cum dolo rei*
veniat compenſandus.
12 *Reus ex iuſta cauſa ab expenſis*
excuſari poteſt, non item actor.

REGVLA XLI.

QVi in alterius locum ſuc
cedunt, iuſtã habent cau
ſam ignorantiæ, an id quod pe
titur, debeatur. Fideiuſſores
quoque nõ minùs quàm hære-
des iuſtam ignorantiam poſ-
ſunt allegare. Hæc ita de hære
de dicta ſunt, ſi cum eo agatur,
non etiam ſi agat: nam planè
qui agit, certus eſſe debet: cùm
ſit in poteſtate eius quando ve
lit experiri: & antè debet rem
diligenter explorare, & tunc
ad agendum procedere.

EAdem regula, habetur in regu-
la, cum quis. eod. tit. in ſexto.
1 Nota † quòd hæres habet iuſtam &
probabilem ignorantiam in rebus
defuncti. Quia in facto alieno igno
rantia probabilis eſt. l. fi. ff. pro ſuo. l.
ſi mulier. ff. ad Vellcian. Et ideo ex
tali ignorantia hæredi datur reſtitu
tio: vt not. Bart. in l. ad diem. in l. cũ
filius. §. in hac. de verb. oblig. Dyn.
in reg. cum quis. eod. tit. in vj.
a Et de hærede emphy. [a] not. per glo.
fi. in l. ij. C. de iure emphy. cum ſimi-
lib. vt late tradit Alex. in d. §. in hac.
col. ij. Et Card. in conſ. xciiij. reſpon
deo quòd.

Et per iſtum tex. dicit Bart. in l. non ab
re. in fi. C. vnde vi. quod hæres ſi igno-
rauit rem conductam à defuncto,
non tenetur pœna illius legis.
2 Similiter † ſi hæres emphyteutæ
ignoranter vendidit fundũ emphy-
teuticum, nõ cadit à iure ſuo. Et do-
minus volens reuocare, debet pro-
b bare [b] ſcientiam [c]: quod eſt not. di
c gnum. ita Bald. in c. j. §. ſi vaſal. feud.
in fi. in tit. ſi de feud. fuer. controuer.
inter domi. & agna.

Et quando hæres ex facto ſuo & pro-
pria culpa cõuenitur, omnino pro-
pter iuſtam ignorãtiam excuſatur:
vt not. Pau. de Caſt. in conſ. xx. vltra
ea quæ ſuperius alleg. ſunt. Et in ſi-
mili caſu tradit Corn. Peruſ. in con-
ſil. cx. videtur in hac conſultatione.
col. fin. lib. j. vbi inquit, quod text. in l. j.
C. de donat. quæ ſub modo, non ha-
bet locum in hærede qui ignorauit
obligationem de alimentando.
3 Et † prædicta cõcluſio procedit niſi
agatur de his quæ in teſtamẽto con
tinentur, de quibus hæres præſumi-
tur habere notitiam. l. non eſt feren
dum. ff. de tranſa. Nam poſt aditam
hæreditatem hæres præſumitur ha
bere notitiam de teſtamẽto: vt not.
Bald. in l. cætera. §. ſi. verſic. ſecundo
noto. de legat. j. & in l. ſi tutor peti-
tus. in verſic. ſexto fallit. ff. de peric.
tut. & dicit Bald. in l. eius qui. col.
penul. ff. ſi cert. pet. quòd veritas eſt,
quod quilibet hæres etiam ſuus [d] poſt
immiſſionẽ factam præſumitur ſ. i-

re & vidiſſe teſtamentum, & idem
Paul.de Caſtr.in conſi.x. clarum eſt
in iure. cũ ſimil. vt tradit Alex. in l.
qui Romæ.§.duo fratres.char.ante-
penult, de verb.oblig.& ſecundum
iſtam concluſionem cõſuluit Alex.
in conſi.iiij. videretur inſpectis his.
col.pen.lib.ij.& not. Abb.in conſil.
xix. facti contingentia. libr.ij & in
conſil.liiij. videtur primo.circa fin.
eod.lib.ij.
4 Secundo † iſta regula intelligitur
vbi agitur de damno vitando: quia
hæres excuſatur propter ignoran-
tiam,vt hic dicitur,cum ſimilib.Ad
idem tex.in l.in ſumma.§.ſi ſeruum,
ff.de condict.indeb.
Secus ſi agatur de cauſa lucratiua:quia
hæres ex iuſta cauſa ignorantiæ nõ
excuſatur: vt not.per gloſſ.in d.§.ſi
ſeruum.per tex.in §.res legata.verſi.
ſi vero.inſtit.de leg.vbi hæres tene-
tur ad æſtimationem ſerui legati
quem ignorãter manumiſit: & non
excuſatur hæres quominus ad æſti-
mationem ſerui manumiſſi tenea-
tur,licet legatum ſerui relictum fuiſ
ſet in codicillis:vt eſt text.in l.ſi ſer-
uum. §. de illo quæritur. de verbor.
oblig.& ad idem text. in l. quidam
ita. §. qui filium. in fin.ff. ad Trebel.
vt colligitur ibi. Hoc amplius, & ſi
ignoraſſet filius codicillos à patre
factos, nihilominus hæredes eius
ſeruum præſtare debebunt, ne factũ
eius alteri damnũ afferat. ad idem
text.in l.ſi quis inquilinos.§.j.de le-
gat.j. & facit tex.in l.fi.de lega.ij. Et
ratio in iuribus præallega. videtur:
quia hæres prætendit cauſam lucra-
tiuam,vt glo.dicit,in d.§.ſi ſeruum.
vbi Bart.ſequitur.& in d.l.ſi ſeruum.
§.de illo quæritur.& ibi Alexã. poſt
alios. & idem Angel. Areti. in d.§.ſi
res legata. in fin. poſt alios quos ibi
refert, & in dictis legibus duo con-
currunt: cauſa lucratiua hæredis,&
regula quę dicit quòd factum vnius
alteri nocere non debet: vt dicitur
in d.§.ſi quis filium.in regula.l. non
debet.infrà eod.
5 Tertio,† regula habet locum in hæ
rede qui conuenitur: ſecus ſi agat,
quia ex ignorantia probabili non
excuſatur, quia debet inueſtigare,
cum in poteſtate ſua ſit,quãdo age-
re velit: vt in text.hic dicitur.& fa-
cit text. in l.ſi quando.C. de dilatio.
cum ſimil.alleg.in glo. & inter alia
allegat l.pure. §.fi.ff. de doli except.
De cuius intellectu dixi in c. ſi autẽ.
de reſcript.
Et iſtam l. in iſta parte limitat Cardin.
dupliciter in conſil.xciiij. alleg.vbi
primo dicit,ꝙ dicitur hic de actore,
licet non debeat excuſari ſicut reus,
per hoc nõ tollitur,quin etiam ipſe
actor ex aliqua cauſa probabili poſ-
ſit excuſari,alleg.not.per gloſſ.in c.
ij.in verſ.non feciſſent.de oper.no-
ui nuntia.& xij. q.ij. in c.expedit.in
gloſſ.fi. & de hoc inferius dicam.
Secundo limitatur procedere quando
probatio eſt facienda ab ipſo acto-
re: ſecus ſi probatio fieri debet per
libros qui nõ ſunt in poteſtate acto-
ris, ſed alterius. & ſic pendet ex fa-
cto alieno, in quo probabilis eſt
ignorantia.l. fin.ff. pro ſuo.& not.c.
ab excommunicato.de reſcript.Iſta
tamen ſecunda limitatio ſatis vide-
tur includi ſub prima.
Circa ea quæ dicit Bart.hic,primo no-
e tãdum eſt, quod de proteſtatione [e]
dicit, & idem Bart. in l. ſi quis infi-
6 ciatus.ff.depoſiti,vbi inquit,† ꝙ ſi tu
proteſteris mihi quod tibi ſoluam,
quia es procurator vel hæres, debes
f facere fidem [f] per inſtrumentum:
alias ego non ſum in mora.& idem
in l.grege.§. cum pignori.in verſic.
aduerte quòd ſi denuntiatio. ſuprà
de pignor.cum ſimil. vt tradit Alex.
in l. de pupillo §. qui procuratorio.
in prin.ff. de noui oper.nuntia.& in
conſi.xcv.viſis proceſſibus.col.pen.
lib.ij.

lib.ij.& in conſil.clxxij. viſis & op-
portune diſcuſſis.col.j. in fi. e.lib.ij.
7 Secundo nota,† quòd reus qui ſuc-
g cubuit, excuſatur ab expenſis [g], ſi
habuit iuſtam cauſam litigandi. &
idem not. Bart. in l. qui ſolidum.§.
etiam.in j.notab. de leg.ij. in l.pro-
perandum. §. ſinautem alterutra. in
prin.C.de iudic.& in l.iij.poſt gloſſ.
ibi.§.ſi rem.de leg.iij.
Et iuſta cauſa exemplificatur per Bart.
hic, quando reus deſtitit à lite poſt
productionem inſtrumenti, in quo
apparet de iure actoris: vel poſt pu-
blicationem teſtium, ex quibus ap-
paret de meritis cauſæ in fauorem
actoris: nam excuſatur ab expenſis,
ſi à lite deſiſtat. Si vero proſequatur
litem poſt productionẽ inſtrumen-
ti, vel poſt publicationem teſtium,
debet condemnari in expenſis poſt-
ea factis: ſed excuſatur ab expenſis
quas actor prius fecit,vt Bartol. hic
concludit, & clarius idem tradit in
l.ſi quis inficiatus.ff.depoſi.& in d.l.
properãdum. §. ſinautem alterutra.
h C.de iudic.cum ſimil. vt Alex. [h] ibi
ſcribit.col.iij.verſi. iuxta hoc. & idẽ
Pet. de Anchar. in conſil.cccxxxvj.
ſuper primo dubio ſubtiliter. & idẽ
Angel.in l.deſtitiſſe.ff.de iud.Abb.in
c.ij.in fi.de ſecund.nupt.
Sed tamen aduertendũ eſt in iſta con-
cluſione inſtrumenti quam cõmu-
8 niter omnes ſequuntur.† nam quan
do poſt productionem inſtrumenti
vel publicationem proceſſus reus à
lite deſiſtit: clarum eſt quod non
debet condemnari in expenſis pro-
pter iuſtam cauſam quam habuiſſe
videtur. & in hoc communis con-
cluſio placet.Sed ſi reus non obſtan
te productione inſtrumenti vel pu-
blicatione proceſſus fuit litem pro-
ſequutus,& ſuccubuit,videtur quòd
debeat in expenſis totius litis con-
demnari, non ſolum in expenſis fa-
ctis poſt inſtrumẽti productionem
vel publicationem proceſſus, vt o-
mnes tenent, ſed etiam in expen-
ſis factis prius, à quibus non vide-
tur excuſari, ex eo quòd malam li-
tem proſequutus fuit, etiam poſt
productionem vel publicationem.
Quo caſu veriſimiliter videt᷑ quòd
etiam ſi à principio notitiam ha-
buiſſet de inſtrumento poſtea pro-
ducto, quòd tamen non ceſſaſſet à
lite: ideo in expenſis totius litis de-
bet condemnari.Et hoc in ſimili ca
i ſu tradit Rom. [i] in ſingul. cccxcvj.
alio ſeto domin. Manuellus,vbi in-
9 quit, † quòd ſi creditor citatus abſ-
que interpellatione debitum confi-
tetur, non debet condemnari in ex-
penſis: quia ſicut citatus coram iu-
dice debitum confitetur,ita videtur
quòd appellatus de his ſimiliter cõ-
feſſus fuiſſet. Secus dicit Rom.ſi de-
bitor conuentus debitum negauit:
quia tunc debet in expenſis condem
nari, licet extraiudicialiter interpel
latus non fuerit: quia veriſimiliter
ſicut debitum in iudicio negauit,
ita etiam interpellatus negaſſet. &
ita Rom.conſuluit in loco ſuprà al-
legato. Et fuit diſtinctio Guliel. de
Cun.C.de eden.vt Angel.refert, in l.
debitores.C. de pign.& Abb. in c.ij.
de accuſatio.
Et ſimiliter in caſu noſtro videtur di-
cendum. Nam quãdo producto in-
ſtrumento vel publicato proceſſu
reus ceſſat à lite,excuſatur ab expen
ſis. Quia veriſimiliter ſi talem noti-
tiam à principio habuiſſet,non liti-
gaſſet ex quo nunc deſiſtit. Secus vi
detur, quando totam litem proſe-
quitur, non obſtante productione
inſtrumenti, vel publicatione pro-
ceſſus: quia tunc veriſimiliter ſi à
principio litis talem notitiam ha-
buiſſet, voluiſſet litigare: & ceſſat
ratio quæ conſideratur quãdo deſi-
ſtit: & ideo ſemper videtur malam
litem proſequutus, merito ſuccum-

bens, in expenſis totius litis debet
condemnari.
Et iſta declaratio optime applicari po
teſt ad illud quod dicitur.in c.exce-
10 ptionem.de excep. † quòd reus qui
malitioſe diſtulit opponere exce-
ptionem excommunicationis, vt a-
ctor vexaretur litibus & expẽſis de-
bet condemnari in expenſis factis
per actorem.& idem dicit Bal. in d.
c. exceptionem. de illo qui calum-
nioſe diſtulit producere inſtrumen-
k tum, k vt non audiatur poſtea niſi
refectis expenſis. Nam hoc videtur
intelligendum quando aduerſarius
cui expenſæ ſolui debẽt, à lite deſi-
ſtit. Secus videtur ſi poſtea etiam li-
tem iniuſtam proſequatur. Quia ve-
riſimiliter etiam à principio oppo-
ſita exceptione excõmunicationis,
vel producto inſtrumento non de-
ſtitiſſet à lite. vnde tali caſu patet, ꝙ
malitia rei in non opponendo ex-
ceptionem, vel non producẽdo in-
ſtrumentum, non fecit actori præiu
dicium; & ſic videtur ceſſare ratio.
d.c.exceptionem. ideo debet ceſſa-
re eius diſpoſitio.c.cum ceſſante.de
appel.l.adigere.§. quanuis.ſuprà de
11 iure patr. † Nam licet reus qui diſtu
lit opponere exceptionem, vel pro-
ducere inſtrumentum, videatur eſſe
in culpa vel dolo: pariter etiam ad-
uerſarius qui poſtea etiam litem in-
iuſtam proſequitur, videtur eſſe in
dolo.& ideo dolus cum dolo debet
compenſari.l.ſi duo.ſuprà, de dolo.
l.ſi ambo. ſuprà de compenſa. Et in
ſimili. not. Abb. in d.c. exceptione.
col.antep.poſt alios quos ibi refert.
Et ſit iſta compenſatio, vt reus qui
diſtulit opponere exceptionem vel
producere inſtrumẽtum, non tenea-
tur in expenſis. Actor tamen qui fuit
proſecutus litem iniquam, poſt ex-
ceptionem oppoſitam vel produ-
ctionem inſtrumenti ſi ſuccubuit,
debet condemnari in expenſis, ſe-
cundum regulam. l. properandum.
§.ſiue autem alterutra.C.de iud.
12 Tertio & vltimo not. † quòd licet
reus iuſtus ab expenſis ex iuſta cau-
ſa excuſetur, vt ſuprà dictum eſt. Se-
cus videtur in actore, vt Bart. dicit
per iſtum tex. non tamen præciſe in-
telligatis ꝙ actor non poſſit excu-
ſari. Sed in actore requiritur cauſa
magis iuſta, quàm in reo. idem Bar.
dicit in l. eum quem temere. ſuprà
de iudi.in verſi.ad vnum tamen ad-
uerte.alle.iſtam l.& fatetur Bar.hic,
quòd etiam ex parte actoris poteſt
eſſe iuſta cauſa: videlicet quando
actor deſtitit, cognito quòd debebat
deſiſtere:& tunc releuatur ab expen
ſis.l. deſtitiſſe. ſuprà de iud. Et hoc
intelligendũ videtur, quando à prin
cipio habebat euidenter iuſtam cau
ſam litigandi, & contrarium ab eo
l perſcrutari non potuit: l & ſic ceſſat
ratio quæ in text. allega. & de iuſta
cauſa in perſona actoris not. Card.
in conſi.xciiij.ſuprà alleg.

ADDITIO.

a Emphyteutæ. Alexã.conſi.xlv.lib.v.
Corn.conſi. clxv.lib.ij. Idem in va-
ſallo.Bal.conſil.ccccxxix.lib.j.Paul.
conſi.cccxj.in fi.lib.j.Bertran.conſi.
ccclxxj.viſo proceſſu.colum. finali.
libr.ij. C.M.
b Debet probare. Præſumitur enim
ignorantia, quæ ignorantia proba-
tur per ſolum iuramentũ. gl. ſingul.
in c.ij.in ver.affectata.de temp.ord.
in vj.& tradit Iaſ. latè in repetitio.l.
admonendi.col.cvij.nu.308.ff.de iu
reiur. Et hinc eſt, ꝙ iuramẽtum ne-
ceſſariũ in defectu probationis non
defertur hęredi, qui cõmuniter prę-
ſumitur ignorare iura eius cui ſuc-
ceſſit, ita dicit Iaſ.in d.l.admonẽdi.
col.cviij.nu.312.verſ.ſecundus. G.S.
c Scientiam. Dec.conſi.cccxxviij.Iaſ.
conſil.lxiiij.colum.iij.lib.iij.dixi in
conſuetud.Pariſ.§.j.gloſ.vij.nu.4.§.
xiij.gloſ.v.num.6. C.M.

Suus

d Suus. Dummodo ſit maior. Aym.
conſi.cxciij.num.7. vel repertum ſit
apud eum teſtamentum.l.non eſt fe
rendus, ſuprà, de tranſact. Anchar.
conſi.clx.Pau.conſ.xix.& xciiij. lib.
ij.Aret.conſi.xv.ad fi. C. M.
e De proteſtatione. Adde eũdem Bart.
in l.non ſolum.§.morte.in ij.quæſt.
prin.col.vj. verſic. quandoque fit ex
cauſa.nu.35.ff. de oper. noui nuntia.
Et hunc tex.ibi inducit Bar.col. vij.
verſi.circa ſecundum.nu.41.ꝙ ſi fuit
aliquis exbannitus, propter quod e-
go credebam me poſſe illum impu-
nè offendere iuxta notata per Bart.
in l.omnes populi. in iij.q.prin. col.
vij in fi.verſi.ex iſta theorica. num.
23.ff.de iuſtit. & iure. Et ipſe denun-
tiat, & proteſtatur mihi ne eum of-
fendam, quia eſt reſtitutus, certè ſi
illius proteſtationi non crediderim,
non puniar, quia ad hoc vt credere
tenear illius proteſtationi, debet mi-
hi inſtrumentũ reſtitutionis oſtẽde-
re, vt ibi per Bar. ſed ſi eum offende-
ro, ego veniam puniendus ex eo, ꝙ
debebam diligenter inueſtigare, an
mihi liceret eum offendere, & hoc
arg.huius text. & l. qui cum alio. ſ.
eod. Et eſt ratio, quia ille, qui vult
offendere partes actoris videtur ſu-
ſtinere. Quod eſt valde notabile. Et
vide eundem Barto.in d.§.morte. in
iij.q.prin. verſi. tertio principaliter.
col.ix.num. 47. Et Baueriam in l.ſi
ex legati.col. viij. in verſi. iſtud ta-
men.ff.de verb.obl. Et eundem Dec.
ſ.eo.tit.l.velle.nu.3.in fi. G. S.
f Fidem. And.Tiraq.in tract.Retract.
conuen.§.ij.glo.vj.num.5. C. M.
ter cõtractam non reputatur inimi-
cus, ita quod repellatur à teſtimo-
nio, ſed bene detrahitur de fide: vt
concludit Cyn. in l. ſi quis teſtibus.
colum.fin. verſicu. octauo quæritur.
de teſtibus.& Bald. ibi ſequitur. col.
fin.verſic.quærit.Cyn.

ADDITIO.

a Socius meus nõ eſt. Facit,quia fide-
iuſſor fideiuſſoris mei non dicitur
meus fideiuſſor Alex. in l. ſi ſeruum.
§.nũc videamus.ff.de verb. obl. G.S.
b Inimico. Adde Felin.in c.accedens.
lo,ij.in prin.& Phi.in ca. poſtremo.
ij.col.de app.vbi latè ponit ex qui-
bus præſumitur quis inimicus. &
Abb.in c. ad hæc lo j. de app. & Fe-
lin.c.cum ſuper de offi.deleg.vbi di-
cunt quòd ille qui non ſalutat me,
præſumitur inimicus:qualiter intel-
ligatur, vide per eos,etiam do. Are-
tin.in cap. repellantur. de accuſ. in
j.colum.Hier.Cuch.

In l. Quicquid calore Argumenta.

1 *Contractus calore iracundiæ ini-
tus, quando effectum ſortiri di-
catur.*
2 *Votum,nullum præſumitur, quod
calore iracundiæ emittitur.*
3 *Votum, deliberationem non modi-
cam requirit.*
4 *Iuramentum iracundia præſtitũ,
non ligat iurantem.*
5 *Confeßio per iracundiam facta,
reuocari poteſt ex iuſta cauſa.
Excommunicatio calore iracun-
diæ lata,timeri debet vt valida.*
6 *Ira non excuſat delictum.*
7 *Delinquens quando propter iram
excuſetur.*
8 *Delinquens per iracundiam pro-
uocatus puniri debet mitius.*
9 *Delictum per iram commiſſum,
intra quantum tempus excuſari
debeat.*

REGVLA XLVIII.

QVicquid calore iracũdiæ
vel fit, vel dicitur, non
prius ratum eſt, quàm ſi perſe-
a uerantia [a] apparuerit,indiciũ
animi fuiſſe: ideoque in breui
b reuerſa [b] vxor nec diuertiſſe
videtur.

REgula iſta colligitur in l.diuor-
tium.ſuprà de diuor.quam glo.
hic adducit:& ibi verba regulæ for-
maliter leguntur. ad idem text. ij.q.
iij in c.ſi quis iratus.
1 Et iſta reg. habet locum † primo in
contractibus,prout loqui videtur.&
tenet Bart.hic.& gloſſ. in d.c.ſi quis
iuratus. per text. in l. licitatione. in
princ.ſuprà, de pollic. Et limitatur
non habere locum in contractu fa-
cto cum eccleſia,vel ad pias cauſas:
quia valet & retractari non debet
xvij.quæſt.iiij. ſunt qui opes. quem
text.ad hoc allegat.Rom.in ſingul.
cccccviij. incip. volo commentare.
ſed ille textus intelligitur in eo qui
fuiſſet aliqualiter concitatus: ſecus
ſi alienatus à mente fuiſſet propter
iracundiam: quia talis contractus
non deberet ſeruari:vt not.Io.And.
& Anth.de But.in c.dudum.de con-
c uer.coniug.cum ſimil.vt Feli. [c] tra-
dit in c.ſicut ex literis. de iureiur.Et
hoc idem dicendum videtur in aliis
contractibus.
Aduertendum tamen eſt, quia text.
in dicto c. ſunt qui opes. ita legi &
punctuari poteſt, quod nihil facit:
vt dicamus, ſi illa verba tumultua-
rio mentis impulſu, referãtur ad re-
uocationem donationis, nõ autem
ad donationem prius factam: & ita
dicit Io. Andr. in d.c. dudum.circa
fin.in verſi. item ſciendum. Sed iſte
intellectus eſt cõtra illum text. dum
dicit, quòd prima donatio non ha-
buit iudicium ibi: nec prima iudi-
cium habuit: & ideo tenendum eſt
quod ſuprà dixi.
2 Secũdo † etiam regula habet locum
in voto:vt voluit glo.not.in d.c.du-
dum. in verſic. calore iracundiæ. in
fin. Et hoc intelligitur quando eſt
talis iracundia quæ alienationem
mentis inducit: aliâs ſecus, vt Do-
ctor. ibi dicunt, vt ſuprà retuli. &
idem Abb.ibi concludit: quia Deus
vult voluntarium militem.xv.quæ-
ſtio.j.c. non eſt.& facit text. in c. ſi-
cut.de reg.
3 Et quia † inter alia in voto præci-
pue deliberatio requiritur: vt not.
Ioan.And. poſt ſanctum Thomam,
quem ibi refert,in c.literaturam. de
voto. vbi Abb. & idem Abb. in c.ſi-
cut ex literis.de iureiur. Rom. in lo-
co præalleg.
4 Tertio † idem dicendum eſt in iu-
ramento,quod ſi præſtitum fuit ca-
lore iracundiæ, non obligat: vt te-
net Rom.in not.ſuprà alleg. per l.ij.
C. ad leg. Iuliam maieſt. & per text.
in d.c. ſicut ex literis. de iureiur. vbi
Ioan.Andr.idem tenet.& hoc intel-
ligitur vt ſuprà dictum eſt de voto

quia in hoc votum & iuramentum
à pari procedunt:vt Abb.concludit
in d.cap.ſicut.
5 Quarto, † idem eſt in confeſſione,
d [d] quæ ſi facta ſit calore [e] iracũdiæ,
e poteſt reuocari. [f] gloſſ. not.in c.ex
f literis.in verbo admonita.de diuor.
vbi Abb.& no.Abb. in c.cum venerabilis.in
gloſſ.ij.de exception.cum
ſim.vt Feli. ſcribit in d.c. ſicut ex literis.de
iureiurando. & de acceptatione
ſecundi beneficij facta per iracundiam,quòd
non noceat,not.Abbas
poſt alios, quos refert in cap. de
multa.col.v.verſic.extra caſum glo.
de præbend.

Nota tamen,ꝙ ſententia excõmunicationis
lata per iracũdiam, valet.c.ſi
epiſcopus forte iracundus.xj.q.ij.
6 †Prędicta regula non habet locum
in delictis in quibus quis calore iracundiæ
non excuſatur.l.ſi non conuitij.C.de
iniur.& Bal.ibi declarando
iſtam materiã,dicit,ꝙ ſunt quædam
quæ iuris effectum ſortiuntur:
vt repudiũ,& votum,& alia de quibus
ſuprà dictum eſt. Et in iſtis non
valet quod factũ eſt calore iracundiæ,per
ſupradicta.
7 diæ,per ſupradicta.† Quædam ſunt
quæ non ſortiuntur iuris effectum,
prout ſunt maleficia: & in illis non
excuſatur delinquens,propter calorem
iracundię quo minus puniatur.
d.l.ſi non conuitij. Aliàs raró propter
homicidium eſſet quis puniendus:
quia plerunque cum iracundia
cõmittitur.Et vt iſta differentia inter
dicta & alia, de quibus ſuprà dictum
eſt,habeat locum,dicendũ eſt
quòd in delictis non excuſatur delinquens
ex calore iracundiæ, dato
quod maxima ſit iracundia propter
quam alienatus ſit à mente, per ea
quæ ſunt, & quãuis ex toto non excuſetur
ille qui delinquit, pœna tamen
mitigari debet in delicto commiſſo
cum iracundia, vt Rom.concludit
in notabili ſuprà alleg. facit
text. in l.j. C. ſi quis imperat. maledix.
in l. famoſi. ſuprà ad l. Iul. maieſt.
& idem Abb. concludit in c.j.
de iniur.col. j.verſ. puto tamen. vbi
8 concludit, † ꝙ ille qui prouocatus
ad iracũdiam delinquit, mitius debet
puniri. arg. l. ſi adulterium cum
inceſtu.§.imperatores.ff.de adul.vbi
dicitur,difficillimum eſt iuſtum dolorem
temperare.& idem Abb.dicit
in c.dilecti.col.fi.verſi. credo tamẽ.
de excep.cum ſim.vt ibi Fel. tradit.
& quãtum ad iſtam mitigationem
pœnæ quæ debet fieri ratione iracundiæ
de qua agitur, debet probari
quòd talis fuerit iracundia quæ
ipſum delinquentem à mente alienauerit:
quia aliàs nullam haberet
excuſationem: ſed ordinaria pœna
eſt puniendus d. l. non conuitij. &
idem no.Abb. in c.j. in ſecundo no.
de his qui fil. occid. Et difficile eſt
probare talem iracundiam:vt Abb.
dicit in d.c. dudũ. de conuer.cõiug.
9 † Et infrà quantum tempus ille qui
dicit alicui vel fecit iniuriam poſſit
ſe excuſare, allegando illud dictum
vel factum fuiſſe per iracundiã, no.
Luc. de Penna in l. omnes omnino
curiales. de decur. lib.x.col.ij.verſi.
ſed pone, Titius. vbi varias refert
opin.& videtur reſidere ꝙ infrà triginta
dies hoc allegari poſſit. & alleg.
bonũ text.xj. q.iij.in c.cũ apud.
& in l.ſi vendicari.C.de pecul.

ADDITIO.

a Perſeuerantia. Nota ex hac lege ꝙ
ex perſeuerantia apparet quid deliberate
fuiſſe factum, ſiue id bonum
ſit,ſiue malum. l. ſi adulterium cum
inceſtu.§.item Pollioni. ff de adult.
& ita per hanc legem not. Bald. in
l. quidam elogio. col. iiij. verſic. &
nota.num.17.C.de iure delib. G.S.
b In breui reuerſa.Adde quòd ſtatuto
puniente fugientem de carcere non
comprehendit eum qui aufugit, &
poſtea in breui reuerſus eſt, ita decidit
notab.Bald.in l.j. col.v.verſic.
quæro quid de errore.C.de ſeruis fugit.
quem refert & ſequitur Iaſon in
rep.l.admonendi.col. lxiiij.in prin.
verſic. ij. ff. de iureiur. Facit etiam
quia breui reuerſurus habetur pro præſente,&
iam reuerſo. Et ſic de proximo
rebanniendus habetur pro rebãnito,
nec talis poteſt impunè offendi,
ſtante ſtatuto quòd bannitus
poſſit impunè offendi,vt latè tradit
Hippol.de Marſ.in conſ.x. num.34.
vol.j.vbi plura ad hoc congerit. Ita
& econtrà per minimum temporis
ſpatiũ præſens, dicitur ſemper abfuiſſe
vt not.idem Deci.in l.non videtur
quiſque id capere. nu.1.in fin.
infrà eod.tit. Gabr. Saray.
c Vt Felin. Idem etiam Felin.capitulo
Matthæus, de ſimo. & remiſſiue in
capitulo dilecti filij. de except. pen.
col.Ant.Corſe. in reper. ver.calore.
d Cõfeſſione.Felin.in proœ.Greg. columna
prima. C. M.
e Calore.Adde Iaſ.in l.ſi filiam.ij.col.
C.de inoffi. teſta.vbi ponit, quid in
exhæredatione,& in voto, & in iuramento,
confeſſione,acceptatione
beneficij: in acceptatione, & in dicto
vel in facto calore iracundiæ:&
in omnibus concludit non valere,
niſi poſtea perſeueraret in eadẽ voluntate
& in donatione facta eccleſiæ,tenet
idem quod do. Phil.& idẽ
etiam in delictis & in blaſphemia.
Hier. Cucha.
f Reuocari.Multa aurea in hac materia
ſcribit Lanfran. de Oriano in c.
quoniam contra.in verſi.confeſſiones
in prin.extra,de probat. G.S.

In l. Alterius circũuentio. Argumenta.

1 *Actio non quæritur domino ex ſerui maleficio.*
2 *Actio non quæritur non conſentienti.*

REGVLA XLIX.

ALterius circũuentio, alij non præbet actionem.

VLtra gloſſ.exemplificari poteſt.
in l.quòd ſeruus.ſuprà de acqu.
1 poſſ.in fin. † vbi ex maleficio ſerui
domino actio non acquiritur.Et ra-
2 tio regulæ videtur: † quia ille cui actio
acquiri debet,non videtur conſentire
in illicitis, arg.l.procurator.
verſic. quòd ſi indebitum. ſuprà de
cond.indeb.l.ij.§. ſi procurator. ſuprà
quod quiſque iur.in l.ſi pater.de
his quæ in fraud.cred.& idem videtur
in acquiſitione quæ fit ex diſpoſitione
legis per prædicta iura.

In l. Culpa caret. Argumenta.

1 *Seruus excuſari debet,qui domino ſubuenire non poteſt.*
2 *Communitas quando ob ciuium delicta teneatur.*
Delictum non impediens, quando ipſum perpetrare dicatur.
3 *Procurator, dominum in pœnam cadere facit quandoque.*
4 *Delicto obuiare an teneatur quis ciuili iure.*
5 *Pecunia quando licitè recipiatur pro defenſione alterius.*
6 *Periculum incurrere nemo tenetur.*
7 *Benefacere alteri nemo compellitur.*
8 *Offenſum iuuare valens, ſaltem clamando, non tenetur ſi non fecerit.*
9 *Maieſtatis læſæ conſcius punitur, ſi non reuelauerit.*
10 *Delicto obuiare tenetur quis Canonum iure.*

11 *Canones ſi à legibus diuerſum ſentiunt,hoc ipſum exprimunt.*
12 *Veritas ſola in foro conſcientiæ eſt attendenda.*
13 *Ius ciuile creditur iuri Canon. inhærere,vbi non diſcordat expreſſe.*

REGVLA L.

CVlpa caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.

FAcit alia regula quæ habetur in
l. nullum crimen.infrà eo. vltra
gl.exemplificari poteſt in l.j.§.occi-
ſorum.ver.hoc ideo. ſuprà ad Silla.
1 vbi † excuſatur ſeruus qui domino
opem ferre non potuit. & ad idem
tex.in l.ſi quis in graui. in prin. eod.
tit. & in l.item quæritur.§.exercitiũ.
verſ.Labeo ait.in l.ſi fundus.§.fi.ſu-
prà,locati.ibi, à te aut ab eo prohi-
beatur,quem tu prohibere ne id fiat
poſſis.& ad idem bonus tex.in l.adi-
gere.in princip.ſuprà de iurepat.ibi,
etiam is qui libertum iurare patia-
tur:& quod.not.Bart.in d.§.occiſo-
rum, & plura ſimilia ad hoc tradit
Rom.in conſil.vij. viſis neceſſariis.
col.fin.cum ſi.vt dixi in conſi.lxiiij.
a col.iij. † Et de cõmunitate [a] quan-
a do teneatur ex delicto ciuium quos
b prohibere potuit,no.Pau.[b] de Caſt.
in conſi. cccexxiij. quia ſcio. col.ij.
& adde quod not. Bald. in l.ij. quæ
incip. qui ſeruus. ſuprà, de noxali.
vbi inquit quòd ille qui non impe-
dit maleficium quãdo ad eum ſpe-
ctat prohibere, videtur ipſum per-
3 petrare. Et ideo infert, † quòd pro-
curator facit incidere dominum in
pœnam: licet non habeat ſpeciale
mandatum, ſi dominus ſcit & pati-
tur. allega.l.ſemper qui non prohi-
bet.infrà eodem. Et non caret ſcru-
pulo ſocietatis occultæ, qui cum
poſſit, manifeſto facinori deſinit
obuiare.xxiij. quæſt.iij. cap.non in-
ferenda.& cap.qui poteſt. & in cap.
quantæ.in fin.de ſentent.excommu.
Et ad declarationem huius regulæ vi-
dendum eſt de duobus quæ in gloſ.
4 habentur.Primo, † an de iure ciui-
c li quis teneatur [c] delicto obuiare,
& alium defendere ſi poteſt. Secun-
do,qui de iure canonico. Circa pri-
mum gloſſ. concludit quòd non. &
d hoc tenet [d] Bart.in l.j.§. ſed in eod.
ſuprà,ad Sillan.& in l.metum.§. ſed
licet. ſuprà quod met. cauſa per illũ
text.vbi quis licite poteſt pecuniam
accipere vt alium defendat:ergo da
tur intelligi quòd non tenetur, quia
turpiter acciperet.l.penult.ſuprà,de
condit.ob turp.cauſ. & ita per iſtam
rationem tenet gloſſ.in cap.quoniã.
de ſentent.excomm. Et iſto funda-
mento vtitur Iacob.But. quem Bar.
refert in l.vt vim.col.j.ſuprà de iuſt.
& iur. Salic.in l.quiſquis.§.id quod.
C.ad leg.Iul.maieſt.& Rom.in con-
ſil.cxvij.ex præmiſſa. Et prædictam
rationem omnes Modern. vbique
ſequuntur.
Sed tamen rationi prædictę dupliciter
reſponderi poteſt. Primo,quòd tex.
in d. l. metum. §. ſed licet. loquitur
5 † quãdo quis ſuſcipit defenſionem
alterius generaliter vt liberetur à vi
hoſtium vel latronum: tunc enim
licite accepit pecuniam: quia vide-
tur locare operas ſuas, vt colligi-
tur ibi,mercedem accepiſſe videtur.
Et tali caſu res tractum habet ſuc-
ceſſiuum:ſecus videtur quando agi-
tur de aliquo caſu particulari & mo
mentaneo occurrẽti,prout Doctor.
loquũtur: quia videtur,quòd alium
quis teneatur iuuare, ſi poteſt, vt
hic in regula à contrario ſenſu pro-
batur.
Secundo reſpondetur,q; tex.in d.§.ſed
licet.loquitur quando quis non po-
terat alium iuuare & defendere ſine
periculo eius: quia agebatur quòd
illum defenderet à vi hoſtium &
latron

latronum: & hoc gratis facere non
6 debet:quia † quis non tenetur ſubii-
cere ſe periculo.ca.ex parte, lo ij. de
app. ſecus videtur quando abſque
periculo hoc fieri poſſit:prout Doc.
loquuntur.& ita Alb.dicit in d.§.ſed
licet:& not.Bald.in l. j. col.iij. C. de
ſer.fug.vbi iſtam reg. intelligit quã-
do quis commode poteſt alium de-
fendere. Pro communi tamen opin.
7 facit, † quia non compellitur
quis alteri benefacere: vt per glo.in
c.ad reprimendum,de offi.ordi. Sed
reſponderi poteſt hoc non habere
locum in delictis in quibus quis
obuiare debet, ſi poteſt, vt in regul.
hic à contrario ſenſu.
Et retenta communi opi.Bal.in d. l. vt
vim.in viij. q. ſupra de iuſt. & iure.
8 infert, † quòd ſi potui offenſum iu-
uare clamando, & non feci, non
teneor: & ſi ſcio, quod Titius velit
e occidere [e] Seium, ſi tacui, non te-
f neor: [f] licet eſſet honeſtum reuela-
re. & idem Paul.de Caſtr.in l.j. C.de
his quibus vt indig. & facit quod
not.Bart. in l.verum.in fi.de parrici.
& in l.j.§. occiſorum. ſuprà, ad Sill.
Et prædicta communis opin limitatur
ſecundum Bald.in c.j. de offi. deleg.
non habere locum in delicto parri-
cidij.per d.l. verum.& idem Bart. in
d.l.j.§.occiſorum.de quo dicendum
eſt vt dixi in d.c.j.col.iiij de offi.del.
9 † Similiter in crimine læſæ [g] ma-
g ieſtatis punitur ſciens qui non re-
uelauit l.quiſquis. §. id quod. C. ad
leg.Iul. maieſt.& no.Bart. in d.l.j.§.
occiſorum. in d.l. verum. in fin. vbi
ex hoc infert, quòd ſubditus qui
ſciens non reuelauit tractatum con-
tra principem vel contra ſuam rem-
publicam, quòd puniatur. & ſequi-
tur Abb. in d.c.j.de offi. deleg. & in
c.j.de reſtit.ſpol.
Et hoc ſane intelligitur, quãdo ſciens
tale delictum committendum, illud
h probare [h] poteſt: aliàs ſecus. vnde
vt not. voluit Bal.in conſ.incip.quã-
quam. quem Angel.Aretin.refert in
tract.maleficiorum. in verſ. che hai
tradito la tua patria. colũ.iiij. verſi.
quòd crimen læſæ &c. Et pro dicto
Bal.facit in l.noſtris.in fin. C.de cal.
& ij.q.vij. quapropter. & no.Ioã.de
Ana.in rub.de his qui fil.occid.cum
ſi.vt tradit Fely.in c.quantæ. de ſen-
ten.excommuni.& in cap. de cæte-
ro.col.fin:de re iudic. & nouiſ. ſcri-
bit Socin. in conſi. cclxxv. in cauſa
10 fratris. † Venio ad ſecũdum, in quo
gl.hic concludit,quòd de iure cano-
nicó teneatur quis obuiare delicto.
& ad hoc facit tex. in ca. quantæ. in
fin.de ſenten. excom. ibi, eos delin-
quentibus fauere interpretans, qui
cum poſſint, manifeſto facinori de-
ſinunt obuiare. Ad idem text.in ca.
ſicut dignum.§. illi etiam. de homi.
in cap.delicto. de ſenten. excom. in
vj.cum ſimilib.ſupra alleg. And. Si-
cul. in cap.j.extrà, de offic.deleg.te-
net quòd glo. iſta non ſit vera: quia
etiam de iure canonico quis non
i tenetur alium iuuare, [i] & hoc in
foro contentioſo: & ſecus in foro
conſcientiæ eſſe dicit.Et hoc modo
iura præalleg. ſecundum eum intel-
liguntur: & iſta non eſt noua eius
opin. Nam ita etiam expreſſe dicit
Ant.de But.in d.c.quantæ,quòd iſta
glo.intelligitur in foro conſcientię.
& idem Abb.in ca. j.col.fin. verſi.ad
tertium. in fi.§. de reſtitu. ſpol.Salic.
in l.quiſquis. verſi.ad id quod.C.ad
leg.Iul.maieſt.Bald.l.j.colum.iiij.C.
de ſeruis fugi.Ioan.de Ana. in capit.
ij. de hæreti. & Moderni ſequuntur
in d.cap.quantæ.& in l.vt vim.de iu-
ſtitia & iure. Sed tamen diligenter
conſiderandum eſt pro defenſione
gl. hic:quia non conſonat,quod iu-
ra præallegata reſtringantur in fo-
ro conſcientiæ: quia ſimpliciter lo-
quuntur: ergo intelliguntur ſimpli-
citer de iure canonico in foro con-
tentio

tentioſo, prout communiter iura
11 canonica loquuntur:†& quia quan-
do iura Canonica aliter in foro con
ſcientiæ volunt diſponere quàm
in foro contentioſo, ſolent hoc ex-
primere:cap.quinque. xvij. quæſtio.
iiij.cap. inquiſitioni. de ſentent. ex-
commu. cap.tua nos. de ſponſal. &
quia ſi in foro conſcientiæ quis
tenetur alium iuuare, idem videtur
eſſe de iure canonico: quia etiam
de iure canonico bonũ animæ con-
ſideratur:vt per gl.in cap. cum con-
tingat.de iureiur. & facit text. in d.
c.quantæ. dum dicit, quòd catholi-
ca autoritas condemnat facientes
& conſentientes: & certe hoc pri-
mum dictum videtur habere locum
de iure canonico in foro contentio-
ſo: vt etiam probatur in ca.j.de offi.
deleg. Deinde in d.ca.j. primum di-
ctum de conſentientibus Papa in-
terpretatur: vt dicit eos fauere de-
linquentibus qui cum poſſint, deſi-
nunt manifeſto facinori obuiare.
Vnde ſicut primum dictum in foro
contẽtioſo intelligitur: & ita etiam
in ſecundo dicto dicendum vide-
tur. Quia lex interpretans, ſecũdum
legem interpretatam intelligitur.§.
j.in auth.de fil. ante dot.inſtru. nat.
Comprobatur hoc: quia tex.in d.ca.
quantæ. loquitur de manifeſto faci-
nore: ergo videtur loqui in foro
contentioſo: quia in foro conſcien-
tiæ idem eſſet in facinore non ma-
nifeſto, de quo quis haberet noti-
12 tiam. Quia † in foro conſcientiæ
ſola veritas inſpicitur: vt per Inn.in
cap.quia plerique,de immu. eccl. &
eodem modo loquitur tex.in d.c.ſi-
cut dignum.& ij. quæſtio.vij.in cap.
negligere.& facit etiam text. in d.c.
dilecto. verſi.& quidem. vbi primo
dicitur: quod quis poteſt vicinũ vel
proximũ defendere. & hoc clarum
eſt etiam in foro contentioſo:vt no.
in l. vt vim, de iuſti.& iure. Deinde
ampliando in eodem caſu.tex.dicit,
imo ſi poteſt,&negligat,videtur in-
iuriam fouere: ergo hoc ſecundum
dictũ pariter in foro cõtentioſo in-
telligitur. & ita glo. hic defenditur.
13 †Et retenta concluſione glo. inferri
poteſt, idem eſſe de iure ciuili, ex
quo contrariũ non eſt cautum de iu
re ciuili, iuxta not. in cap. j. de nou.
oper. nunt. imò idem probatur de
iure ciuili à contrario ſenſu hic. Et
hoc quando poteſt abſque eius pe-
riculo: alias ſecus, vt ſupra dictum
eſt.Et ideo quòd dicit Bald.in d.l.vt
vim. non videtur verum: quia cla-
mando, & reuelando, bono modo
alium iuuare poteſt,&debet,ſi com-
mode fieri poſſit.

ADDITIO.

a De communitate. An ciuitas oblige
tur ex delicto?& quę requirantur la-
tè per Iaſ. in l.ciuitas in prin. verſic.
item aduerte.ff.ſi cert.pet. G. S.
b Paul. conſil. ccccxxiij.col.pe.libr.ij.
adde Ang.conſi.ccxlvj. Cor. conſil.
ccxxiiij.lib.iiij.Iaſ.conſi.cxxxix.lib.
iiij.Alb.Bru.conſ.xxviij.col.fi. C.M.
c Teneatur, quòd ſic, late Ioan. Igne.
in l.j.§. ſerui appellatione.num.132.
cum ſequen.ſupra ad Sillan. dixi ad
Deci.c.j. de offi. deleg. Idem Alber.
in d.l.metum autẽ. §. ſed licet. C.M.
d Tenet. Vide eundem in ca.j. de offi.
deleg.in iij.col. verſi. in gl.ij.&c.vi-
de de verbo ad verbum dicit om-
nia quæ hic, & ibi Fel. ij. col. verſi.
conclude ergo &c.& Abb.ij.colum.
ver.aduerte. & Barb. viij. col. verſi.
capio. & idem Iaſ. in l. vt vim. pe-
nul. col. in princ. ff. de iuſtit. & iur.
& Ancha.cap.dilecto.de ſenten. ex-
com.lib.vj ij. col. verſicu. ſi quis ta-
men. idem Aretin.§. iuris præcepta
inſtit.de iuſt. & iure.in fin. & Fel. in
c.qui alios.de hære.& ſic patet hanc
eſſe communem opin. quòd de iure
ciuili quis non tenetur alium de-
fendere, niſi in caſibus traditis per
Bart.

Bar.& alios in d.l.vt vim. & per An-
cha.vbi ſ. tamẽ vbicunque quis de-
fenderet extraneum, & eum defen-
dendo alium occideret, non veni-
ret puniendus. ita Iaſ. vbi ſupra.
col.antep.verſ.ſed pulchrum dubiũ.
vbi dicit hanc eſſe communem opi.
& vide do. Phil. vbi ſupra in v. col.
in verſic. & ſubiicit in iſto primo
membro &c. H. C.
e Occidere. Iaſ. ſequitur ibi Bald. in
vij.col.ver. & ex hoc vltimo &c.di-
cendo, quòd eſt ſpeciale in crimine
læſæ maieſt. quòd quis teneatur re-
uelare: & ſic, quòd in aliis quis
non teneatur.
f Teneor. Fallit in eo qui aliquo iure
ciuili eſt obligatus ad defenſionem
vel amolitionem periculi, vt filius
ſeruus,vaſallus. vide Ioãnem Igneũ
in l.j. §. quòd ſi quis, putà veneno.
nu.22.cum ſeq.ad Sillan. C. M.
g Lęſæ.Idem tenent omnes quos alle-
gaui in j.apoſtil.ſuper litera a. & vi-
de Fely. in c. quanto. de ſenten. ex-
com.vbi refert omnes tenentes con
tra dictum Bar.& in c.qui alios. vbi
dicit quod non ſeruatur in practica
licet in cap.j.de offic.deleg. dicat, ꝙ
ſic.& idem Ange.in tract.Maleficio.
hic alleg.& dictum conſi. nunquam
potuit reperire.& adde,quòd cõiun-
ctio ſanguinis excuſaret aliqualiter
non reuelantem, de quo & de aliis
dictis vide latiſſi. Hippol.de Marſil.
in ſingul. cliiij. incip.nemo debet ſe
ſubmittere.& per Bartach.in ſuo re-
perto.in verſi.ſcire.in verſi. xiiij. vbi
dicit ſe feciſſe decapitari quoſdã ex
ſola ſententia tractatus non reue-
lati contra Papam. vbi refert plures
qui ſecuti ſunt dictum Barto. in d.l.
vtrum.hic alleg. H. C.
h Probare. Alber. ij.par.ſtat. q. clxxv.
Thom. Aquin. in iiij. ſenten. diſtin.
xix.& problem. j. artic. xvj. dixi ad
Alex. conſi.lx.num.4.lib.iiij. C.M.
i Iuuare.Hãc opi.dicit eſſe cõmunem
Moder. do. Philip.in c.j. de offi. del.
in v. col. ver. & licet iſta videatur
communis &c.hanc etiam dicit Iaſ.
cõmunem in l.vt vim. col. pen. ver.
tene contrarium prout tenet &c.

In l. Non videtur. Argumenta.

1 *Capere pro ſe qui non valet, vt alij reddat, accipere poteſt.*
2 *Capere quando non dicatur, qui alij reſtituere tenetur.*
3 *Capere verbum, cum effectu intelligi debet.*
4 *Accipere verbum, ſine effectu intelligi poteſt.*
5 *Accipere non dicitur, qui aliena autoritate quid ſortitur.*
6 *Accipiat, verbum, an ſit directum, vel obliquum.*

REGVLA LI.

NOn videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere.

VLtra gl.exemplũ habetur in l.co
gi.§.hi qui ſolidũ. ſupra ad Tre.
1 †vbi incapax [a] qui pro ſe reſtitue-
a re non poteſt,accipere poteſt vt alij
reſtituat: quia capere non videtur:
vt hic dicitur. ad idem text. in l. ſed
ſi mortis.§.item ſi quis.ver.ſed ſi op-
ponas.ſupra de leg.præſt.& in l.Sul-
pitius. ſupra de don. inter virum &
vxo.& in l. fi.§.fi.C.de bon. quæ lib.
& facit tex. in l. ſi quis mandato. &
quod ibi Bar.ſupra de neg. geſt. vbi
abeſſe dicitur illud in quo quis al-
teri obligatus eſt. & abeſſe dicitur
ille, qui pro modico tempore præ-
ſens ſit: vt in notab. quæſtio. tradit
Paul.de Caſt. in l. ſed & ſi pupillus.
§. conditio. ſupra de inſt. & dixi in
c.quoniam abbas.in gl.j.de offi.del.
2 †Et regula iſta intelligitur, quando
quis

quis ſtatim, & incontinenti tenetur
alij reſtituere: ſecus videtur ſi cum
interuallo, ita quòd in medio tem-
pore haberet vtilitatem. Quia iſtud
interuſurium medij temporis conſi-
b deratur, [b] vt probatur in d.l. Sulpi-
cius.ibi, ſi id egit vxor vt aliquid de
ea re interim commodi ſentiret ma
ritus.& ad idem tex. l. in lege. Falci-
dia non habetur. ibi, medij tempo
ris enim commodum computatur.
& in l.quantitate. §. magna dubita-
tio.verſi.in diem. ſuprà, ad leg. Fal.
& in l.mulier. §. ſi hæres. verſi: alia
cauſa eſt. ſuprà, ad Trebel. Et not.
3 quòd in regula dicitur † capere, quia
tale verbum cum effectu intelligi-
tur vt habeat & retineat ad vtilita-
tem eius, l.aliud eſt capere. ſuprà, de
verb.ſign.l. ex facto. §. Iulianus, in
prin. ſuprà de vulga. & pupil. facit
tex.in l.ciuitatibus.§.fin.de leg.j.vbi
non videtur capere, qui tantum
erogat quantum accipit. Ideo de
4 neceſſitate † verbum accipere non
importat dominij tráſlationem. vt
no.Bar.in l. naturalis.§. j. in princi.
in verſi.& ſic apud ſupra de præſcri.
verb.in l.ſi. in prin. ſupra de condi-
ctio.ob cauſ.& in l.cum mota.C. de
5 tranſact. † Et notandum eſt, quòd
accipere non eſt propria autoritate,
ſed de manu alterius: vt tradit Luc.
de Penna, in l. domini. in princip.C.
de agri.& cenſit. lib. xj. vbi ad hoc
plura iura inducit. Et præſertim tex.
in capitulo lector.xxiij. diſt.ibi, ac-
cipe & eſto relator verbi Dei. Sed
tamen ille text, & alia iura quæ ad-
ducit non negant quin etiam acci-
pere intelligi poſſit à ſeipſo. & Barr.
c in l.Centurio. [c] in iij. col.in ver. ter-
6 tio quæro. † concludit, quòd ver-
bum accipiat, ſit directum. ſupra de
vulg. & pup. & idem Bald.in c.ſi pa-
ter.de teſt. in vj. prout refert ibi, &
ſequitur Peruſi.in verſic.xviij. & fa-
cit tex. in l.Titia cum teſtamento.§.
j.ibi, à ſeipſa acciperet vllá. de leg.
ij. niſi dicatur, quòd ibi ita expreſ-
ſum ſit à teſtatore.

ADDITIO.

a Incapax. Quot modis dicatur, vide
Bal. in l.cauſa quam. vij.col.C.de fi-
deicom. vbi & ponit ſi ſit hæres in-
ſtitutus & grauatus fideicó.an poſ-
ſit cogi adire & reſtituere: & an ca-
pacitas probetur per duos teſtes.
ita Bald.in l.errore.C.de teſtibus.
b Conſideratur. Adde vnum notabi-
le in materia, quòd interuſurium
non conſideratur in piſcatore, vena-
tore, & aucupatore, reſpectu enim
harum artium non poteſt petere in-
tereſſe lucri ceſſantis, ita notat Lu.
Rom.in ſing. dcxxxvij. tu habuiſti,
vbi allegat tex.in l.quemadmodum.
§.itémq; Labeo.ff.ad leg.Aquil. G.S.
c Centurio. & ibi per Lancelotum in
ſua repetitione, fol. 17.

In l. Non videtur defendere. Argumenta.

1 *Defendere non dicitur quis duobus modis.*
2 *Abſens ex iuſta cauſa, latitare non dicitur.*
3 *Defendere non dicitur, qui defenſionem ſuſcipere recuſat.*
4 *Defenſionem ſuſcipiens, ſed non perſeuerans, defendere non dicitur.*
5 *Defendere qui tenetur, iure & facto teneri ad defendendum intelligitur. & nu.6.*
7 *Princeps aut dominus defenſionem alicuius qualem ſuſcipere præſumatur.*

REGVLA LII.

NOn videtur defendere
non tantùm qui latitat:
ſed

ſed & is qui præſens negat ſe
defendere, aut non vult ſuſci-
pere actiones.

EXemplum ſecundú gl. ad iſtam
regulam habetur in l.ij. in prin.
in l.hæc autem. §. recte defendi. ſu-
pra ex quibus cauſ. in poſſ. eatur.&
in l.recte.ſupra de iudic.& ad idem
text. in l. item ait prætor. §. defendi
autem. ff. ex quibus cauſ. ma. & ſic
1 colligitur hic, † quòd duobus mo-
dis quis dicitur non defendere.
Primo, ſi latitat: & latitatio eſt turpis
occultatio ſui, l.Fulcinius.§. quid ſit
latitare.ff.ex quib.cauſ.in poſſeſ.ea-
tur.not.per gl. in l.ſatis, ſupra, de in
ius vocand. Et in effectu latitare eſt
ſui copiam non facere, ſiue occultet
ſe poſt columnas vt creditorem eui
tet, ſiue ſubterfugiat ne ſecú aliqua
actio moueatur. Et qui ab vrbe aufu
git cauſa fraudandi: vt tex. declarat
in l.eum qui.de pri.credi.
2 Et non dicitur † latitare, qui ex cau
ſa iuſta abeſt.l.j.& l.ſi pater.§.ſi ſtu-
dio.ſupra de fideicom.lib. Nec dici-
tur latitare, qui præſens iudicium
ſuſcipere nó cogitur.l. non videtur.
la j.de iud.
3 Secundo modo dicitur † non defen
dere etiam qui recuſat defenſionem
ſuſcipere, vt hic dicitur.& ad hoc fa
cit tex.in l.de ætate.§.qui tacuit.ſu-
pra, de interrogat.action.vbi qui eſt
præſens & non reſpondet, dicitur
prætorem contemnere: & in capite
certum.xj.quæſt. iij. vbi etiam con-
tumax ille dicitur qui eſt præſens &
parere noluit: & propter hoc excom-
municari poteſt.
4 Tertio etiam dicitur non defende-
re ille qui ſuſcipit defenſionem &
non perſeuerat. l.ij. §. fin. ſupra ex
quibus cauſis in poſſeſſioné eatur.&
in dict.cap. certum eſt, x.quæſt.iij.
in d.l.recte.in fin.de iud. Verbum e-
5 nim defendere, generale eſt, † vn-
a de qui tenetur defendere, [a] intelli-
gitur de defenſione iuris & facti:
quia defenſio vtranq; defenſionem
complectitur. De defenſione iuris
probatur in l. ſed & ſi damnum. §.
ſed & creditor.ſupra, de peculio.ibi,
ad defenſionem ſententiæ ſuæ.& in
l.cum hic ſtatus.§.ſi ambo.ſupra de
donationibus inter virum & vxo-
rem.ibi: ex verbis orationis defen-
dimus. Et de vtraq; defenſione col-
ligitur in l.j.C.de iuris & facti igno-
ran. in l. conſentaneum.C.quomo-
do & quando iudex. in l.ſi quidem.
& l.defenſiones. in l. cum modum.
C.de except. in l. ſeruum quoque.§.
publice.in l. ſed & hæ.§.defendere.
ſupra, de procur. & in l.ij.& per to-
tum ſupra ex quibus cauſ.in poſ.ea-
tur. & not.Luc. de Penna. in l.apud
eum.col.j.C.de agric.& cenſi.lib.xj.
b & idem Alexand. [b] tradit in conſil.
clxlij. aliâs conſultus.lib.v. Et ideo
qui promittit aliquem defendere,
6 † intelligitur de facto & de iure: &
de facto intelligitur, vt faciat in iu-
dicio ea quæ ſunt facti, videlicet aſ-
ſiſtere apud tribunal, teſtes produ-
cere, ſoluere expenſas, & alia quæ
in facto conſiſtunt: non autem in-
telligitur, quòd armata manu defen
dat. Quia etiam ſi quis expreſſe pro
mittat alium de iure & de facto de-
fendere, intelligitur in iudicio, &
non armata manu: vt not.Bartolus
in l. ſtipulatio iſta. in princip.circa
fin.de verbor. obligat. Quia verba
intelliguntur ſecundum naturá con
tractus.l.fin.C.de act.emp.vbi Bald.
hoc idem dicit in verſ.quærút Doc.
cum ſi. vt tradit Alexá. in d.l. ſtipu-
latio iſta.in prin.& in conſ. cxxvij.
7 viſo inſtrumento.col.ij.libr.v. † Et
hoc intelligitur in priuato: ſecus eſt
c in domino & in principe [c] qui ac-
ciperet aliquem ſub eius protectio-
d ne & defenſione: [d] quia intelligi-
tur, quòd de facto armata manu illum
defen

defendat:vt tradit Petr.de Anchar.
in conſ.lxxxvij. omiſſo primo dub.
Et ad prædicta facit quæſtio quam
ponit Bart. in l.quidam cum filium.
col.ij.de ver.oblig. de illo qui mihi
promiſit caſtrum defendere. Nam
intelligitur quando bellum iniuſte
inferatur. cum ſimi. vt Alex. ſcribit
in conſil. cxv. ſuper eo de quo quæ-
ritur.lib.iij.

ADDITIO.

a Defendere. Vide Doct. in l.ſtipula-
tio iſta.de verb.oblig. & ibi Iaſ. fin.
col.in princip.& Fel.c.cauſam quæ.
de offic.deleg.verſ.non obſtante.&
in c.ego,de iureiur.
b Alexan.conſi.cxcj.in fin.lib.vj.
c Principe.Albert.Brun. conſi.lxxxvj.
col.j.vide Iaſ.d.l.ſtipulatio iſta. co-
lumna finali. C.M.
d Defenſione. Vide latè per Bart. in
proœmio.ff.col.ij.in fi.nu.7. G.S.

In l.Cuius per errorem.

Argumenta.

1 *Donatio cẽſetur, quando recipiens ſcienter indebitum recipit.*
2 *Vſuras repetere poteſt, qui ſcienter ſoluit indebitas.*
3 *Donatio nõ præſumitur in dubio.*
4 *Donare quando præſumatur, qui indebitum ſoluit.*

REGVLA LIII.

CVius per errorem dati re-
petitio eſt, eius conſulto
a dati donatio eſt.[a]

AD idem text. in l. j. in fin. ſuprà
de cond. indeb.in l.indebitum.
C.eod.tit. Et ideo talis donatio re-
quirit inſinuationem:vt not.Bart.in
l.j.ff.de don.
1 †Et quod dicitur de donatione hîc,
intelligitur, quando recipiens ſcien
ter recipit indebitum:quia tunc cõ-
currit conſenſus vtriuſque,& eſt do
natio. Sicut ſi recipiens ignoraret,
quia tunc non eſſet donatio:vt Bar.
dicit in d.l.j. per l. abſenti. ſuprà de
don. cum ſimilibus, vt tradit Alex.
in l.ſi ergo.ſi certum petatur.col.fin.
Et licet non ſit donatio, tamen re-
peti nõ poteſt quod datum eſt, quia
reconciliatur donatio: vt not. per
glo.in d.l.ſi ego.in verſi.conſumpſe
rit.vbi Pau.de Caſt.reprehẽdit Ang.
qui aliter videtur voluiſſe, vt Alex.
ibi refert.
Secundo, regula iſta intelligitur in eo
qui ſponte dedit: ſecus ſi ex neceſſi-
tate: vt probatur in c. debitoris. de
2 iureiur. † vbi ille qui ſoluit ſcienter
vſuras indebitas, poteſt illas repete-
re:quia ex neceſſitate cogitur ſolue-
re propter vinculum iuramenti.
Tertio, regula habet locum quando
alia coniectura capi non poteſt.ſe-
b cus vbi alia [b] coniectura haberi po
teſt. Exemplum in l. ſi cum aurum.
3 ſuprà de ſolut. & ibi Bart. † in du-
bio enim donatio non præſumitur.
l.campanus.ſ.de oper. libert.l. cum
de indebito. ſ. de prob.c. ſuper hoc.
c de renuntia.Et vbi cadit [c] alia con-
iectura, etiam leuis donatio nõ præ
ſumitur:vt not.Bald.in l.j.C.ad Tre
bel.allegat.l.diſpenſatorem.ſ.de ſo-
lution. & potius præſumitur error,
quàm donatio,vt not.per gloſſ.in l.
generaliter.in verſ. cauſa.C.de non
numer. pec. vbi Bald.in iiij.oppo.&
Ang.ibi, in ij.col.dicit ſe ita conſu-
luiſſe. Imol. not.in l.à Titio. col.ij.
de verb.oblig. cum ſimilib.vt Alex.
tradit in conſilio xiij. ex his quæ in
themate.col.ij.lib. j. & in conſi.xix.
in his quæ in themate.col.ij. lib.iiij.
Et ideo vbi poteſt cadere alia præ-
ſumptio quàm renuntiationis,nun-
quam videtur quis priuilegio re-
nuntiare:vt not.Ioan.And. & Anto.
de Butr.in c.accedentibus.de priui.
Alexan.in conſil.xxxiij. ponderatis
his.colum.ij. lib.v. & idem Alex. in
conſi.xxvij. attentis narratis. lib. iij.
4 Quarto regula procedit † in eo qui
ſoluit ſcienter indebitum principa-
le, tunc videtur donare: quia alia
coniectura nõ cadit. Secus eſt in eo
qui ſoluit vſuras, quæ acceſſoriæ
ſunt ad debitum: quia licet ipſæ in-
debitæ ſint,& ſcienter ſolutæ,nõ in-
ducitur donatio:vt not. Bar.per illũ
tex.in l.ſi non ſortem. ſ. ſi quis fal-
ſo.ſ. de condi.indeb. Quia videtur
ſoluiſſe ne moleſtetur ſuper debito
principali ad quod putabat ſe tene-
ri: & ſic poteſt capi alia coniectu
ra,quàm donationis: ideo donatio
nõ præſumitur, vt ſuprà proxime di-
ctum fuit. & ſic iſta limitatio ſatis
concluditur in prædictis.
Et hoc idem tradit Alex. in conſi. lxxx.
circa primum dubium.col.fi. lib.iij.
& limito, vt per Bartol. in l. ſi certis
annis. C. de pactis. Et quia materia
iſta altiorem poſtularet indaginem.
& ſatis not. eſt: vt latius habetur in
d.l.j.de condi.indeb.

ADDITIO.

a Donatio eſt. Ad hanc regulam vide
Paul.de Caſtr. in l. ex hoc iure. col.
pen.ff.de iuſt.& iure. vbi dicit,quòd
ſoluens ſi ſciebat ſe ſic efficaciter
non teneri,nec poſſe compelli,tunc
ſine dubio non repetit, non propter
obligationẽ, ſed propter ſcientiam,
quia videtur donare: allegat hanc
legem,&ibi ſubdit quòd tunc impe-
ditur repetitio ſoluti,vel dati, quan-
do ſoluitur illud idem, quia in ea-
dem re præſumitur animus redo-
nandi. l. ſi vero non remunerandi.
ſ.idem Papinianus.ff. mandati. Aut
quando ſoluitur tantumdem.l. ſi te-
ſtamento.ſ.j.ff.de fideiuſſor. Vel ſi-
mile, gloſſ.in d.l. ex hoc iure. ff. de
inſtit.& iur. Fallit in liberto ſoluen-
te patrono operas officiales. ff. de
condict.indeb.l. ſi non ſortem. ſ. li-
bertus. Et adde huic regulæ quòd ſi-
cut ſcienter ex cauſa inefficaci ſol-
uens cenſetur donare,ita, & ſe obli-
gans ſecundum Alex. conſi. iiij.col.
pen.vol.j.quẽ refert do. meus Alcia-
tus,in l.omnia.ff.ſi cert.pet. G. S.
b Alia. Dixi ad Alexand.conſil.cxiiij.
in fi.lib.iij. C. M.
c Vbi cadit. Vide eundem Deci. in l.
cum quid. in vltim.lectura.col.viij.
num.11.ff.ſi cert.pet. G. S.

In l. Nemo plus iuris.

Argumenta.

1 *Donatum non dicitur, quod ab eo, qui donare non poteſt, datur.*
2 *Donare quis non poteſt, quod non habet.*
3 *Creditor rẽ debitoris alienare poteſt.*
4 *Iudex rem non ſuam in alium transferre poteſt.*
5 *Dare, quot modis in iure capiatur.*
6 *Transferre non poteſt quis, quod nec actu habet, nec potentia.*

REGVLA LIIII.

NEmo plus iuris ad alium
transferre poteſt, quam
ipſe habet.

EAdem regula ponitur in regula,
nemo. de reg.iur. in vj.Ad idem
tex. in l.traditio.ſ.de acquir.rer.do.
in c.nuper.de donat. inter virum &
vxorem.
1 Et † pro non dato habetur,quòd da-
tur ab eo qui donare non poteſt. c.
quòd autem in fi. de iure patron. &
qui nihil habet, nihil dare poteſt.
2 j.q.vij.in ca.Diabertum. & † nemo
dat quod non habet: vt dicitur de
conſecra.diſtin.iiij. in c. quomodo.
& in l.filius.C. de donat. facit text.
in l.ij. C.de pœnis. in l.j. C. qui pro
ſua iuriſdict.& lxij.diſtin.in ca. nul-
la ratio.& in l.obſeruare. ſ. de offic.
proconſ.circa fin.& ibi Barto. & in

l.ſi vniuerſæ. vbi Bald. C. de leg. ſecundùm iſtam regul. arguit Fulgoſ. in conſi.lxiij. Claſſius.col.iij.
a Et limitatur[a] regula non habere locum in pluribus caſibus: vt nòt.per glo.hic,& in d.reg.nemo.& in l.traditio.& in c.j.de ſuppl. negli. præla.
3 Nam † primo in creditore non habet locum qui poteſt alienare rem debitoris.inſtit. quibus alien. lic. in prin.& in l. non eſt nouum.ff. de acquiren.rer.domin. vbi dicitur, non eſt nouum, quòd qui dominium nõ habet, alij dominium præbeat. & exemplum ponit in creditore: & idẽ in tutore, & curatore, qui ex cauſa poteſt bona pupilli vel adulti alienare.l. lex quæ tutores.l.fin.C.de adminiſtrat. tut. idem in procuratore. §.nihil autem. inſtit.de rer. diuiſio.
4 † idem in iudice qui adiudicando rem alicui, dominiũ transfert quod ipſe non habet. §. fin. inſtit de offic. iudic.cum ſimil. vt per gloſſ. hic, & in locis præalleg. & in d.reg. nemo. vbi Dyn.ad quem Bart. hic ſe remittit. Bald. vero in l.manumiſſiones. circa fin.in ver. item gloſſ.ff. de iuſti. & iure. declarando iſtam regulam,
5 dicit, quòd † dare ſumitur dupliciter. Primò, pro conferre: ſecundo, pro transferre. Primo modo regula non procedit: quia epiſcopus confert beneficia in quibus non habet dominium neque poſſeſſionem: ſed ſufficit ꝙ habeat ius conferendi. Secundo modo habet locum regula: quia quis transferre nõ poteſt quod non habet & ſequitur Angel. Areti. inſti.de libert.in prin.col.ij. Sed tamen concludi poteſt, ꝙ regula indiſtincte procedat: quia creditor qui habuit poteſtatem alienandi, illud facit nomine domini, & de eius voluntate, ex quo ita ſemel voluit & ſe obligauit: vt probatur in §. j. inſtit.quib.alie.lic.ibi,voluntate debitoris intelligitur pignus alienare.

Et idem in procuratore, tutore, & curatore qui nomine domini faciũt. Et ſic à domino videtur dominium transferri. In epiſcopo & iudice qui concedunt quod non habent, illud eſt ratione officij & quo ad interpretationem iuris habere videntur. Et ſic dicimus, quòd quis non poteſt dare quod non habet, vere vel interpretatiue ſecũdum iuris diſpoſitionem.& Abb.in ca.curat.in fi.de
6 iure patro. † dicit, quòd illud quod quis non habet in actu,nec in potentia, transferri non poteſt. Sed illud quod quis habet in potẽtia, licet nõ in actu, poteſt in alium transferri: vt patet in canonicis, qui eligunt epiſcopum: & cardinalibus, qui eligunt ſummum Pontificem.

ADDITIO.

a Limitatur. Vide Moder.in §.j.inſtit. quibus alienare licet.

In l. Nullus videtur.

Argumenta.

1 *Aedificare in ſuo, & altius tollere poteſt quis libere.*
2 *Facere tenetur quis quod alij prodeſt, & ſibi non nocet.*

REGVLA LV.

NVllus videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur.

VLtra iura alleg. in gloſ. eſt text. qui ita dicit in l. iiij. §. is tamen ff. de lib. homi.exhib. in l. iniuriarum. §. j.de iniur. in l. ſi donaturus.§. ſi quis indebitam.ff. de condi. ob cauſam. Et iſta ratione † quis po-
1
a teſt in ſuo ædificare[a], & altius tollere ædificiũ vſque ad cælum, etiam dato quòd lumina vicini obſcurentur, l. altius. l. in ædibus.C. de ſer. & aqua.l. cum eo.l. imperatores. ſuprà, de ſer. vrb.præd, cum ſimilib. vt per glo.in d.l. altius. ad idem tex. in l.Proc.

b l.Proculus.ff. de damno infect.[b] Et hoc intelligitur & procedit quando quis hoc facit ad eius vtilitatem, vt ſibi proficiat. Secus autẽ eſſet ſi hoc faceret, vt alteri potius noceret: quia
c tunc non licet.[c] arg.l.j.§.denique.ff. de aqua plu. arcen. & ita illam l.latius limitat & declarat Pau.de Caſt. in l.cum eod.ſuprà allega. de ſeruit. vrb.præd. & hoc ſequitur Alexã. in conſil.clxiiij.opportune conſideratis.in ij.lib.& idem tradit Bartholo. Veroneñ. in tract.de ſer.vrba. præd. in tit.de ſolo, ſeu area.col.ij. verſic. quinto fallit. & facit text.in l.opus. ff.de oper.public. in l. in fundo. ff.de
a rei vend. Nam † quis tenetur facere quod ſibi nõ nocet, & aliis prodeſt, l.ij.in prin.ſuprà ſol.matr.declarando, vt Bart.ibi tradit.

ADDITIO.

a Ædificare. Vide Iaſ. poſt Doct. in l. ex hoc iure.col.ij.ff.de iuſti.& iure. per do.Philip.infrà in regula, domũ ſuam.in fi.verbis.Hippol.de Marſil. in ſuo ſigul.cliiij.incip.cuilibet licitum,&c.& per Socin.qui ponit regulam cum fallen.in regu.cj.fol. 16.& magis latè per Iaſ.in repet.l.quominus.ff.de flumi.In v.colum.verſic.ij. ad idem adde illud,&c.
b De damno infecto. Per iſta iura videtur affirmatiue dicendũ, vnicuiq; licere in domo propria contigua domui vicini facere fornellum auricalchi cauſa coquendi, ex quo magnum damnum ſperatur inferri vicino ex fumo prouenturo ex dicto fornello in domum vicini contiguam, quam partem etiã affirmate videtur Barthol. Veroneñ. in ſuo eleganti tract.de ſer. in tit.de ſeruit. vrb. præd. in c.de fornace.ſi.verbis. vbi dicit, quòd ea quæ ſuprà dixerat de fornace, videlicet quòd quis poſſit in muro proprio iuxta murum vicini facere fornacem, habeant locum in fornello: dum in terminis quæſtio inter quendam nobilem mercatorem, & eius vicinum verteretur de facto medio, & adhuc pendet, interrogatus fui à dicto mercatore quid ſentirem. Reſpondeo partem negatiuam eſſe veriorẽ quam ita firmaui. Reſpondeo ſuprà dictis iuribus per aduerſam partem adductis, & primo per text.in l.ſicut.§.Ariſto.ff.ſi ſeruit.vendit.in verſ.in ſuo enim alij. qui vult, quod ita liceat cuiq; in ſuo facere, quatenus nihil in alienum initiat. & ſic ſupradicta iura diſponentia quem poſſe in ſuo ędificare, dato quòd vicino noceat, debent limitari niſi in alienum facto hominis aliquid immittatur: vel ex opere facto ſeu fiendo in ſuo, veniat in neceſſariam conſequentiam in alienum naturaliter immittendum, propter quod magnum damnum inferatur vicino: quia tunc dico vicinum habere ius prohibendi contra vicinũ ædificare volentem. & ita intelligendo d.§.Ariſto. limitabam prædicta iura. Ex cuius §. ratione ſecundo dicebam non procedere quando magnũ damnum paſſurus eſſet vicinus: quia tunc bene poſſet prohibere ædificantẽ. ex cuius ædificio ſperatur dictum damnum, pro quo etiã eſt text. in l.cuius ædificium.ff.ſi ſeru. vend. Tertio & finaliter limitabam, quando legitimum ſpatium nõ eſſet intermiſſum inter domũ vicini & ædificantis: vt in l.imperatores.ff. de ſer. vrb.præd. quòd ſpatium ad hoc, vt dicatur legitimum, dico eſſe debere tantum ꝙ veriſimile ſit vicinũ nullum, aut non graue damnum eſſe paſſurum. ita declarat Cæpol.quæſtionẽ iſtam in d.c.de fornace. in iij.q. & in c.de balneo & ſtufa. in princ. & in c. de fumo. in princ. qui refert ita tenere Ang.in d.l.quidã Iberus. de ſer. vrb. pręd.pro qua videtur mihi ꝙ ſit reg. in d.l.imperatores. in ver.legitimo,

& ita intelligẽdo non obſtabit tex.
in l.fi.ſ.fin. regund. per quem videbatur dicendum, quòd intermiſſio duorum pedum eſſet legitimũ ſpatium iudicando de fornello, prout de domo: quia d.l.intelligitur habito reſpectu ad ipſum ędificium: quia ex eius qualitate apparet, quòd ſpatium duorum pedum ſit legitimum ſpatium ne vicini ædificio noceat: ſed habito reſpectu ad ignem, vel fumum, ex altero quorum damnificabitur vicinus, dictum ſpatium nõ dicetur legitimũ: quia qualitas ædificij propter ignẽ vel fumum grandem expoſcit, vt tantum ſpatium intermittatur, ꝙ veriſimile ſit nullũ aut modicum damnum vicinum eſſe paſſurum: ad cuius confirmationem conſiderabam, quare tex. in d.l.fi.& iura ibi alleg. in gloſſ.diſpo ſuerunt tantam diuerſitatem circa intermiſſionem ſpatij in caſibus ibi poſitis: niſi quia ex qualitate vniuſcuiuſque ædificij ſpatium ſtatutum in vnoquoque caſu eſt ſufficiens eo intermiſſo ne damnum patiatur vicinus ædificantis. Ergo idem videtur dicendum in caſu noſtro, cum qualitas ædificij hoc expoſtulet, vt tantum ſpatiũ intermittatur, quod veriſimile ſit quòd damnũ nullum vel ad minus modicum inferretur vicino, per d.l. quidam Iberus.& l. imperatores. quod etiam ratio naturalis hoc expoſcit: quæ ſi lex deficeret, eſſet ſeruanda: vt in c.ſecundo requiris, de app.in fin.not.Abb.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit.in v. col. in medio. & ſic per iſta concludo, vicinum poſſe prohibere vicinum ædificare volẽtem: vel quòd ita longe ædificet ꝙ damnum non patiatur, ſiue ex igne, ſiue ex fumo, dato quòd fumus nõ ſit morboſus, dum tamen ſit grandis, ex quo magnum damnum inferatur vicino: vt in d. §. Ariſtot. quia ſi fœtoſus eſſet fumus, tũc multo magis poſſet prohiberi: vt in l.ij.§.idem ait, ſi odore. & ibi glo.ſuprà ne quid in loco publico. pro quo facit quod not. Cæpol. in c. de ſterquilinio. & in c. de neceſſariis. vbi vult, quòd in ſuo nõ eſt licitum aliquid facere, per quod aſſiduè fœtor veniat in domum vicini. Hier.Cuch.

c Licet. Adde Lud.Rom.conſil.lij. incipien.in quæſtione magnificorum.

In l.Semper in dubiis. Argumenta.

1 *Interpretatio mitior ſemper in dubio capi debet.*

2 *Benignitas in ſubditorum correctione attendenda.*

REGVLA LVI.

SEmper in dubiis benigniora præferenda ſunt.

a VLtra allegat. [a] in gloſſ.ad idem
text.in l. proxima.in verſ.ſed in
re dubia. ſ.de his quæ in teſt. delen.
1 † ibi, in re dubia, benigniorem in-
terpretationem ſequi non minus iuſtius quàm tutius.facit text. in l. benignius.ſ.de legi.in l.ſi fuerit.in fin. de leg.iij.ibi, hoc valere benignum eſt.& in l. cum in teſtamẽto. de reb. dub. cum ſimil. vt tradit Rom. in conſil. lxij. Florentina conſtitutio. col.ij. facit etiam text. in l.inter pares ſ.de re iudic.l.Iulianus. ſ.de ma-
2 numiſſ.in c.fi.de re iud.Et † iſta benignitas etiam in correctione ſubditorum attenditur. Sed non debet eſſe nimia, ne ſubditos reſoluat in malum: vt dicitur xlv. diſt. in c.diſciplina. Et regula iſta intelligitur ſeruata prius verborum proprietate, quæ in re dubia in primis attenditur: vt not.per gloſſ.in l.non poſſunt.ſuprà, de legibus. & colligitur ex doct.Abb.in c.j. de conſtit. & dixi ibi, in colum.penult. verſic. tertia concluſio.

ADDITIO.

a Allegata. Vide latiſſime Felin. in c. auditis. de præſcript.in xix. col. vbi in xx.col.in ver. ſecundo limita.dicit regulam noſtram non habere locum fauore animi, de quo vltra eum qui plura refert, vide Hippol. de Marſil. in ſingul. clj. incip. ſemper in dubiis.& in ſingul.ccxviij.incip.regula.

In l.Bona fides. Argum.

1 *Reo debendi vno ſoluente, liberantur reliqui.*

2 *Executio ſententiæ impeditur exceptionis ſolutione.*

3 *Exceptio ſolutionis ſemper opponi poteſt, non obſtante ſtatuto, &c.*

4 *Obligatus ex maleficio vel quaſi, non poteſt bis puniri.*

Accuſatio nõ poteſt replicari, abſoluto ſemel accuſato.

5 *Deus non punit bis in idipſum.*

6 *Abſolutione facta per diſpenſationem nõ debet iterũ inquiſitio fieri.*

7 *Delicta præterita aggrauant poſtea commiſſa.*

8 *Homicida qualiter puniri debeat, ſtãtibus ſtatutis diuerſam pœnam infligentibus.*

9 *Delicta alibi commiſſa, delictum, de quo agitur, grauare ſolent.*

10 *Bannitum occidens quare puniri non debeat.*

REGVLA LVII.

BOna fides non patitur, vt bis idem exigatur.

1 ET iſta ratione † licet plures rei
debẽdi obligati ſint inſolidum: vno tamen ſoluẽte omnes liberantur.§.ex huiuſmodi. inſtit.de duob. reis.& in l.iij.§.fi.ſ.eod.tit.Quia ſolutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio.inſti.quib.modis tollitur oblig.in princ.
2 Et ex iſta ratione † executio ſententiæ ſemper per exceptionẽ ſolutionis impeditur: vt not.Ioan.Andr. in addit.Specul.in tit.de execu.ſenten. §.fi.qui incipit, poſtremo.ſuper ver. xvj.in fin.addit. poſt Guid. de Suza. quem ibi refert, quia ſolutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio, vt dictum eſt.

Et pari ratione dicit Ang. in l.non tantum.§.quòd ſi pro emptore.ſ.de pet. hæred. quòd licet præciſe velit ſta-
a tutum [a], quòd cõtra inſtrumentum
3 nulla exceptio opponatur, † non tamen excluditur exceptio ſolutionis: quia natura nõ patitur, vt quod ſemel exactum eſt, iterum exigatur. & ſequitur Alexand.in conſil. cxiij. col.ij.viſo.lib.v.

Et cum prædictis concordat Petrus de Anchar. in conſ. cclx. aliâs cclix.ex verbis.circa fi.dicens, quòd contra executionem ſententiæ ſemper opponi poteſt exceptio ſolutionis, per iſtum text. quia bona fides nõ patitur, vt bis idem exigatur, & allegat Cy.in l.j.C.de condi. indeb. & dicit ꝙ ita ſeruatur Venetiis, & in ſimili caſu iſtum tex.alleg. Rom.in conſil. xxviij.incip.viſa.in ij.dubio.
4 Et iſta regula † etiam locum habet in oblig.ex malefic.vel quaſi: vt dicit glo.inſti.quib.mod.tol.oblig. in prin. quia ſæpius de eiuſdem hominis facto nõ quęritur, vt dicitur in l. licet.§.fi.ff.naut. caup. ſtab.& in l.ſi cui.§.iiſdẽ. de accuſ. Et ſi accuſatus
b fuit abſolutus [b], nõ poteſt accuſa-
5 tio replicari.c.de his.de accuſ. † Et diuina clemẽtia dimiſſa peccata in vltione vlterius redire non patitur: vt inquit text.in c.fi.in princ.de pœnit.diſt.iiij.& xxiij.q.iiij.in c.ſi illis.

c Et hoc procedit [c] ſiue per viam ac-
cuſationis, ſiue per viam inquiſitio-
nis ſemel cognitũ fuerit.& not.Bar.
in d.l.ſi cui.§.iiſdem.& Ioã.de Ana.
in conſi.xvij.viſa relatione,col.iij.
6 Et idem † ſi abſolutio facta ſit per
viam diſpenſationis,vt not.per glo.
in d.c. de his. & in c.ex tua. per illũ
text.de filiis preſbyt.& in c.ſi.in glo.
pen.de temp.ordin. & in c.ij.in glo.
j.de ſchiſma.cum ſimil.
7 Bene verum eſt † quòd delicta, pro
quibus facta fuit abſolutio aggra-
uant aliud delictum poſtea cõmiſ-
ſum, vt not.Bal.per illum tex. in au-
then.qui ſemel.col, pen.verſ.ex iſta
autem.in ſi. ſumitur arg. C.quomo-
8 do & quando iudex.vbi † decidit,ꝙ
ſtante ſtatuto quòd homicida pu-
niatur in centum:& alio ſtatuto ca-
ueatur, quòd ſi quis cõmiſerit duo
homicidia,decapitetur. Nam ſi quis
commiſit duo homicidia, licet pro
d primo ſoluerit [d] pœnam,tamen de
bet decapitari. Quia primum pro
quo fuit ſoluta pecunia,debet com-
putari, vt dicatur duo homicidia
commiſiſſe, per illum text,vbi con-
tumacia propter quam ſolutæ fue-
runt expenſæ, aggrauat aliam con-
tumaciam poſtea commiſſam. & ſe
quitur Pet.de Ancha. in c.j de con-
ſtit. in verſ. firmat alibi idem Bald.
Et facit quod no.Bar. in l.ſi cui.§.ſi.
circa fin. in verſic. omiſi hic vnam
quæſtioné.ſuprà de accuſ. vbi con-
9 cludit, † ꝙ delicta alibi commiſſa,
e de quibus iudex cognoſcere [e] non
f poteſt,aggrauant [f] delictum poſtea
cõmiſſum, de quo iudex cognoſcit.
& idem Bal. in auth. ſed nouo iure.
col.ij.verſi. ſed dubitatur. C.de ſeru.
fug.& ſequitur Abb.in c.j.per gloſſ.
j.de cler.percuſ.& in c.j.in ſi.de pœ-
nis.& Bartho.Veronenſis in conſil.
lxxviij.viſa.colum.j.
Et iſta concluſio procedit, quando
conſtat de delicto alibi commiſſo:
ſed non poteſt pro illo puniri: quia
ſoluit cõdemnationem vel præſcri-
ptum fuit, vel in alio territorio cõ-
miſſum eſt. Secus ſi à tali delicto
g fuiſſet abſolutus, [g] vt notabiliter
tadit Romanus in conſi. ccxxxvj.vt
præmiſſa conſultatio.
Secundo dictum Bal.in d. authent.qui
ſemel. & aliorum in locis ſuprà alle
h gat. habet locum [h] in homicidio,
vel alio delicto punibili.
10 † Secus ſi homicidium eſſet permiſ
ſum, vt quia occiſus ſit bannitus:
quia ſtatuto poterat impunè occidi,
quia tale homicidium cum factum
fuerit ſtatuto permittente, pœnam
non meretur.l.Gracchus. C.de adul.
vbi Bal.per illum tex.ita dicit.
Et hoc dictum ſane intelligitur, quòd
non poſſit puniri qui bannitum in-
terfecerit. Sed tamen non erit habi-
lis ad dignitatem. Quia ſtãte ſtatu-
to, quòd homicida non poſſit eſſe
de prioribus, etiam talis qui banni-
tum interfecerit non poterit eſſe de
prioribus:quia tale homicidium,li-
cet tolerabile ſit, non eſt laudabile.
ita Bald.dicit in l. decuriones. circa
ſi.C.ex quib.cauſ.infam. irroga. vbi
tamen in fin.limitat hoc, niſi ſtatu-
tum dicat, quòd bãnitus impunè &
licite offendi & occidi poſſit. Quia
tunc per illud verbum, licite, nullo
modo eſt maleficium. de quo dixi
in c. epiſcopus. de præbend. vbi vi-
dendum.

ADDITIO.

a Statutum. Adde tamen pro declara-
tione,ꝙ ſi ſtat ſtatutum,ꝙ non poſ-
ſit opponi exceptio, niſi ſolutionis
contra inſtrumentum, illud debet
intelligi vt habeat locum quando
agitur contra illum, contra quem
eſt factum inſtrumentum: Secus ſi
ex illo inſtrumento agatur contra
tertium poſſeſſorem, quia ille pote-
rit opponere omnes exceptiones,
ita determinat Imola, in l.ſi.ff.quis
& à quo appel. in antep.chart. verſi.
aduerte tamen in quantum. Et Ang.
in l.ſi vnus.§. ante omnia.ff.de pact.
Io.de Imol.in cle.j. vbi eſt glo. not.
in ver. contra ſe. de re iud. Et hoc
confirmatur per ea,quæ latè not.Iaſ.
in l.certi condictio. §.quoniam col.
v.in princ.num.11.ff. ſi cert. pet. Sed
quid ſi ſtatutum permittat opponi
exceptionem ſolutionis, an poterit
opponi exceptio acceptilationis?vi-
de latè per Alex. in additio. ad Bart.
in l. amplius non petitum, in fin. in
addi.in ver.liberatur.c. ſi. ff. rem ra-
tam haber. Gab.Saray.
b Abſolutus. Vide Felinum in cap.de
his hic allegat. vbi ponit regulam
cum ſuis fallentiis.
c Procedit. Hoc tamen non habet lo-
cum de iure canonico. ita Felin. in
d. ca.de his.iiij. col.limita.ratio eſt,
quia de iure canonico regulariter
non punitur eadem pœna per viam
inquiſitionis,quæ per viam accuſa-
tionis: vt ibi per eum.
d Soluerit. Dominus Fran.de Aret.te-
net contra dictum Bald. in d. auth.
qui ſemel. in c.ſicut. de teſtib. col. ij.
in ſi.ver.in glo. poſita &c. per illam
glo.ſed vide ibi Felin.qui tenet con-
tra:quia in veritate glo.hoc non be-
ne probat, & ibi ſatis remiſſiue in
ſecunda columna.
e Cognoſcere. De quibus vide Socin.
in tract.fallen.in regula lxxxvij. fol.
10.vide longam apoſtillam ad Bar.
in d.§.fin.ſuper litera b.
f Aggrauant. Quia ex perſeuerantia
ponitur maior pœna, text. fin. in l.
vnica.ſuprà, de ſuperexact. libr.xj.
& text.in l. iij. fin.verbis.C. de epiſc.
audien.vbi Bal. per illum text. dicit,
quòd ille qui geminat delictum,
non debet ſperare veniam, & ſic ſi
aliquis impetrauerit veniam à prin-
cipe de ſecundo delicto non facta
mentione de primo, talis gratia eſt
ſurreptitia. de quo dicto vide Bar-
bat. capitulo ſuper literis.de reſcri-
ptis.col. xxiiij.& vide Ange. in d.l.
iij.vbi dicit, quòd dictum Barto. in
§.fin. hic allega. & ita ſeruatur de
conſuetudine, de quo vide Barba-
in c.fin.de for. compe. xxvij.col. &
in c.poſtulaſti. eod.tit. col.xxix. per
Felin.in c.ſicut.& de teſt. col. ij. per
dom.Fran.de Areti.in cap.cum non
ab homine.de iudic.
g Fuiſſet abſolutus. Adde,quòd ſi quis
pro vno homicidio quod commi-
ſerat obtinuit gratiam, & deinde
etiam pro ſecundo homicidio ob-
tinuit aliam gratiam quod non va-
let ſecunda gratia, niſi fiat expreſſa
mentio de prima, quia præſumitur
obreptitia, text.eſt in l. iij. verſi. his
ergo.C.de epiſco. audi. & ibi illum
text. ad hoc notat Guliel. de Cun.&
Bald. & Roman.in l. de pupillo.§.ſi
in pluribus. & ibi Iaſ. col. ij. in fin.
verſi. ſecundo num.8.ff.de oper.no.
nuntiat. Et Barbat.in c.ſuper literis.
col.xxxiiij. ff. de reſcrip.dicit, quòd
vidit Bononiæ quendam decapita-
ri non obſtante gratia, quam obti-
nuerat, quia tacuerat de primo ho-
micidio & eiuſdem abſolutione, &
remiſſione. Gab. Saray.
h Locum. Vide Anchar. in reg. pec-
cati.colum.iiij. verſi. & iſta faciunt.
iſto tit.libr. vj. qui in omnibus con-
cordat cum d.Phil. Hier.Cuch.

In l. Ex pœnalibus.

Argumenta.

1 *Actio de peculio non datur in patrem, ſi non ſit factus locupletior. & nu.4.*
2 *Pater quatenus pro filio teneatur.*
3 *Donatio non creditur filio data in adminiſtratione generali conceſſa.*
4 *Pater pro delicto filij tenetur, ſed*

quo locupletior eſt effectus. & num.5.

6 *Locupletiorem alium eſſe factum quis probare debeat.*

7 *Pater quo caſu non teneatur de peculio.*

8 *Pater ratione officij publici pro filio præcipue tenetur.*

REGVLA LVIII.

EX pœnalibus cauſis non ſolet in patrem de peculio actio dari.

1 Iſta regula intelligitur, † niſi qua-
tenus pater eſſet factus locuple-
tior: vt dicitur in l. iij. §. ex furtiua.
ſupra de pecul. & no. per glo. hic. Et
ſic regula habetur pro limitatio-
ne gloſſ.

Primo circa regulam conſiderandum
2 eſt † quòd pater pro filio regulari-
a ter tenetur quatenus eſt in peculio.[a]
Quia concedendo illi peculium ex
præſumpta eius voluntate videtur
pater obligari, quatenus eſt in pecu-
lio: vt declarat Barto. in l. j. col. ij. in
verſi. item iſta æquitas. ſuprà, de pe-
3 culio. † Et ſicut in iſta generali ad-
miniſtratione peculij data filio non
venit donatio. l. filiusfamilias. in
prin. ſuprà de donat. l. contra iuris. §.
fi. ſuprà de pact. ita etiam non venit
illicitum & à iure prohibitũ. l. ſi pro-
curator. ſuprà de cõdict. indeb. ideo
ſi filius ex delicto cõueniatur, pater
de peculio non tenetur: vt tex. hic di
cit: quia adminiſtratio limitata fuit
in contractu, & non habet locum
b in delictis. [b] l. j. §. ſi filiusfam. ſuprà,
de his qui deiec. vel effud. ibi, in pa-
trem non datur actio: quia ex con-
tractu non venit. vnde publicatis bo
nis filij propter eius delictum, non
intelligitur publicatũ eius peculiũ.
l. iij. vbi Bal. C. de bonis proſcrip. di-
cit tamen Bal. ibi, quòd ſpeciali pri-
uilegio reſeruatur patri peculium
in ſolatium amiſſi filij: ſicut econtra
publicatis bonis patris peculiũ filij
c non publicatur. [c] not. Bar. per illum
text. in l. iij. §. ſed vtrum circa fin. in
verſi. vltimo noto. ſuprà de minor.
Et iſta regula limitatur, vt dictũ eſt,
4 † niſi pater ex tali delicto factus ſit
locupletior: vt eſt text. in d. l. j. §. ex
furtiua. de pecul. & no. per glo. in l.
cum ancilla. C. quod cum eo. in ver-
bo, locupletior. vbi enumerat alios
plures caſus, in quibus ſolum obli-
gatur pater vel dominus de pecu-
lio quatenus factus ſit locupletior.
5 † Et locupletior dicitur factus, quã-
do pater eſſet in lucro cum alterius
iactura: vt probatur in l. ſi quis man-
cipiis. §. fi. ff. de inſtito. in §. pen. qui
incipit ſinautem. inſtit. quibus alie.
licet, vel non. & in l. verum. §. ſciẽn-
dum. ſuprà de minori. & dicit Bald.
in l. fi. C. de vſucap. pro empt. quòd
dicitur factus locupletior, quando
conſtat de vtilitate quæ in actu per-
manet, vel prouiſum fuit neceſſitati,
allega. l. ſed an vltro. §. fin. ſuprà de,
negot. geſt.

Et dicit Angel. in l. verum. in glo. j. ſu-
pra de petit. hæred. quòd ille vide-
tur locupletior ad quem probatur
fructus perueniſſe: niſi ille probet
ſe conſumpſiſſe inutiliter.

Dicit tamen Ange. in conſi. clx. pro de-
ciſione. in fi. quòd non ſufficit pro-
bare quòd quis fructus in eius vtili-
tatem conuertiſſet: quia ex hoc non
ſequitur, quòd factus ſit locupletior:
quia potuit conuertiſſe in vſus ſuos
& familiæ, ſplendidius viuendo: &
ſic non remaneret locupletior.

d Sed certe ſatis [d] eſſe videtur, ſi pro-
betur fructus vel res ad aliquẽ per-
ueniſſe. Ex hoc enim videtur fun-
data intentio eius, qui dicit illum
factum eſſe locupletiorem, niſi ipſe
poſtea probet de mala conſumptio-
ne, per ſupradicta.

Ex quibus videtur, quòd non rectè di-
cat glo. inſti. quibus alie. non licet. §.
pen. in verbo, locupletior. dum in-
quit, quòd dicitur quis factus locu-
pletior ſi non ſit pauperior. allegat
text. qui hoc dicit in l. in pupillo. §.
de ſol. ibi: nam hoc ipſo quod non eſt
pauperior factus, locupletior eſt.

Sed ad illum text. reſpondetur, quòd
intelligitur quòd non ſit pauperior
ſoluendo & faciẽdo quod ab eo pe-
titur: quia ſi non remanet in damno
facta ſolutione: ergo illud habebat,
erat ſibi in lucro: & ita illum text.
declarat Barto. in l. j. §. ſi impuberes.
ſupra commod.

6 † Et quis debeat probare alium eſſe
effectum locupletiorem, not. Bald.
in l. j. C. ſi aduer. credit. & in l. præ-
diorum. C. de prædiis min. Et ad ſu-
prà dicta videndum eſt quod ſcri-
bit Fran. de Cur. in conſi. lxxij. prin-
ceps defunctus. in iij. col.

Poſtremo contra iſtam regulam vide-
tur text. in l. iij. §. fi. qui incipit, ſi fi-
liusfamilias. ſuprà de pecul. vbi fi-
liusfamilias fuit in magiſtratu, & fe-
cit litem ſuam, quo caſu obligatur
ex quaſi maleficio inſt. de oblig. quæ
ex malef. §. ſi filiusfam. Et tamen ex
tali quaſi maleficio datur actio de
peculio contra patrem. d. l. iij. §. fin
contra text. hic Fulg. in d. l. iij. §. ex
furtiua. miratur de illo tex. & reſpon
der eſſe ſpeciale in tali caſu: quia ſe-
cundum eum talis obligatio eſt re-
ducta ad ſimilitudinem obligatio-
nis ex contractu: quia tranſit in hæ-
redem. l. magiſtratus. ſuprà de ma-
7 gi. conuen. † Et in alia obligatione
ex quaſi maleficio pater nõ obliga-
tur etiam de peculio: vt probatur in
d. §. ſi filiusfam. & d. l. j. §. ſi filiusfa.
de his qui deiec. vel effud. Et ratio
8 ſpecialitatis videtur †: quia pater
ratione publici officij magis, quàm
in aliis, pro filio obligatur. l. quo-
ties. ſuprà ad municip.

ADDITIO.

a In peculio. Adde Modern. in l. cum filius. ff. de verb. obli. & Iaſ. poſt Io. Fabrũ. in §. actiones autẽ. inſt. de act.

b Delictis. Vide Bart. in l. quoties. la ij. ſupra de noxal. & Bald. in l. neque eius. alias eſt in C. ne filius pro patre.

c Non publicatur. Hoc dicit ſingulare Iaſ. in repe. l. frater à fratre col. j. nu. 3. ff. de condictio. indeb. G. S.

d Satis. Imò non ſufficit, vt etiam tenet Angel. conſil. cxxxiij Curtius ſenior conſi. lxxj. col. iij. Iaſ. l. Neſennius. §. ij. ſupra de re iudica. & dixi in Conſue. Pariſ. §. xxij. num. 52. C. M.

In l. Hæredem.

Argumenta.

1 *Hæres eadem cum defuncto perſona reputatur.*

2 *Statutum loquens de promiſſore, non habet locum in hærede.*

3 *Hæres ratificare poteſt quod defuncti nomine factum eſt.*

4 *Hæredis factum idem cum facto defuncti creditur.*

5 *Pactum cum aliquo factum, porrigitur ad eius hæredem.*

Promittens pro ſe, præſumitur pro ſuis hæredibus promiſiſſe.

6 *Promittens de facto ſuo tantum, hæredem non excludit ſuum.*

7 *Declarandi poteſtas ad hæredem non tranſmittitur.*

8 *Hæreditate adita intelliguntur, quæ de hærede dicuntur.*

Subſtitutio de hæredibus facta intelligitur, ſi adierit hæreditatem.

9 *Hæres qualiter executori in teſtamento dicatur dari.*

10 *Hæres quando tunc demum quis dicatur.*

REGVLA LIX.

HAeredem eiuſdem poteſtatis iuríſque eſſe cuius fuit defunctus,conſtat.

1 NAm hæres † eſt quodammodo
a eadem [a] perſona cum defuncto.§.j. in auth.de iureiur.à morib. præſtit.& bene dicit text. ibi quodã-modo. quod verbũ denotat impro-
b prietatem. [b] l.in ſuis.ſuprà de libe.& poſth.Quia vere alia eſt perſona hęredis,& alia defuncti : vt not.Dom. in c.ij.in fi.de iur.cal. in fin.in vj. Et ideo in materia in qua verba proprie & vere accipi debent,hęres non reputatur eadẽ perſona cum defuncto : vt probatur in l. qui Romæ.§. Augerius. de verbor. obliga. vbi ille qui promittit ſoluere illud in quo apparebit patrem ſuum debitorem eſſe : non tenetur , ſi de tali debito contra hæredem conſtiterit. Et per illum text.dicit Areti.ibi poſt Dy.&
c Imol. quod debitor poſt mortem [c]
d non dicitur debitor , [d] licet hæredẽ reliquerit. & facit text. in l. cum ita datur,ſuprà de cond. & demon. vbi conditio dandi non poteſt impleri in hærede Titij.& not.Bart in l. ſub diuerſis. ſuprà de condi. & demon. vbi concludit, quòd iuſſus dare alicui ſub nomine proprio, non poteſt dare hæredi. bene facit quod not. Bald.in d.l.j. col.fin.ver. pone ſtatutum dicit.C.de excuſ. rei iudic. vbi inquit, quòd ſi poteſtas debet habere decem pro executione facta contra condemnatos , non habebit decem ſi executio facta ſit contra hæredem condemnati,quia hæres non eſt condemnatus.
2 Et ex his confirmatur † quod not. Ang.in l. poſtulante. ſuprà ad Treb. vbi voluit,quòd licet ſi ſtatutum,dicit quòd debitor capi poſſit & carcerari , habeat locum etiam contra hæredem:vt Bart.ibi & doct.dicunt. Secus tamen eſt ſecundum eum ſi ſtatutum loquatur de promiſſore. Quia non habet locum in hærede: quia licet hæres ſit debitor , non tamen dicitur promiſſor : quia ipſe non promiſit. & ſequitur Alexan. ibi, col. iiij. Et ex prædictis tradit Socin.in conſi.ccxciij. præſens conſultatio.

Et prædicta procedũt attenta vi & proprietate verborum.Sed quantum ad iuris interpretationem,hęres eadem perſona cum defuncto reputatur: quia regulariter eſt eiuſdem poteſtatis cuius fuit defunctus : vt text. hic dicit,& not. Petr. de Anchar. per iſtum tex.in conſi.xxv. in fi.in quæ-
3 ſtio.ſuprà dicta. † Et ideo factum nomine defuncti ratificari poteſt
e per hæredem. [e] l. quo enim , in §. ſi procuratori. ſuprà rem ratam habe. & not.Barto.in l. bonorum. colum. ij.in verſic.quæro vtrum. ſuprà rem ratam haber. cum ſimilib. vt tradit Alexand. in d.l.ſi eius. in verbo, negotiorum.colum iij.ſuprà,ſi certum petat. & idem Angel. in conſil. clxj. viſo.colum.fin.
4 † Et factum hæredis [f] reputatur fa-
f ctum defuncti: vt not Ang.in conſil. clxxxv. Brunellus notarius. alleg. l. vxorem.§. agri plagam. de legat.iij. Et teſtamentum defuncti & hæredis vnum & idem reputatur: vt in no.q. tradit Paul. de Caſtr. in conſi.lxiiij. videtur dicendum. Et hæredi non poteſt opponi quòd non ſit nominatus in inſtrumento : quia nominato Titio , eius hæres nominatus videtur: vt not.Bald.in l.j.colũ.j.C.quorum legat. & ideo non poteſt hæres improbare factum defuncti.l.ſi cum à matre.C de rei vendica. l. ſi ad ea. C.de negot. geſt. l. ſi vxor. ff. de bo. auth.iudi.poſſ.
5 † Et in dubio pactum factum ab aliquo ad eius hæredem porrigitur.l.

ſi pactum.ſupra de probat. l.iuriſgentium.§.pactorum.ſ.de pactis.
g Et qui promittit [g] pro ſe etiam pro hæredibus promiſiſſe videtur , per gl.& Bar. in l.ſi ſic.de verbor.oblig. cum ſimilibus,vt tradit Alex.in conſil.xiij.perſpectis his.col.penult.lib.
6 v. † Et qui promittit tantum [h] de
h facto ſuo,non excludit hæredem:vt not.Bart.in l.ſi ſe ſeruus.la ſecunda. ſupra de condict. furt. Bald. in l. fin. C.de action.empt. cum ſimilibus.vt Alex. ſcribit in conſil. xviij.attentis narratis.col.fin.lib.v.

Et regula quæ hic ponitur , limitatur, vt ſupra dictum eſt. Et etiam non procedit in quibuſdam caſibus in quibus poteſtas quæ datur defuncto , ad hæredem non porrigitur, l. omnimodo.C.de inoffic. teſtamen. l.fi.C.de reuoc. don. & in l.iij.ſupra de ſer.expor.
7 Vnde † poteſtas declarandi non tranſit ad hæredem vt not.Bar.in l. edicta,C.de eden.in l.inter ſtipulantem.§.j. de verb. oblig. cum ſimilib. vt Alexand.ibi tradit , & dixi in dicta l.edita.& facit tex.in l. quia perſonales. ſol.matri. & in l.j.C.de priuile.do.cũ ſim.& facultas inſinuandi donationem non competit hæredi : vt not. Aret. in conſil. cxxiij. in cauſa quæ vertitur.in primo dubio. & ibi in ij. col. limitat & declarat regulam iſtius legis. Et adde , quòd licet hæres reputetur eadem perſona cum defuncto , vt ſupra dictum eſt. Secus tamen eſt in hærede hæredis qui non reputatur eadem perſona cũ defuncto, vt not.voluit Paul. de Caſt.in conſi. cxcvij.viſis dubiis. circa fi.lib.ij.
8 Poſtremo notandum eſt , † quòd prædicta omnia quæ dicuntur de
i hærede , intelliguntur adita [i] hæreditate. l.iij.§. ſi quis ita. vbi Imol. de hæred.inſtitut. facit text.in l.iiij. §. ſi quis hæredi. ſupra de ſtatu libe. & in l. ſi in diẽ. in princ. & quod ibi Bar ſ.de cõd.& demon.Et ideo ſubſtitutio facta de hæredibus , intelligitur ſi hæreditatem adiuerint. l. ſi plures.in fi.vbi gloſ.& Bart.ſupra de
9 vulg. & pup. † Et hæres datus executori in teſtamento , intelligitur ſi hæres ſit cũ effectu , ita quòd adeat hæreditatem.l.Lucius. la j. vbi Bart. C.de fideicom.lib.& no.Bart.in l.codicillis.§.j.ſ de ann. lega. Paulus de Caſt.in d.l.ſi plures.& no.Bald.in d. l.fin.in prin.C.ſi pend.app.mors in-
10 teruc.† vbi inquit, quòd hæres quis non dicitur , antequã teſtamentum aditione hæredis confirmatum ſit. alleg.l. ſi ſeruus communis Mæuij. in prin.de ſtip.ſeru.

ADDITIO.

a Eadem.Dec.conſil.cclxij.col.ij.
b Improprietatem.Vide glo.in l.ſi me in vacuam.in ver.nec amittet. ff. de acquir.poſſ. & not.Bart.in l.prætor ait. §. huius edicti. circa princ. ff.de edẽ.& ibi dixi in apoſt.ad eum.G.S.
c Poſt mortem. In contrarium videtur tex.in l.ij.§.penult.ff.de hæredit. vendi.ibi.quamuis poſt mortem debere deſiit adita à venditore hæreditate : ergo ibi colligitur ex eo tex. quòd ſi adita non fuiſſet hæreditas debitoris,ꝙ quãuis defunctus eſſet, adhuc tamen remaneret debitor. Facit quod notant Bart. in l.ij.ff.de cadauer.puni.Iaſ.in l.ij.C. qui teſta. facer.poſſ. Et idẽ Dec.j.eod.tit.in l. Neratius. quibus in locis concluditur,ꝙ ſi quis fuerit ab aliqua ciuitate bannitus , nec mortuus in ea poterit morari , vel ſepeliri : igitur ex prædictis apparet tam in ciuilibus, quàm in criminalibus debitũ morte debitoris non extingui. cogita. Gabriel Saray.
d Debitor. Et illum text. dicit ibi vnicum ad hoc Alexand.ibi in ij.col.in princip.& Iaſ. in princ.
e Hæredem. Imo eo ipſo videtur ra-

tiſſ

tificarē.Bart.l.j.§.fin. ſol. mat.Alex. conſil.xcj. col.ij.libr. iij.conſil.xcij. nu.4.lib.iiij. C.M.

f Hæredis.Et adde,quòd quando hæres aliquid facit, vel exequitur ex diſpoſitione defuncti, quòd hæres neceſſe facere habet, tunc dicitur à defuncto & non ab hærede procedere.l.adoptiuam. §.j.ff. de iur. dot. Barb.in repet.rubr. de reb. eccl.non alien.columu. lxvj.verſic. & ex iſtis ſequitur. & in c. literis. col.ij.de reſcrip. H. C.

g Promittit.Iaſ.latè in l.ij.§.item ſi in facto.col.j.ver.ſed aduerte.ff.de ver. oblig.vbi alleg.l. ſi neceſſarias.§.de vendendo.ff.de pig.actio. G.S.

h Tantum.Adde,quòd nec eum cuius eſt hæres.excludit Dec.conſi.ccxiij. num.8.conſil.cclxxxj.Nicol. Euera. in loc. leg. loc. à natura dict.laxatiuarum.And.Tira.tract.re tract.conuen.q.j.glo.vj.nu.7.Boër.Dec.lxxvj. ſed valde errant, vt dudum dixi ad Alex.conſil.xviij.col.fi. lib.v.& nuper ad Phil.Dec.conſil. cclxxxj.col. penul. C. M.

i Addita.Alex.conſ.xxxvj.nu.11.libr. iiij.& dixi in conſuet.Pariſ.§.iiij. nume.6. C. M.

In l.Semper qui non. Argumenta.

1 *Mādare quādo quis præſumatur.*
2 *Abſens quando cōſentire dicatur.*
3 *Poſſeſſio quando emptori à domino cenſeatur tradita.*
4 *Donatio cauſa mortis nudo pacto fieri poteſt, & nu.5.*
6 *Ratihabitio retrotrahitur, & æquiparatur mandato.*
7 *Mandatum ſpeciale an poßit dari ſola taciturnitate.*
8 *Delictum an putetur mandare, qui cum poſſet, noluit prohibere.*
9 *Poſſeßio præſumitur ratificari per fructuum perceptionem.*
10 *Laudum quando cenſeatur ratificatum.*
11 *Ratificari nequit quis, quod non ſuo nomine geſtum eſt.*
12 *Ratum habere quis poteſt, quod in ſui præiudicium nomine alieno eſt geſtum.*
13 *Ratificatio intra quod tempus fieri debeat.*
14 *Homicidium ſimul commiſſum licet rurſus fieri nō poßit, ratum tamen haberi poterit.*
Declaratio ſemper fieri poteſt.
15 *Ratum haberi poteſt, quod homine impediente fieri non poteſt.*
16 *Ratificatio nulla eſt eius, quod nullum eſt.*
17 *Ratificatio non ſufficit, vbi mandatum lex requirit.*
Ratificatio non eſt verè idem cum mandato.
18 *Aequitate ceſſante ratificatio nō facit mandatum valere.*

REGVLA LX.

SEmper qui non prohibet pro ſe interuenire, mandare creditur. Sed ſi quis ratum habuerit quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione.

DVo ſunt dicta. circa primum gl. & bene exemplum ponit. ſecundum l. qui patitur. ſupra mandati. Et iſta regula & text.in d.l. qui pati-
1 tur. intelligitur † quando quis eſt præſens, & non contradicit, vt not. Bald.in l.j.ſupra de nego. geſt.& ſequitur

Ratificatio n̄ potest fieri pro parte et pro parte n̄ de...

quitur Alexand.in l.ſæpe.in char.9. col.xxxiiij.verſ.vij.ſaluari poteſt.ſupra de re iudic.& Bar. hoc idem dicit in l. ſi pecuniam. C.de neg. geſt. Et verba ſatis cōueniunt: quia illud verbum, patitur, arguit præſentiam: & eodem modo verbum illud non
a prohibet. [a]

Sed tamen conſiderandum eſt, quòd iſta regula,& d.l.qui patitur.intelligitur quando tractatur de vtilitate eius qui patitur,& non contradicit: vt not.per glo.in dicta l.qui patitur, & no.Bar.in l.j.ſupra,de nego.geſt.
2 † Et tali caſu idem videtur in abſente. Quia ſi fiat actus in quo agatur de vtilitate abſentis, ſtatim quod ille abſens ſcit, & non contradicit, conſentire videtur:vt not.Bart.in l. quo enim. ſupra rem ratam hab. alleg.l.ſi abſentis.& quod ibi not.per gl.&Doct.C.ſi certum petatur.& ſequitur Abb.in cap. nonne. in fin.de præſumpt.& ſic data ſciētia in vtroque non videtur differentia inter abſentem & præſentem. Nam ſicut præſens qui tacet, videtur conſentire, quia de eius vtilitate agitur: eadem ratio videtur in abſente poſtea quàm ſcit,& non contradicit.Et ſecundum hoc regula videtur generaliter procedere. & ad iſtam regulam facit tex.in l.j.§.magiſtrum autem.ſupra de exercit.ibi:ſi ſcit,& paſſus eſt eum in naue magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videtur. & ad idem facit tex. in l.ij.C.de acqui.
3 poſſeſſ. vbi † poſſeſſio emptori tradita videtur à domino qui ſcit & patitur illum eſſe in poſſeſſione.

Et ſecundum iſtam regulam in notabili quæſtio.conſuluit Petrus de Anchar.in conſil. lxiij.motiua iudicis. in verſi.quo ad quartum. & Alex.in conſi.cxx.ponderatis.lib.v.col.ij.

Et per d.l. qui patitur. concludit Socinus in conſilio cxij. multum abūdè.
4 col.iiij. quòd † ſola præſentia donatarij tacentis facit donationem cauſa mortis, quæ hodie poteſt fieri pacto nudo, iuxta gl. in l.cum pater.§.Mæuio. de leg. ij. quia cū agatur de vtilitate ſua præſumitur conſentire.d.l. qui patitur. & hoc idem voluit Angel. in terminis in conſil. clxxxv.ex themate prædicto. col.ij.
b in hoc tamen contrarium [b] voluit Aret.in l.ij.verſi.circa ſecundā qualitatē.&c. de leg.j.Et ſecundum opinio.Aret.cōſului dū eſſem vltra mōtes:quia ſicut Bar.in l.iuriſgentiū.§. quinimò.col.v.& in l. ſicuti.in prin. ff.de pact. interpretatur.l. ſi quis argentū.C.de donat. vt non habeat locū in pacto præſumpto,quia cōcurrerēt duo ſpecialia:q. fieret donatio pacto nudo & præſumpto:ſic etiam dicit Aret.in d.l.ij.licet hodie pacto nudo etiā fieri poſſit donatio cauſa mortis,ſecundum gl.in d.§.Mæuio. hoc intelligitur in pacto nudo expreſſo, & nō in præſumpto.& quia dicit ipſe quādo quis donat præſenti & tacēti,nō videtur pactū,ſed pollicitatio.l.ex pollicitatione. de pollicit. & hoc confirmatur ex his quæ dixi in rub.C.de pact.alleg. Hoſt.in ſum.de pact.in prin.ibi,in idem placitus & cōſenſus,& in l.pactū. ſupra de pollicit. ibi, duorū cōſenſus atq; conuentio. & licet quandoq; etiam ex cōſenſu vnius à lege pactū inducatur:vt not.Bar.in l.ij.C.de pact.cū ſi.vt tradit ibi Alex. illud non eſt pactū ſimpliciter, ſed ſecundum quid: ſicut diſtinguitur contractus à quaſi cōtractu: quia in cōtractu cōſideratur expreſſus cōſenſus:in quaſi contractu,tacitus, inſtit.de obl.ex quaſi
5 cōtractu,in prin.† Et ideo in propoſito,licet nudo pacto hodie etiā poſſit fieri donatio cauſa mortis: intelligitur de pacto nudo verbis expreſſo,& nō videtur habere locū in iſto caſu. In quo videtur potius pollicitatio,quàm pactū:vel ſaltem eſt pactum

ctum tacitũ & præſumptum, in quo
non videtur habere locum quod di
cit gl. in d.l. cùm pater. §. Mæuio. de
leg. ij. ſecundum Aret. in d.l. ij. col.
ij. & dixi in conſil. ccxlv.
Secũdũ dictũ eſt in quo alia regula con
6 tinetur, † ꝙ ratihabitio retrotrahi-
c tur, [c] & mãdato æquiparatur: vt ha
betur in reg. ratihabitioné. eod. tit.
in vj. Ad idẽ eſt tex. in l. fi. C. ad Ma-
ce. in l. licet. ff. de iud. in l. ſi pecuniã.
C. de neg. ge. & in c. fi. de iureiu. ĩ vj.
7 † Et iſta regula etiam habet locũ in
d requirẽtibus ſpeciale mandatũ, [d] vt
not. Ang. in d.l. licet. in princ. de iud.
alleg. Io. Andr. in c. cupientes. §. ꝙ ſi
per viginti. de elect. in vj. & tex. in c.
j. de homi. in vj. & probatur in d.c.
fi. de iure. in vj. & idem tenet Bald. in
l. ſi maritus. C. manda. per text. in l.
quod ſi de ſpeciali. ff. de min. Alex. in
conſil. xxviij. viſo. col. iij. lib. v.
8 † Similiter iſta regula habet locum
e in delictis [e] c. cùm ad ſedé. de reſt.
ſpol. l. j. §. deieciſſe. ver. ſed & ſi cum
quis. ff. de vi & vi arma. & ibi gloſ. &
Bar. & gl. in c. quàm ſit. in verſ. pete-
re. de elect. in vj. & no. Bal. in d.l. fin.
in fi. C. ad Maced. & in l. nõ ideo mi
nus. col. vij. verſ. vndecimo quæri-
tur. C. de accuſ. Pau. de Caſt. in cõſil.
ccccxxij. quia ſcio. in iiij. col. in anti
quis. & Soci. in cõſil. cxlviij. iuſtiſſi-
me iudex. in fin. Et talis ratificatio
fieri poteſt non ſolũ verbis, ſed etiã
facto: vt tex. dicit in l. Pau. reſpõdet.
ff. rẽ rat. hab. nã plus eſt facere, quã
pronuntiare. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de
ædil. edict. & plus eſt aliquid facere
facto, quã verbo, vt dicit tex. in c. di
lecti. el j. de app. Et ideo ſi vniuerſi-
tas ſoluit expenſas factas in lite per
ſyndicũ nõ legitimè cõſtitutum, vi-
detur geſta per eã ratificare, vt not.
Spec. in tit. de ſyndic. in verſ. ſed po-
ne, ꝙ vniuerſitas. col. ij. vbi alleg. d.
l. Paul. & l. pe. ff. de dec. in fi. & c. quo
ad cõſul. de re iud. Et dictũ Spec. ſe-
quitur Alex. in cõſil. cxxvij. viſo in-
ſtrumento. col. j. & in conſil. clxxv.
perſpectis verbis. in fin. lib. v.
9 † Et ex perceptione fructuũ proba-
tur ratificatio poſſeſſionis, vt tradit
Alex. in cõſ. lxxxviij. quoniã. col. fin.
in prin. eod. lib. v. vbi alleg. deciſio-
nẽ Rotæ cxlvj. item licet amicus. Et
receptione cenſus ratificatio cõtra-
ctus inducitur: vt not. Bal. in conſil.
clxxxiiij. ad intelligẽtiã. lib. ij. ſecun
dũ nouã formã. alleg. l. ſi præteritus.
C. de contratab. & l. ſi proponã. §. j.
vbi bonus text. ff. de inoffi. teſt. & re-
ſpõdens alicui de fructibus, videtur
ratificare cõtractũ: vt idẽ Bald. dicit
in cõſi. ciij. videtur. in prin. in iij. lib.
Et agẽs ex cõtractu videtur ratifica-
re cõtractũ: vt not. Bal. in conſi. xiiij.
punctus. lib. v. & idẽ Ang. in cõſi. clj.
viſo. col. fin. Et qui exigit rationem
adminiſtrationis videtur ratificare
geſta per illum qui adminiſtrauit,
vt not. Pau. de Caſt. in conſil. j. ſecun
dum nouam formam. in antiq.
10 † Et quãdo laudum ratificatum di-
catur, tradit Soci. in cõſil. ccxx. viſo
cõpromiſſo. col. pen. & talis ratifica
tio poteſt fieri etiam pẽdente iudi-
cio: vt not. Alexan. in conſil. ff. alleg.
cxxvij. viſo inſtrumento. col. j. lib. v.
& talis ratificatio poteſt fieri etiam
parte abſente: vt notat Bart. in l. quo
enim. in fi. ff. rẽ rat. hab. & in l. Pom-
ponius. col. ij. verſi. item ex eodem.
ſupra de neg. geſt. quia pẽdet à ſola
voluntate ratificãtis: ideo poteſt fie-
ri parte abſente. & idẽ Bart. in auth.
ſacramenta puberum. col. ij. C. ſi ad-
uer. vendit. cum ſimil. Alexã. ſcribit
in conſil. cxxvj. viſis. in fine lib. v. &
per ratihabitioné actus attribuitur
ratificanti: vt notat Bart. in l. ſi pecu
niam. C. de negotiis geſtis. Socin. in
conſ. clviij. viſo proceſſ. col. iij.
11 † Prædicta regula intelligitur quan-
do fuit geſtum nomine ratificantis,
aliàs nõ poteſt ratificari, vt habetur
in

in alia reg. ratum. eod. tit. in vj. & ad
idem text. in l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego.
vbi Bar. ff. de neg. geſt. & in l. ſi ſer-
uus. ff. de preca. & in ca. cum quis de
ſent. exc. in vj. Et iſta concluſio pro-
cedit, ꝙ ratificatio non poteſt fieri
iſto reſpectu, ꝙ negotium ad me tra-
hatur. Secus eſt quo ad præiudicium
12 meũ: † quia in præiudiciũ meũ poſ-
ſum ratũ habere quod nomine meo
geſtũ nõ fuit: vt no. Bar. per illũ tex.
in l. ſi fundus. §. j. ff. de pig. & not. per
gl. in d. reg. ratum. Et hoc ſolũ habet
locũ in caſu d. l. ſi fundus. §. j. quia
res non poterat habere effectũ ſine
tali ratificatione, quia erat pignora-
ta res aliena in qua ius pignoris con
ſtitui non poteſt, niſi domino con-
ſentiente: ſecus ſi res abſq; ratifica-
tione potuiſſet ſortiri effectum: quia
tunc etiã in prçiudiciũ ratificãtis nõ
poteſt ratificari quod nõ fuit geſtũ
nomine ratificãtis: & fuit iſta diſtin
ctio aliquorum, vt Bar. refert in d.l. j.
§. ſed & ſi cũ quis. ff. de vi & vi arma.
& ſequitur Peruſ. in d. reg. ratum. per
text. in d.c. cum quis. de ſenten. excõ.
in ſexto. vbi patet, ꝙ non poſſum ra-
tificare etiã in præiudicium meum
quod nomine meo factum non fuit.
Bar. tamen in d l. j. §. ſed & ſi cũ quis.
breuiorẽ tradit doctrinã, ꝙ geſtum
nomine alterius nõ poſſum ratifica-
re trahẽdo ad me negotiũ, ita quòd
ego dicar commiſiſſe illud delictũ,
vel illud negotiũ feciſſe. Sed ſi volo
habere ratũ in præiudiciũ alicuius
iuris mei poſſum, d.l. ſi fundus. § j. &
in l. mater tua. C. de rei vend. vbi ſi
quis vendit rem meam nomine ſuo,
poſſum ratum habere vt mihi prçiu-
dicem in dominio & reivendicatio-
ne: ſed non poſſum agere ex vendi-
to contra emptorem.
13 Secundo † regula principalis limita-
f tur, dũmodo fiat ratificatio ĩ. tẽpus [f]
infra quod actus qui debet ratifica-
ri fieri potuiſſet: vt eſt tex. in l. bono-
rũ. ff. rẽ rat. ha. ad idẽ tex. in l. j. in prin.
ff. de app. reci. vbi ratificatio appel-
lationis interpoſitæ debet fieri ĩ. tẽ-
pus datũ ad appellandũ. & no. per gl.
in d. reg. ratihabitioné, & in c. quam
ſit. de elec. in vj. & per illũ text. in d.l.
bonorũ. infert Abb. poſt Ant. de Bur.
ibi in fi. in c. cum veniſſent. col. ij. de
reſti. ſpo. ꝙ ſi quis tanquã geſtor ne-
gotiorum meorũ nomine meo acce-
pit poſſeſſioné, & ſit ſpoliatus ante-
quã habuerit ratũ, illa ratificatio ni-
hil operatur: & ſequitur Alexã. in l.
quod meo, in prin. col. ij. de acq. poſ.
& Corn. Peruſ. in conſi. cx. in iudicio
diuiſo. col. pe. in prin. lib. ij. Et facit
quod not. Bart. in l. ſi vxor. §. ſi quis
vxorem. ff. de adul. vbi per illũ tex. in
d.l. bonorum. dicit, ꝙ ratificatio po-
teſt fieri re exiſtente in eodem ſtatu:
aliàs ſecus. & not. Salic. in l fin. poſt
Bal. C. ad Maced. cum ſimil. vt tradit
Alex. in cõſi. lxxviij. viſo. col. pe. li. v.
& in d.l. quod meo. in princ. col. ij.
Et hoc quod dicitur de re integra, li-
mitatur, vt in notabili caſu ſcribit
Corn. Peruſ. in conſi. xxxvij. memi-
ni. col. fin. lib. ij.
Item quod dicitur in d.l. bonorum. ha-
bet locum in ratificatione quæ re-
ſpicit fauorem ratificantis: ſecus
verò eſſet in odium & præiudicium
eius: quia ratificatio fieri poteſt, li-
cet actus principalis fieri non poſ-
14 ſit: vt patet † in homicidio ſemel
commiſſo, quod iterum fieri non
poteſt, & tamen ratificari poteſt, ca.
j. de homic. in vj. & in d.l. j. §. ſed &
ſi cum quis. de vi & vi arma. & not.
Ang. in l. bonorum.
Item & ſecundo d.l. bonorum. non ha-
bet locum in declaratione quę ſem-
per fieri poteſt: & no. Bal. per illum
text. in l. ſed & ſi quid. §. interdum.
in ver. quod ergo. ſupra de vſufru.
& refert & ſequitur Aret. in l. j. §. ſi
quis ita. col. iiij. de verb. obli. & hoc
idem dicit Ang. in l. cum proponas.
col.

col.j.in gl.fi.C.de bo.auth. iu l. poſ.
vbi ſimpliciter alleg. l. hæredes pa-
làm.ver.ſed ſi notam.ſupra de teſt.

Tertio quod dicitur in d. l. bonorum.
procedit quando actus non poteſt
fieri propter diſpoſitionem legis,
15 prout l quitur: † ſecus autem ſi fa-
cto hominis actus fieri non poteſt:
quia ratificatio tamen non impedi-
tur.l.cum decem.§. fi. & in l. ſi quis
offerenti.§.fi.ff. de ſolut. & ita Bart.
dicit in d.l bonorum.

Quarto limitatur, vt Alexan. tradit in
conſil.lxxviij. quoniam.col.fin.in
prin.libr.v.

Quinto limitatur, vt per Cuma,in con
ſil.cxvj.Innocen.vij.

Vltimo limitatur, vt per Barto.in l.j.C.
qui admit.

Tertio, regula principalis fallit, vbi
agitur de præiudicio tertij: quia ra-
tificatio fieri non poteſt,ita quod in al-
g terius ff. præiudicium retrotrahitur.
arg.l. ſi partem.§.fi.ff. quemad. ſerui.
amit. vt Bart. concludit in l.cum de
indebito. §. ſi procurator. & in d.l.
bonorum.ff.rem rat.hab.ij.not.Ang.
in conſi.cclxxvij.tutor.in fi. Alex.in
conſil.lxxviij.viſo. col.iiij. libr.v. &
idem Bart.in l.aliena res ff.de pign.
act.in prin.vbi concludit,quod ratifica-
tio domini facta de obligatione fa-
cta per aliũ eius nomine,non præiu-
dicat illi cui ipſe dominus rem ven-
didit vel obligauit. Et circa hoc no
tabilem quæſtionem ponit Bald. in
rubr.extra de ſum.Trin.col. pe. ver.
ſed incidit quæſtio de facto.

16 Quarto, † regula principalis intel-
ligitur,quando actus qui debet rati-
ficari validus fuit: ſecus ſi nullus
fuiſſet,quia ratificari non poteſt: vt
not. ſcribit Per.de Ancha. qui ponit
iſtam regulam, in conſi.cxxiij.vnus
ex procuratoribus,& idem no.Bart.
in l. quod obſeruare. ſupra de offic.
proconſu.in j.oppo.vbi inquit: rati-
ficatio non poteſt fieri de actu nul-
lo,ita quòd actus cõfirmetur à tem-
pore quòd nulliter factus fuit: ſed
actus nullus bene poteſt ratificari,
ita quòd ex nunc valeat tempore
ratificationis.& ſequitur Alexan. in
conſil. lxxviij. viſo.col. pen. libr. v.
ſupra alleg.Et videndum eſt ad præ-
dicta quod Aretin. tradit in conſi.
cxxvij.eximie domine. col. ij. & ibi
de materia,& conſilio ſequenti.

17 Quintò fallit, † quando manda-
h tum pro forma ſi à lege vel ſtatuto
requiritur:quia tunc non ſufficit ra-
tificatio: vt Bald.dicit in l.executo-
rem.col.iiij. verſic. ſed ſi notarium.
C.de execu.rei iudi.

Et ſimiliter reg. non habet locum in
materia ſtricta: quia ſi ſtatutum ve-
lit,quòd mandatum teſtibus proba-
ri non poſſit,ratificatio tamen pote-
rit probari,vt not.Bald.in l.obſerua-
re.§.fi.in xj.q.ff.de offi.proconſ.

Vltimo, regula procedit ſecundum fi-
ctionem: quia in veritate aliud eſt
mandatum, & aliud ratificatio: vt
not.Bar.in l.is qui pro emptore.col.
iiij. ſuprà de vſucap. Et talis fictio.
fundatur in æquitate.l.poſtliminiũ
18 ſuprà de ca.† & ideo ceſſante æqui-
tate, iſta regula non habet locum,
vt Alex. concludit in conſil. lxxviij.
colum.pen.in v.lib.ſuprà alleg.

ADDITIO.

a Prohibet. Pro quo facit tex. in l.Sa-
binus ff.communi diui.qui tex. not.
probat etiam concluſionem, quòd
præſens & tacens quando agitur de
eius præiudicio, dicitur aliqualiter
conſentire,& ſic non in totum.H.C.

b Contrarium. Idem Deci. in rubr. in
fi.C.de pact. & quos latè citat Andr.
Tiraq. reper.l.ſi vnquam.ver. dona-
tione largitus.nu.118. licet cõtra al-
leget,nu.139.C.de reuoc.don. C.M.

c Retrotrahitur. Vide Felin.in c.ſicut.
lo ij.de ſimo.fi.col. vbi ponit regul.
cum ix. fallen. & latas remiſſiones
in materia: vltra quem vide Abb.&
Feli. in c. nonnulli.§.ſunt & alij.de
reſcript. col.iij.& in cap.cauſam.de
iudic.col.pen.verſi.ſed deueniendo,
&c. vbi ponit quod ſecundum magis
cõmunem opin. ſententia lata con-
tra falſum procuratorem poteſt ra-
tificari, quod tamen limitat xij.mo
dis.& idem in c.j.col. pen. & vlt. de
re iud. & Anchar.& doct.in d.regu.
ratihabitionẽ. lib. vj. & idem quod
Felin.in d.c.cauſam.dicit Iaſ.in l.li-
cet.C.de procur.vbi ponit xiij.limi-
tatio.in pen.col.ver.in vltim.parte.
gloſſ. & Iaſ.in l. qui in aliena.de ac-
quir.hæred. col.iiij.verſi.gloſ.in ver
ſi.rem ratam haberi.vbi dicit, quòd
ea quæ à principio non poſſunt ex-
plicari per procuratorem, non poſ-
ſunt haberi rata.& eundem in l.nec
is.§.j.de acquir.hæred.col.ij.vbi di-
cit, quòd ratificatio non extenditur
ad ignorata. & quæ ſint neceſſaria
ad hoc, vt ratificatio teneat, vide
Barbat.c.nonnulli.§. ſunt & alij. de
reſcript. col.vij. in princ. vbi etiam
tractat iſtam materiam: & quibus
modis fiat.vide eundem in c. ex par
te decani.de reſcript. col.x. & circa
id quod dictum fuit de procuratore
falſo, vide Felin. in c.j.& vlt.col.de
re iudica. & in c. poſt ceſſionem.vj.
col.verſic.ſecundo declarat,&c. de
proba.& quando habeat locum,vi-
de per eundem in c. prudentiam. de
offic.deleg.col.pen.verſic. nunquid.
& ibi Barb.col.iiij. H.C.

d Mandatum.vide Felin.d.c.ſicut. fin.
col.in fine, vbi refert tenentes hanc
opin. & Iaſ. l. ſi quis mihi bona. §.
iuſſum.de acquir.hæred.col.vj.

e Delictis.adde Bald.poſt gloſſ. in l.ſi
pupillus.§.ſi Titij. ff. de negot.geſt.
latiſſimè Salic. poſt Bald.in d.l.non
ideo minus.hic allega. Canon.in c.
ij.de ordin.cognit.Angel.Aretin.in
tract. Maleficior. in verſic.Sempro.
mand.& ibi per addi.in verſic.nunc
quindecimo.& quid operetur in de-
lictis, vide Abb. c. cùm vos. de his
quæ fiunt à prælatis,&c. & finaliter
vide Angel.in l.Iulianus.j.col.ſuprà
qui ſatiſda.cog. quòd ſi mando tibi
quòd occidas talem,& tu iam occi-
diſti,quod non teneor,nec ex man-
dato, nec ex aliqua ratihabitione.
de quo per Iaſ.in rep.l.quominus.ſu
prà de flumi. H.C.

f Tempus.Vide Iaſ.in l.is qui pro em-
ptore.de vſucap.col.xxxvij. verſ.ſe-
cundus articulus eſt de extrem. &c.
vbi latè declarat materiam ratiha-
bitionis,& domi.Philip.in reg.con
tractus.ff.eod. verſic. quarto limita-
tur,&c. & adde vnum, quòd actus
medius impertinens impedit rati-
habitionẽ retrotrahi. gloſſ. eſt ſing.
in l.ſi indebitũ.§.j. ff.rem rat.hab.&
ibi Bart.& in l.ſi vxore.§.ſi quis vxo
rem.de adult.Bald.in l.fin.C.ad Ma-
ced. Hierony. Cuch.

g Alterius. Vide Iaſ.in l.filio quem pa
ter.col.j.de liber.& poſthu.& in l.is
qui pro emptore.de vſuc.co.xxxviij.
verſi.tertia ratio.vbi latè tractat ma
teriam ratihabitionis: & an poſſit
fieri die feriata in honorem Dei ibi,
col.xxxvij.in fi. H.C.

h Forma.Adde Bart.poſt Bald.in c.ex
parte decani.de reſcrip.colum.xxx.
ver.item dicit hic Bald.&c.

In l.Domum ſuam.

Argumenta.

1 *Aedificare qui vetatur, reficere
domum non prohibetur.*

2 *Reficere non dicitur, qui rem peni
tus lapſam reſtaurat.*

3 *Nouum non dicitur, quod prius
deſtructum reparatur.*

4 *Aedificare poteſt quis in ſuo libe-
rè,modò in alienum nil immittat.*

REGVLA LXI.

DOmum ſuã reficere vni-

cuique licet, dum non officiat inuito alteri quo ius nõ habet.

ISta regula intelligitur in caſu, in
quo quis non habet poteſtatẽ ædi
1 ficandi de nouo: † nam prohibitus
ædificare non prohibetur reficere,
vt hic dicitur. Et vltra gloſſ. exem-
plificari poteſt, in c. conſuluit. de Iu-
dæis. vbi Iudæi qui prohibentur ſi-
nagogas de nouo conſtituere, non
prohibentur antiquas reficere: quia
a aliud [a] eſt facere, & aliud eſt refice-
re. l. iij. §. reficere. ſuprà de iti. actuq;
priuat. Et ideo prohibitus facere de
nouo, non prohibetur reficere: vt
hic, & d. c. conſuluit. & in l. iiij. C. de
operis publicis. & in l. j. §. ſi quis ædi
ficium. ſuprà de operis noui nuntia.
facit quod not. per gloſſ. in cap. j. in
verbo, domum. de relig. domib. in
vj. in clem. fin. de reſcript. in verbo,
creatum. Et ex his cõprobatur quod
dicit gloſſ. in l. j. §. penultimo. in ver-
bo reficere. ſuprà de mortuo inferen.
& ſequitur Bartolus in dicta l. j. §. ſi
quis ædificium. quòd propria & ſtri
cta differentia eſt inter verbum fa-
cere & reficere.
2 Et iſta concluſio limitatur, † niſi res
in totum fuerit deſtructa: quia tunc
reficere rem in totum deſtructam eſt
propriè facere: quia de totali repara
tione iudicatur idem quod de noua
conſtructione: vt not. per gloſſ. xviij.
q. ij. in c. de monachis. & in c. iij.
de iure patron. & not. Bald. in l. fin.
vt proponis. l. ij. C. de nupt. Hoſt. in
ſumma de eccleſiaſticis ædific. in fi.
& facit text. in l. qui tamen. in prin.
ſ. quib. mod. vſusfruct. amitt. in l. ſi
ita legatum. §. fi. de leg. j. cum ſimil.
vt latè tradit Alex. in d. l. ſi quis ædi-
b ficium. & Felin. [b] in c. cùm acceſſiſ-
ſent. in fi. char. de conſtit.
3 Sed † tamen conſiderandũ eſt, quòd
licet res in totũ deſtructa ſit, rema-
neant tamen veſtigia prioris ædificij,
vnde facilius reparatio permitti de-
bet. arg. l. fi. ſ. de decur. & quod not.
Bart. in l. j. de aduo. diuer. iud. & fa-
cit glo. in c. acceſſiſſent. vbi fit repa-
ratio dignitatis in totũ deſtructę. Et
non eſt nouum quod aliâs ſtatutum
fuit, licet renouetur. xxij. q. j. in c. A-
catius. & xxxiiij. q. j. in c. non ſatis.
facit tex. in l. rem non nouam. C. de
iud. Vnde ꝙ in totum res deſtructa
reficiatur, non videtur res noua. &
in caſu c. conſuluit. Iudæi qui pro-
hibentur nouas ſynagogas erigere,
non videtur, quòd prohibeantur re-
ficere ſynagogam in totum deſtru-
ctam. licet Abb. ibi aliter velit: ex
quo eccleſia tolerat Iudæos: & ver-
ba d. c. ſatis conueniunt, dum dici-
tur, Si corruerint antiquæ, toleratur
quòd eas reædificent. Iſta enim ver-
ba etiam ad totalem deſtructionem
adaptari videntur: vnde ſecundum
ſubiectam materiam hoc debet iu-
dicari, quia ſecundum ſubiectam
materiam ſtatutum quod loquitur
de faciẽte, habet locum in reficien-
te: vt Alex. tradit in conſil. cix. viſis.
col. penult. lib. iij.
4 Secundo † regula etiam intelligi po
teſt in eo qui haberet poteſtatẽ ædi-
c ficandi [c], ſecundum regulam. l. al-
tius. C. de ſeruit. quæ habet locum
dummodo ille qui ædificat in ſuo,
nõ immittat aliquid in alienum, vt
gloſſ. hic dicit per l. ſicut. §. Ariſto. ſ.
ſi ſeruit. vend. Et alias limitationes
ad d. l. altius. tradit Barth. Veron. in
tract. de ſer. vrb. præd. in tit. de ſolo
& area. Alex. in conſil. clxxiiij. op-
portunè conſiderans. lib. ij. & quod
not. Bart. in l. fi. in fi. C. de ſer. & d. l.
altius. ampliatur, vt per Abb. in cõſ.
lvij. in quæſt. col. iiij. lib. j. Corn. in
conſi. xc. viſo. col. v. lib. ij. & Socin.
in conſil. cxlj conſiderata. in prin.

ADDITIO.

a Aliud. Alex. conſil. cxc. nu. 7. nu. 12.
lib. ij. C.M.

b Felin. & idem Feli. in d. c. conſuluit.
de Iudæ. & Iaſ in repet. l. quominus.
col. penul. de fluminib. vbi per duas
col. tractat materiam noſtræ regu.
& eundem poſt alios in l. j. §. ſi quis
ædificium. ſ. de no. oper. nuntia. &
dom. Philip. in d. c. cùm acceſſiſſent.
colum. fin. in fi.
c Ædificandi. Adde Iaſ. in l. ex hoc
iure. col. ij. de iuſti. & iure. & domi.
Philip. in regula, nullus videtur. &
quæ ibi dixi.

In l. Hæreditas.
Argumenta.

1 *Hæreditas ſucceſsio dicitur, poſſeſsio vero bonorum, ius ſuccedendi.*
2 *Hæreditas etiam dici poteſt ante aditionem.*
3 *Aditio ſola non ſufficit, vt hæreditas dici poſsit.*
4 *Petitio hæreditatis quando hæredi vel fideicommiſſario detur.*
5 *Petitio hæreditatis non datur hæredi, qui poſſeſsionem ſemel apprehendit.*
6 *Hæreditas an deſinat dici per ſolam poſſeſsionis apprehenſionem.*
7 *Filia renuntians hæreditati patris, non excluditur ab hæreditate fratris.*

REGVLA LX[illegible]I.

HAereditas nihil aliud eſt, quàm ſucceſsio in vniuerſum ius quod defunctus habuit tempore mortis.

1 HÆreditas † ergo eſt ſucceſſio, vt
hic dicitur, & in l. nihil ſuprà
de verb. ſigni. Et bonorum poſſeſsio
eſt ius ſuccedendi: vt not. Bart. in l.
iij. §. bonorum. ſ. de bon. poſſeſ. De
quo vidẽdum eſt quod dixi in rubr.
C. qui admit. col. antepen. Et iſtam
diffinitionem hæreditatis quam Iu-
riſconſultus hic ponit, declarat Bar.
in rubr. ſ. de acquir. hæred. dicens ꝙ
iſta diffinitio loquitur de ſucceſſio-
ne iuris: quia mortuo teſtatore ſuc-
cedit quoddam ius quod hæreditas
appellatur, & perſonam defuncti
ſuſtinet in omnibus iuribus quæ ha-
buit defunctus. l. hæreditas in mul-
tis. ſuprà de acquir. rer. dom. l. mor-
tuo. ſuprà de fideiuſſ. & idem Bart.
in l. nam & ſeruus. in §. qui negotia.
ſuprà de negot. geſt. dicit, quòd hæ-
reditas repræſentat perſonam de-
functi, & non hæredes futuri.
2 Et hæreditas dicitur † antequã adita
ſit per hæredem: & adita hæredita-
te, amplius non dicitur hæreditas, vt
not. per gloſ. in l. j. §. veteres. in gloſ.
magna. ſ. de acquir. hæred. in l. eius
qui in verbo, hæreditatis. ſ. de rer. pet.
& not. Bart. in l. iij. in prin. ad fi. ſ. de
bonor. poſſ. vbi inquit, quòd poſtea
quàm adita eſt hæreditas confundi-
tur cum patrimonio hæredis. l. ſed ſi
plures. §. ſi filio. ſ. de vulg. & pup. &
vbicunque poſt aditionem appella-
tur hæreditas, eſt impropria loquu-
tio. vnde in titu. de petitio. hæredita.
dum dicimus petere hæreditatem,
intelligitur nos declarari eſſe hære-
des, l. licet minimè. ſ. de pet. hæred.
& idem Barto. dicit in rubr. ſuprà de
acquir. hæred. & in d. l. j. §. eius. ſi cer-
tum petatur.
Et iſta concluſio intelligitur poſt adi-
tam hæreditatem & apprehenſam
poſſeſsionem: ſecus videtur ante
3 adeptam poſſeſſionem: † quia ſola
aditio non facit, quominus etiam
hæreditas dicatur: vt not. Aret. di-
cit rubr. ſupra de acquiren. hæredit.
vbi ad hoc alleg. Bartol. ſingulari-
ter in l. fin. ſuprà de fideicommiſſ.
hæred. pet. vbi Barto. ſequitur gloſſ.
in l. j. eod. titul. in verbo, hæreditas.
quæ dicit, quòd ſolum hæredi vel
fideicommiſſario datur petitio hæ-

reditatis antequam ſit conſecutus
poſſeſſionem bonorum hæreditatis.
Sed poſt acquiſitam poſſeſſionem ſi
deſinat poſſidere, habet rei vendica-
tionem, & non petitionem hæredi-
tatis, & Bart. rationem adducit: quia
poſtquam hæres adeptus eſt poſſeſ-
ſionem, deſinunt eſſe res hæredita-
riæ: vt ſuprà dictum eſt, & ſic Bart.
videtur hoc intelligere poſt acqui-
ſitam poſſeſſionem, vt iſta ratio con
ueniat quæſtioni: & dictum gloſ. &
Barto. tenet Alexan. in conſi. lxxxix.
viſo puncto. in prin. lib. ij. & in conſ.
xciiij. in cauſa & lite. in ij. col. lib. ij.
4 ex quo infero vbi concludit, † quòd
petitio hæreditatis, & interdictum
quorum bonorum non datur hære-
di qui ſemel apprehendiſſet poſſeſ-
ſionem, per illam rationem: quia per
apprehenſionem deſinunt eſſe res
hæreditariæ, & ideo gloſ. not. in c. j.
de confeſ. in vj. in gloſ. magna. circa
fin. inſtruit agentem petitione hæ-
reditatis, vel interdicto quorum bo-
norum, quod non dicat ſe poſſediſſe
poſt mortem defuncti: quia illa re-
media non competerent poſt acqui-
ſitam poſſeſſionem, & ita ſequitur
Anton. de Butr. in conſil. lxiij. viſo
libello. in prin. vbi refert rationem
Bartol. & ſequitur. Et ſic concluſio
prædictorum videtur, quòd hære-
ditas dicatur, & res hæreditariæ di-
cantur ante poſſeſſionem acquiſitã:
& ſic per aditionem ſolam non de-
fecit eſſe hæreditas.
Et hoc confirmatur ſecundum Aretin.
in d. rubr. de acquir. hæred. quia li-
cet per aditionem dominiũ rerum
hæreditatis vnitum ſit cum patri-
monio hæredis. d. l. ſed & ſi plures.
§. filio. de vulg. & pupil. quia tamen
adhuc non eſt facta incorporatio,
retinet nomen hæreditatis: ſicut in
ſimili videmus in fiſco, cui licet
bona vacantia ipſo iure acquiran-
tur. l. j. §. an bona. ſuprà de iure fiſci.
tamen ante incorporationem non
cenſetur eodem iure cum aliis bo-
nis incorporatis, vt not. Bart. in l. in
omnibus. ff. de diuer. & temp. preſcr.
Contrarium tamen expreſſe tenet Pau.
de Caſtr. in d. l. j. ſuprà de fideicom.
hæred. pet. dum inquit, quòd ratio
Bart. non eſt bona: quia illud quod
5 ipſe dicit, † quòd per apprehenſio-
nem poſſeſſionis deſinat eſſe hære-
ditas, etiam habeat locum ante ade-
ptam poſſeſſionem: quia per ſolam
aditionem vidẽtur res deſinere eſſe
hæreditariæ, & pariter deſinit eſſe
a hæreditas [a]. & hoc verius videtur:
quia per aditionem dominium &
omnia iura tranſeunt in hæredem.
l. cum hæredes. in prin. ff. de acquir.
poſſ. & ideo ſtatim deſinit eſſe hæ-
reditas: quia bona ſunt hæredis qui
adiuit. Et non obſtat ſimile de fiſco:
quia dato quòd plus iuris habeat fi-
ſcus & etiam hæres in bonis incor-
poratis & apprehenſis ratione poſ-
ſeſſionis: hoc non tollit quin deſinat
hæreditas eſſe per aditionẽ, ex quo
dominium transfertur in hæredem,
vt dictum eſt.
Et retenta iſta concluſione, quòd poſt
aditionem non dicatur eſſe hæredi-
tas, conſului extra montes Valentię
6 in Delphinatu, † quod renuntiatio
quam fecit filia patri de hæredita-
te patris, non excludebat illam ab
hæreditate eius fratris, quia mor-
tuus erat adita hæreditate pater-
na: quia poſt talem aditionem non
dicitur hæreditas patris, ſed fra-
b tris [b], per ſupradicta. Et in termi-
nis de renuntiatione conſuluit An-
gelus conſil. lij. domi. Gillius. col. ij.
& ſequitur Alexand. vbi alia ſimilia
inducit in l. j. §. veteres. ff. de acquir.
poſſeſ. col. ix. ver. expreſſius. Ang. &
idem in terminis de renuntiatione
tenet Paul. de Caſt. in l. Paulus. §. j. de
acquir. hæred. vbi dicit Oldrad. ita
conſuluiſſe: & ſequitur ibi Aretin.
per

per text. in l. qui filij. ff. de iis quibus
vt indign. & idem Aretin. in conſil.
cxj. in præſenti conſultatio. & idem
Rom. in conſ. cxlviij. circa primum.
Benedictus Capra, in conſil. xij. & ſi
viſo. & Corn. Peruſ. in conſil. cccv.
in hac conſultatione. lib. iiij.

ADDITIO.

a Hæreditas. Hanc opin. tenet Iaſ. in
rubr. de acquir. hæred. ij. col. verſi. tu
dic quòd imò &c. & in l. j. §. veteres.
de acquir. poſſeſ. col. x. verſic. circa
concluſionem, &c. & in lxij. col.
ponit quæſt. do. Philip. Dec. licet lo-
quatur in ſtatuto: & dicit hanc eſſe
communem opin. & in xiij. col. po-
nit quæſt. de muliere prohibita nu-
bere extra ciuitatem cum hæredita-
te, prout eſt Mediolani: an poſt-
quam eſt adita hæreditas, ſi contra-
hat, perdat hæreditatem, & quòd
hæreditas poſt aditionem nõ dica-
tur propriè hæreditas: tenet Floren.
in l. veniunt. ff. famil. erciſc. & Iaſ.
in l. eius. §. quod ſi ſtipulatus. ſi cert.
pet. & per eundem do. Phil. in conſi.
lxix. col. ij. viſis duobus. H. C.

In l. Qui ſine dolo.

Argumenta.

1 *Culpa lata eſt dolo æquiparanda.*
2 *Moram incurrere non dicitur, qui*
litigãdi cauſam iuſtam habere in-
uenitur.

REGVLA LXIII.

QVi ſine dolo malo ad iu-
dicium prouocat, non vi-
detur moram facere.

IBi, ſine dolo malo, ſubaudi: vel la-
ta culpa, vt not. per gloſſ. & Bart.
in l. quod te. col. iij. in verbo, venio
ad vltimum. ſuprà ſi cert. pet. & ad
1 hoc facit: † quia lata culpa dolo
æquiparatur. l. quod Nerua. ff. depoſiti.
l. j. §. j. ſuprà, ſi menſ. fal. mod. dix.
In text. ibi, non videtur dolo facere, &
ſic nõ eſt in mora. exemplum poni-
tur per gloſ. in l. ſi quis ſolutione. ff.
de vſur. ad idem text. in l. ſciendum.
cod. tit. & in l. iij. §. ſi quis paratus. ff.
2 quod vi aut clàm. Et † hoc intelligi-
tur quãdo iuſtam habet cauſam li-
tigandi: vt probatur in iuribus præ-
alleg. Secus ſi non habet iuſtam cau-
ſam, quia tunc per interpellationem
in mora conſtituitur: vt not. Bart. in
d. l. quod te. & eſt text. qui ita intel-
ligitur in l. nemo. §. j. ſuprà de verb.
oblig. dum ibi dicitur moram com-
mitti ab eo qui voluit litigare. &
not. Bart. in l. ſeruum. §. nunc videa-
mus. in l. qui Romæ. §. Seia. de verb.
obligatio.
Secundo regula intelligitur antequam
mora ſit commiſſa. Sed poſt moram
commiſſam mora non purgatur: li-
cet quis velit ad iudicium prouo-
care. l. fin. ſuprà de condict. furt. vbi
Paul. de Caſt. ita concludit.

In l. Ea quæ raró.

Argumenta.

1 *Leges ad ea quæ vt plurimum ac-*
cidunt, applicari ſolent.
2 *Leges etiam fiunt de his, quæ natu-*
raliter contingunt.
3 *Iure ſpeciali quod conceditur, in*
conſideratione eſſe non ſolet.
4 *Matrimonium inter prohibitos va-*
let, ſub conditione, ſi Papa diſpen-
ſabit.
5 *Ratio eius nulla habetur, quòd à*
ſolius principis voluntate pendere
noſcitur.

REGVLA LXIIII.

EA quæ raró accidunt, non
temere agendis negotiis
computantur.

1 NOte † quòd de his quæ raro accidunt regulariter, nulla ratio
habetur apud legiſlatorẽ. Ad idem
text. in l. nam ad ea. ff. de leg. cum ſimil. vt per gl. in c. per literas. de deſponſ. imp. Nam rarum & nunquam
æquiparãtur. c. coram. de offi. de leg.
Et quod rarò contingit, miraculum
eſt: vt dixit text. in auth. de conſulib. col. iij. collat. iiij.

Et quod rarò fit, ſicut etiam vetus ſapientia docet, non obſeruãt legiſlatores. Sed quod fit plerũque, & reſpiciunt & medentur: vt inquit text. in
auth. vt nec prohib. ma. §. quia verò
mutuum. col. vij. & in l. antiqui. ff. ſi
pars hær. pet. Et ideo caſus inſolitus
qui rarò contingit de mille annis ſemel, vt Bar. dicit in l. Seio. §. medico.
per illum tex. de ann. leg. non eſt in
conſideratione. & idem Bar. in l. ſiſtulas. §. ferramenta. ſuprà de contrahend. empt. cum ſimil.

Et regula iſta videtur procedere in his
quæ rarò accidunt & habent in ſe
2 miraculum: vt ſ. dictum eſt. † Secus
eſt ſi naturaliter contingant: quia à
l. recipiuntur. l. ſi maior quinquagenaria. C. de leg. hæred. vbi filius qui
naſcitur ex maiore quinquagenaria, legitim[us] dicitur, licet rarò illud
contingat: & omnia alia quæ rarò
contingunt, ſunt ſub lege, & regula
cõmuni, niſi exprimantur, vt Chriſtophorus Porcus dicit in §. inſulã.
per illum tex. inſtit. de rerum diuiſ.

Et ad prædicta etiam conſonat regula
3 quæ dicit † quòd illud quod de iure
ſpeciali conceditur, non debet conſiderari. l. iiij. §. j vbi Bald. ſuprà de
fideic. lib. & no. Bar. in l. ij col. v. verſic. ſed circa hoc dubitatur. ſuprà de
vulg. in l. ſi. col. ij. C. de ſent. paſſis. &
in l. quandiu. la. j. de acquir. hær. cũ
ſim. Et hoc intelligitur niſi de illo
iure ſpeciali expreſſe dictũ ſit, quia
tunc attẽditur. l. quidam relegatus.
de reb. dubiis. vbi valet legatum ſi reſtitutio impetretur à principe. Et
ideo valet inſtitutio de filio ſpurio
ſub conditione, ſi legitimetur à principe, vt not. Bald. in l. j. in vj. quæſt.
C. de inſtit. & ſubſtit.

4 Et hoc videtur † quòd valeat matrimonium inter prohibitos ſub con-
a ditione, ſi Papa [a] diſpẽſabit. de quo
Abb. poſt alios in cap. ſuper eod. de
condit. appo.

Secundò, quod dictum eſt non conſiderari quod de iure ſpeciali conceditur: verum eſt antequam actus ſequatur: ſecus eſt eueniente poſtea
illo caſu ſpeciali qui admittitur. l.
non quoque. §. ſi ex bonis de leg. j.
cum ſimil. vt tradunt Moder. in l. j.
col. viij. de vulg. & pupil. & facit
quod ſuprà dictum eſt per l. ſi maior quinquagenaria. C. de leg. hære.
ibi, eueniente caſu q[uod] rarò cõtingit.

Similiter etiam ad ſupradicta dicimus,
5 quòd † non attenditur quod pendet
à volũtate ſolius principis, quia impoſſibile illud reputatur. l. apud Iul.
b §. conſtat [b], de leg. j. not. Bart. in l. ſi
quis ſub conditione. col. ij. de teſt.
tut. & in l. continuus. §. cum quis. de
verbor. obligat. & hoc intelligitur
niſi conſueta ſunt concedi, vt notat
Alex. poſt alios quos refert in d. §.
conſtat. per illum textum ibi: diſtrahi non ſoleant, cum ſimi. vt per eum
ibi, & Moder. & latius tractat Soci.
in d. l. quidam relegatus. col. iiij.

ADDITIO.

a Papa. Iſtam opin. tenent ibi Ant. &
Gaſpar. & Prepo. qui latè eam diſputat: licet relinquat cogitandum: contra tamen tenent Innoc. & Abb. &
Card. ibi. & Cal. in conſi. j. ſub tit. de
ſponſal. & dom. Alex. in conſ. cxliij.
incip. ex facto proponitur & c. col.
iiij. verſi. ſed eſt aduertendum. eam
etiam tenet idem Aret. quam dicit
cõmunẽ in l. apud Iul. §. conſtat. col.
iiij. verſ. & ad materiam. de leg. vbi
Iaſ. videtur incilnare in aliam partẽ.
de qua etiam vide Anch. in c. ex publico. de conuer. coniug. H. C.
b Conſtat. Vbi Alex. Iaſ. adde Dec. l. j.
col. vij. de offi. eius cui mãda. eſt iuriſd. e. eccleſia. col. ſi. de conſt. Andr.
Tiraq. tract. retrac. prox. §. xxxij. nu.
59. vltra quem Aymo. conſil. liiij. in
ſi. conſi. cxxj. num. 10. C. M.

In l. Ea eſt natura. Argu.

1 *Cauillatio quæ, veluti ſuperuacua, à iure reprobatur.*
2 *Cauillatio quãdoq; tolerari poteſt.*
3 *Aduocatus iuſtam cauſam fouens, cum malitia licitè aduerſarium conuincit.*
4 *Teſtes de falſo ſuſpecti, ſolicitè ſunt examinandi.*
5 *Teſtis ſuſpectus etiam de circunſtantijs interrogari debet.*
6 *Iudex inueſtigandæ veritatis gratia cauillationibus vti poteſt.*
7 *Iudex delinquenti impunitatem promittere poteſt.*
8 *Priuato etiam fides ſeruari debet.*

REGVLA LXV.

EA eſt natura cauillationis, quam Græci σόφισμα appellant, vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes, diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

AD idem tex. in l. natura cauillationis. ſuprà tit. prox. & not. Io.
And. in cap. venerabilis. declarando
text. in verſic. cauillationis. de iudic.
& ad textum, hic bene facit text. in
authent. de tabel. colum. iij. in verſi.
& non fugant tabelliones. vbi dicitur, quod nihil eſt inter homines ſic
indubitatum vt non poſſit ſuſcipere
quandam ſolicitam dubitationem,
licet illud ſit iuſtiſſimum: hoc ſit per
cauillationem quæ reprobatur & reiicitur à iure. d. ca. cum venerabilis.
1 † Et talis cauillatio videtur ſuperuacua, & nimia ſubtilitas, quæ à iure
reprobatur, & à iudice reiicitur. l. actio. ſuprà de neg. geſt. l. ſicut. §. ſi debito. quib. mod. hypothec. ſoluatur.
Et hoc eſt quod dicitur, quòd nimia
a ſubtilitate [a] res ſubuerti non debet.
l. ſi quis hæredem in fin. de inſtit. &
ſubſti. & in l. pen. C. ad Treb. & in l.
fin. C. de legib. vbi de tali ſubtilitate
ridet imperator, & illam corrigit.
2 Quandoque tamen etiam † cauillatio toleratur, quia malitiis eſt obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vendi.
c. ſedes. de reſcriptio. ideo aduerſus
b malitiam quis cum malitiis [b] reſiſtere poteſt, vt not. per gloſſ. in c. cupientes. in princ. in verſ. malignantium, de elect. in vj. & pro d. gloſ. eſt
text. in l. cum pater. §. Titio. in fin. de
lega. ij. quem ad hoc alleg. Angel. in
l penult. ſuprà de vſuc. & dicit gloſſ.
not. in c. dominus noſter. in gloſſ. j.
3 in fin. xxiij. q. ij. † quòd ſi aduocatus fouet iuſtam cauſam, poteſt etiã
cum malitia aduerſarium conuincere, & bene facit quod not. Anton.
de Butrio in c. j. de mut. peti. vbi voluit, quòd ſi in veritate mutuum reddidi, poſſum etiam cum iuramento
affirmare me nihil à te habuiſſe. &
not. Bald. in rubr. C. de fide inſtru. colum. vij. in ver. incidenter etiã quæro. in iſtis enim & ſimilibus cauillatio admittitur ad obuiandum malitiis, & fraudibus.
4 † Et eodem modo propter ſuſpicionem iudex debet diligenter examinare teſtes ſuſpectos de falſo & eos
inuoluere ſi poteſt: vt notat Bald. in
l. j. §. editiones. in ij. not. C. de edend.
5 † Et quòd ſi teſtis eſt ſuſpectus, interrogari debet etiam de circunſtantiis in quibus ſubſtãtia rei non
cõſiſtit, vt not. Azo in ſum. col. pen.
C. de teſt. & Spec. in tit. de ſtip. §. iam

de interrogatoriis.verſ. & not.cum
ſimil. vt dixi in c. licet cauſam. in
viij.not.de probat.
6 † Similiter & iudex ad veritatem
inueſtigãdam poteſt vti cauillatio-
nibus, & etiam ſimulare, vt proba-
tur in c.afferte,de præſumpt.& xxij.
q.ij.c.non enim volebat Deus.Nam
propter vtilitatem publicam ad bo-
c nam fidem permiſſa eſt ſimulatio [c].
c.vtilem.xxij.q.ij.& per illum text.
dicit Vgutio & And.& poſt eos Do.
in c.nos in quenquam.ad fin.ij.q.j.
7 † quòd iudex [d] poteſt delinquenti
d promittere impunitatem & libera-
tionem,ſi confitetur delictum,& po
terit tamen iudex ex tali confeſſio-
ne poſtea illum condemnare, & iu-
dex excuſatur.& refert Ancha. in d.
c.vtilem. Alexandrum tertium ita
feciſſe cum quodam epiſcopo ſimo
e niaco.& ſequitur Felin. [e] in d.c.af-
ferte.de præſumpt.

Adde tamen quòd contrarium in ter-
minis tenet Innoc. in conſi. cix.viſa
inquiſitione prædicta.vbi concludit
ex pluribus,quòd virtute illius con-
feſſionis extortæ per dolũ reus con
demnari non poteſt, per no.in c.ſa-
nè.de renunt.& per gloſſ.in l.item ſi
in pretio.§.fin.ſuprà locati. vt latius
ipſe ibi inſiſtit:& verior videtur opi
nio, quia fides data ſeruari debet.l.
j.in princ.l. iuriſgentium.§. prætor
ait. ſuprà de pact.l.j.in prin. de con-
ſtit. pecun. Et etiam hoſti fides ſer-
uanda eſt.xxiij quæſt.j.c.noli æſti-
mare. Et ideo iudex præſertim quia
publicam perſonam gerit, fidem
ſeruare debet,ex eo quod not. Bart.
in l.j.§.non fuit. ſuprà de dolo. & in
l.conuentionem.ſuprà de pac.& fa-
cit tex.in epiſtola inter claras.C. de
ſumm.trinit.

Nec obſtat quod Bart. in d.l. conuen-
tionum.& in l.j.§.non fuit.de dolo
per illum text.dicit, quòd à priuato
non ſit fides ſeruanda hoſti: quia in
caſu noſtro agitur de iudice qui pu-
blicam perſonam gerit.

Præterea illud dictum Bart. non vi-
8 detur verum.† Quia etiam priuato
debet ſeruari fides, per iura ſupradi-
f cta quę generaliter loquuntur [f]. Nõ
obſt.tex.in d.l.j.§.non fuit,quia non
videtur probare illud Bar. dictum:
quia ibi de fide data verbum nullũ.
Sed ſolum dicitur quòd quis vti
poſſit ſolertia & machinatione cõ-
tra hoſtem,iuxta illud Vergilij:Do-
lus an Virtus quis in hoſte requirat?
Et iſta notanda ſunt:quia ſæpius oc
currunt.

ADDITIO.

a Subtilitate. Abb. in c.dilecti. de iu-
dic.in iij.col.Deci.l. ſi quis hæredẽ.
num.4.C.de inſtit. & ſubſtit.
b Malitiis.Vide Barb.c.ſedes. hic alle
gat.col.iij.in princ.in procem.clem.
col.iij.fol.7.Iaſ.in l.cum proponas.
in ij. col.C.de pact. Andr.Tiraquel.
in præfat.tract.retract.nu.70. C.M.
c Simulatio.Cauta & prouida admit-
tuntur.ita Abb.poſt gloſ. & Hoſt.in
c.j.quod met. cau.ij.col.v. vbi dicit
ſecundum Hoſt.quòd aduocatus fo
uens iuſtam cauſam, poteſt malitiis
& cauillationibus aduerſariũ con-
uincere,dum tamen ſine mendacio
hoc fiat, ad idem facit quod tenet
Inno.in c.olim.lo j.in iij.col.in me-
dio.vbi dicit, quod ſi ex defectu iu-
ſtitiæ quis non poteſt rem ſibi ſub-
tractã furto recuperare, quòd licet
ſibi propria autoritate furtum ſub-
trahere:dum tamẽ hoc fiat ſine men
dacio. ego tamẽ credo quòd nullus
aduocans hoc faciet ſine mẽdacio.
de quo etiam vide Hipp. de Marſil.
in ſing.clxxvij.incip.malitiis homi-
num.vbi multa cumulauit,quæ ad-
das ad apoſtil.ſuper litera d.H.C.
d Iudex. Idem Deci.l. vnica. col. iiij.
C.de ſenten.quæ pro eo quod inter.
Sed contra Hipp.Marſ.in l.j.§.quæ-
ſtioni in fin.de quæſtion. in l.ſi quis
obrep-

obrepſerit. ad leg. Corn.de fal.& in
practic.verſic.poſtquam.nu.15. & in
ſingul.ccj.adde Luc.de Pen.in l.j.de
numera.lib.xij. C.M.
e Felin.Hanc etiam tenet Imol.in l.is
qui reus.ſi.col. de pub. iud.& Feli.c.
accedens.lo ij.vt lit.non cõteſt.quæ
opin.licet ſit communis,ego tamen
non credo verã,per ea quę hic dicit
do.Philip.ſubtiliſſimè,& per text.in
c.ad aures.quod met.cauſ. vbi iura-
mentũ & fides æquiparantur: & iu-
ramẽtum ſemper eſt obſeruandum
vbi poteſt ſine interitu ſalutis æter-
næ, vt in c.cum dilectus.quod met.
cau.& in c.ſi verò.de iureiu. vbi latè
Doct. ergo idem eſt dicendum in fi-
de: quia æquiparatorũ à lege,quod
ſtatuitur in vno & in alio,&c. gloſſ
& Doct. in l.ſi quis perſuaſerit.C.de
furt. & in l. quod verò contra. ff.de
leg.vbi etiam per Bar.cum fides iſta
non poſſit rumpi ſine interitu ſalu-
tis æternę,vt fatentur prædicti Doc.
dicentes quòd in foro conſcientiæ
non eſt licitum talem fidem rumpe-
re: & dato quòd prædicta opin. ſit
vera, quòd iudex non teneatur fidẽ
ſeruare: tamen non poterit ex tali
confeſſione condemnare confiten-
tem,niſi eam iterum ratificaſſet, per
ea quę dicit ſing.Imo.in d.cõſil.cix.
incip.viſa inquiſitione,&c. æquipa-
rando eam confeſſioni factæ in tor
mentis cuius opin. vltra d. Phil.hic,
ſequitur etiam Hipp. de Marſil. in l.
j.§.quæſtioni.col.ij.in fi.ver. modo
redeundo.ff.de quæſt.& latiſſimè in
ſingul.clxxvij.incip. malitiis homi-
num.& in ſing.ccj. incip. in confeſ-
ſum.vbi alleg.plures tenentes hanc
opi.& ſic ſi confeſſio non fuerit ra-
tificata, iudex non poterit eũ puni-
re, cum ſit nulla quantũ ad punitio-
nem, quia etiam dato ꝙ eſſet valida
requireretur ꝙ pluries in cõfeſſione
perſeuerauerit. not.verbum Cum.in
conſil. cxxxviij. in j.col.ver.quantũ
ad primum quod eſt commend.re-
quiritur etiam vt præceſſerit accu-
ſatio ad hoc vt cõfeſſio præiudicet.
ita glo.in l.fin.C.de lib.cauſa.quam
cõmend.Bar.in ſua Mar.in ver.con-
feſſio.ver.xij.ſed ego non teneo illã
glo.per ea quæ dicit Anch. in c.j. de
accuſ.lib.vj ij.col.ver. ſolutio regu-
lariter,&c. vbi dicit quòd verum eſt
quòd regulariter quis non eſt con-
demnandus ſine accuſatore, vt in l.
ex reſcripto.§.ſi quis. de mun.& ho-
nor.§. hoc tamen fallit in pluribus
caſibus, de quibus ibi per eum inter
quos ponit illũ, quando crimen eſt
notoriũ quod ſit per confeſſionem
factam in iudicio, vt ibi per eum.&
adde quod dicunt Doct.poſt Bar.in
l.j.§. non fuit. de dolo. & in l. con-
uentionem. de pact. quòd publica
perſona tenetur ſeruare fidẽ etiam
hoſti.quòd iſta doctrina eſt limitan
da per dictum ſing. Bald.in c.j.§.fin.
col.pen.in fi.de pace iur. firman.qui
tenet, quòd vbi aperitur via ad de-
linquendum vel ad impunitatẽ deli-
cti iuramentum non eſt ſeruãdum:
quia non tenet tale iuramentum, &
ſic quòd à publ. perſona non ſit ſer-
uanda fides,vbi agitur de impunita-
te delicti: quod facit pro eo quod
notatur de ſaluoconductu dato bã-
nito, an ſit ſeruandũ.de quo per Fe-
lin.in d.c. accedens. & per Imol. in
d.l.is qui reus.vbi facit vnam no.di
ſtinctionem. Tamen caueãt iudices
per ea quæ ſupradicta ſunt, ne ſint
homicidæ animarũ ſuarũ,quia om-
nes ſupradicti Doct. tenent in foro
conſcientiæ non eſſe licitum rum-
pere talem fidem. Hier. Cuch.

In l.Marcellus ait.

Argumenta.

1 *Debitor quis proprie dicatur.*
2 *Deſinere non dicitur is, qui non*
incepit.

REGVLA LXVI.

MArcellus ait, Deſinit debitoris eſſe, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

ISta regula de plano intelligi po-
1 teſt: quia † debitor ille intelligitur
à quo inuito pecunia exigi poteſt.l.
debitor.§.tit.j.ergo tutus iuſta exce-
ptione non videtur eſſe debitor: vt
hic dicitur.& facit alia regula, Non
videtur cepiſſe, qui per exceptionem
remouetur à petitione. Ad idem re-
gu.l. nihil intereſt .j.eo. vbi dicitur,
nihil intereſt quis actionem non ha
beat, an per exceptioné infirmetur.
Et regula iſta intelligitur oppoſita ex-
ceptione. Secus videtur ante oppoſi-
sam exceptionem, per ea quæ dicta
ſunt in d.regul.l. non videtur. ſuprà
eod. vbi videndum eſt.
Et ideo tex. hic bene dicit, diſinit: quia
ante exceptioné oppoſitam erat de-
2 bitor. † Quia non videtur deſinere
ille qui nó incipit.l.Titio.ſuprà, de
condit.& demonſt.l. nulla. de ſu. &
leg. Et in regu. non poteſt videri de-
ſiiſſe, infrà eo. Et de hoc propriè in-
telligitur: aliàs verò impropriè etiã
deſinere dicitur quod non incipit,
vt not. per gloſ. in d.reg. non poteſt.
per tex. in l.iiij.§.deſinere.ſuprà vſu-
fruct.quemadmod.cau. vbi glo.

In l. Quoties idem ſermo.
Argumenta.

1 *Verba ſecundum naturam cõtractus ſunt intelligenda.*
2 *Verba ſecundum naturam actus, de quo agitur, accipi debent.*
3 *Verba potius pro natura actus, quàm pro perſonæ qualitate ſunt interpretanda.*
4 *Sermonem proferens, vnicum tantum præſumitur habere intellectũ.*

REGVLA LXVII.

QVoties idem ſermo duas ſententias exprimit: ea potiſſimum accipietur quę rei gerendæ aptior eſt.

1 IBi rei gerẽdæ aptior eſt, † & ideo
verba accipiuntur ſecundũ natu-
ram contractus. l.ſi vno. in princ.ff.
locati. vbi Bar. qui ex hoc ibi infert,
a quod verba [a] accipiuntur ſecundũ
b ſubiectam [b] materiam, allegat. bo-
num text. in l.ſi ſtipulatus.C.de vſu-
ris.& facit text. in l.inſulam. de præ-
ſcript. verb. Ex quibus iuribus con-
cludit Alexander in conſil. v. puto
de iure. libro iiij: quòd verba acci-
piuntur ſecundum ſubiectam ma-
teriam, etiam verba impropriando,
& etiam in materia in qua debeat
fieri ſtricta interpretatio, puta in
ſtatuto, prout ipſe ibi loquitur. Et
2 licet † verba debeant intelligi vt
c aliquid operentur [c]: tamen non
debent operari niſi ſecundum na-
turam actus de quo agitur: vt notat
Baldus in rubrica.C. de contrahen-
da emptio. ita Alexand. dicit in con
ſil.xxj. viſo compromiſſo. colum.ij.
in verſic. nec obſtat. lib.v. quòd ver-
ba potius intelliguntur ſecundum
d qualitatem delicti [d], quàm ſecun-
dum conditionem perſonæ cui fit
commiſſio: vt in notabili caſu Are-
tin. ſcribit in conſil.lviij. conſidera-
tis omnibus. col.v. vbi ad hoc addu
cit text. pro ſingulari in c.in archie-
piſcopatu. de rapt.
3 Et potius videtur quòd verba intel-
ligantur ſecundum naturam actus,
quam ſecundum qualitatem perſo-
e næ [e] facientis, vt colligitur ex dictis
Antonij de Butrio, in c.ſi pro debi-
litate. de offic. deleg. vbi And. Sicul.
refert

refert. col. iiij. dum ibi dicitur, quòd
iudex delegatus qui conſilium ſibi
reſeruauit, non videtur tanquam
iudex, ſed potius ſecundum natu-
ram ipſius conſilij reſeruare. Et da-
to quòd verba eſſent prægnantia:
tamen ſecundum ſubiectam mate-
riam intelliguntur & reſtringuntur:
vt Alexan. tradit in conſil. xxxv. vi-
ſo proceſſu. colum.iiij. lib.iiij. verſi.
circa tertium.
f Et quòd verba [f] intelligantur ſe-
cũdum ſubiectam materiam, etiam
not. Abb. in ca. exhibuit. in ij. not. de
iudic. & Rom. hoc modo arguit in
conſi.lxxxviij. tribus rationibus. in
fin. Aret. in conſi.xiiij. viſo. col.ij.&
Alexan. In conſilio lxxxvj. in cauſa.
col.ij. Pet. de Ancha. in conſi. ccxxv.
prima facie. Angel. in conſil. xxxj.
viſo legato. colum. fi. Imol. in conſi.
xxj. in caſu præmiſſo. in princip. &
conſil. xcv. in caſu præmiſſo. & in
conſi.c. in quæſtione. col.ij. cum ſim.
Et quantum ad tex. hic de ſermone ha-
4 bente duplicem intellectum, † no-
tandum eſt, quòd ille qui protulit
talem ſermonem vnum tantum vi-
detur habere intellectum: vt dicit
text. in l.in ambiguo. ſupra de rebus
dub. Et ideo ſi dupliciter intelligi
poteſt, videtur quòd nullus intelle-
ctus valeat. arg. l. ſi duo ſunt Titij.
ff. de teſtam. tut.& ita ſentit Bart. in
d.l. in ambiguo. Nã eius quod mul-
tipliciter exponitur, veritas ignora-
tur: vt dicit Bald. in l. ſcire leges. ſu-
pra de legibus.
Et hoc intelligitur niſi probetur per
alias leges & rationes de altero in-
tellectu, quia ille præualet: vt Bart.
dicit in d. l. in ambiguo. & tali caſu
procedit iſta regula, quia attenditur
ille intellectus qui rei gerendæ a-
ptior videtur, & ſecũdum ſubiectam
materiam, vt dictum eſt.
Et præualet ille intellectus in quo ma-
ior ſit proprietas verborum. ca. Ro-
dulphus. de reſcript. Et præfertur il-
le intellectus in quo maior ſit ratio
dubitandi: vt not. Abb. in ca. cùm
iure. in j. no. de elect. Et præualet ille
intellectus per quẽ minus iuri com-
muni derogatur etiã verba impro-
priando: vt not. Abb. in c. cùm dile-
ctus. col. fin. de conſue. Et præualet il-
le intellectus qui conuenit rubricæ
vt not. Ant. de But. in proœ. Decre. in
§.ſanè. Alexan. in l.j. in iij. not. ſuprà
ſi cert. peta. Et præualet intellectus
in materia ſtricta in ſtricto ſignifi-
cato. d.ca. Rodulphus. de reſcrip. &
per Soci. in conſil.cxvj. colum.vj. Et
præualet ille intellectus qui facit
actum valere. l. quoties. de verbor.
oblig. cum ſim.

ADDITIO.

a Verba. Adde quòd verba debent
intelligi ſecundum naturam diſpo-
ſitionis ſuper qua ponuntur etiam
ea impropriando. de quo per Iaſ. in
proœ. feud. col.xxviiij. verſic.ij. quia
&c. & in l. is qui putat. de acquir.
hæred. col. fi.& in l. pro hærede.§.ſi
quis. ſupra.ij. col. eod. tit.
b Subiectam. Deci. in rubr. de iuriſdic.
omn. iud. l.j. col.vj. l.fi. col.iiij.C. qui
admit. conſil. ccclxxxviij. vnde re-
probaui quid Deci. ſupra eod. l. in
perſonam.§.generaliter. C. M.
c Operentur. Vide Socin. in tract. fal-
lent. in reg. ccccxl. Cano. in capit. ſi
Papa. de priuil. libr.vj. Iaſ. in l. ſi le-
gati ſerui. de leg.j. Feli inci. Rodulp.
de reſcrip. col.ij. verſi. & ob eluſio-
nem, &c. & in c.j. eod. tit. do. Philip.
Dec. in c. paſtoralis. in prin. de ap-
pel. Hierony. Cuch.
d Delicti. Adde quòd verba ambigua
in delictis debent capi in mitiorem
partem, vt per Iaſ. qui plura accumu
lauit, in l. diuortio. ſol. matri. colum.
iij. verſi. ex iſtis infero.
e Perſonæ. Adde quod verba debent
intelligi ſecundum qualitatem per-
ſonæ: adeo quòd verba priuilegij
inter

interpretantur ſecũdum qualitatem perſonæ. de quo per Iaſon. in auth. ingreſſi. vj. col. C. de ſacroſan. eccleſ. & Barb. in cap. ſi pro debilitate. hic alleg. col. xliij.

f Verba. Adde quòd verba cõtrahentium debent etiã intelligi & ſaluari ne cõtineant contrarietatem. idem in teſtibus, ſtatutis, iuramento, ſententiis & contractibus, vt per Iaſo. in l. falſa. C. de iur. & facti ignoran.

In l. In omnibus cauſis.

Argumenta.

1 *Priuilegiũ perſonale extinguitur cum perſona.*

2 *Priuilegium quod fiſco, vel eccleſiæ de non ſoluenda gabella conceditur, ad emptores non extenditur.*

3 *Priuilegium, in dubio eſt cenſendum perſonale.*

4 *Priuilegium quãdo ad hæredes ſit extendendum.*

5 *Beneficium à principe conceſſum, latam admittit interpretationem.*

6 *Priuilegium quod vni perſonæ conceditur, ad alias non porrigitur.*

7 *Priuilegium loquens de filio, non verificatur in filia.*

8 *Priuilegium ad alias non porrigi perſonas, quando verum ſit.*

9 *Priuilegium ſcholaribus cõceſſum, ad eorum famulos eſt extendendũ.*

10 *Priuilegium patrisfamiliàs conceſſum, ad familiares extenditur tam præſentes quàm futuros.*

11 *Priuilegium contra ius ſpeciale, latam recipit interpretationem.*

12 *Interpretatio lata, fit etiam quandoque in materia odioſa.*

13 *Diſpenſatio, latam recipit interpretationem iuxta verborum proprietatem.*

14 *Priuilegiũ datum cauſæ, tranſit cum cauſa, ſicut actioni datũ cum actione.*

15 *Priuilegium rem ſequitur, quod rei conceditur.*

16 *Priuilegium loco conceſſum, an extendatur ad loci perſonas.*

17 *Priuilegium perſonis conceſſum, durat aliquando perſonis deficientibus.*

18 *Priuilegium, quod dignitati conceditur, durare poteſt dignitate ceſſante.*

REGVLA LXVIII.

IN omnibus cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditio locum facit beneficio: ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. Vbi verò genus actionis id deſiderat: ibi ad quemuis perſecutio eius deuenerit, nõ deficiat ratio auxilij.

EX iſta regula duo dicta colliguntur.
1 † Primum eſt, quòd priuilegium perſonale cum perſona extin-
a guitur. [a] Secundum, quòd priuilegium datum actioni, tranſit cum actione.

Circa primum idem habetur in regula, priuilegium. eod. tit. in vj. & in regula, priuilegia quædam. infrà eod. in l. cùm patronus. in fi. de leg. ij. in l. quia perſonale. ſol. mat. & in §. ſed quod principi. inſtitut. de iure natu. & ideo non tranſit ad hæredes. d. l. quædam priuilegia. & in l. j. in princip. ſupra de iure immuni. Et quandoque adeo perſonale eſt quòd alteri commodari non poteſt, & cum eo perſona debet ſepeliri,

vt de pallio dicitur: vt in ca. ij. de auto. & vſu pallij.

Et ex iſta regula verificatur quod not.
Dyn. & Bart. in l. licitatio. §. impe-
2 ratores. ſupra de public. † quod pri-
b uilegium non ſoluendi [b] gabellam
datum fiſco vel eccleſiæ, non competit emptoribus, de quo dixi in conſil. xlviij.

Et in notabili caſu Alexand. tradit in
conſilio xxxvj. in cauſa dationum
vini. lib. j. & ibi declarat, quod dici-
c tur priuilegium perſonale [c] quando conceditur alicui expreſſo nomine proprio: vt in c. quoniam Abb. de offi. deleg. in c. ſi gratioſe. de reſcrip. in vj.

3 † Et in dubio [d] priuilegium vide-
d tur perſonale: vt not. per glo. in ca. cum veniſſent. de inſti. & in ca. tua. in glo. de his quæ fiunt à præla. & in gl. xxv. q. ij. in ſumma.

Et iſta regula intelligitur, quando priuilegium conceditur intuitu perſonæ, ita quòd perſona ſit immediata cauſa priuilegij. Secus ſi perſona non ſit cauſa immediata priuilegij: vt patet in reſtitu. in integrum quæ datur minoribus, nam dicitur priuilegium perſonale: vt not in l. exceptiones quæ. ſuprà de exceptio.
4 † & tamen extenditur ad hæredes. l. non ſolum. ſupra de in integ. reſti. l. minor autem. §. fin. ſupra de mino. l. ea quæ. C. de temp. in integ. reſtit. pe. Quia minoris perſona non eſt finalis cauſa priuilegij, ſed læſio: quia tunc demum tale priuilegium competit minori ſi ſit læſus. l. quòd ſi minor. §. non ſemper. l. non omnia. ſupra de mi. & ita concludit Dy. in d. reg. priuilegium. Ad quem Bar. ſe remittit in d. l. non ſolum. Alexã. tamen in d. l. quia perſonale. videtur reprobare iſtam opin. quia dicit ipſe, non aperit Dy. qualiter perſona ſit cauſa immediata priuilegij. Sed poteſt reſponderi, quòd imò aperiat per rationem præallegatam. Secundo dicit Alexand. quòd non facit Dyn. differentiam vtrum priuilegium cõcedatur à lege, vel à principe. Sed etiam reſponderi poteſt, quòd non ſit differentia, vt etiam Bar. ipſe tenere videtur.

Et regula iſta procedit in priuilegio,
prout loquitur, quòd eſt contra ius
5 commune. Secus eſt † in beneficio dato à principe: quia late interpretari debet. l. fin. ſupra de conſti. princ. Ideo in dubio tranſit ad hæredes: vt notat Bartol. in l. ſi pater. de ſeruit. leg.

Sic etiam in officio quod eſt perſonale. l. tutela plerunque. ſupra de tut. cap. quoniam Abb. de offic. deleg. & not. Bald. in ca. cum veniſſent. de iud. circa fin. in ver. pone Papa. vbi concludit, quòd ſi Papa concedit officium vicariatus per x. annos, non tranſit ad hæredes: & ſequitur Alex. in l. quia tale.

Et ſicut priuilegium perſonale cum
6 perſona extinguitur, † ita priuile-
e gium datum vni [e] perſonæ, ad alias perſonas non extenditur etiam ex identitate rationis: & ſic in priuilegio non proceditur de ſimilibus ad ſimilia, ſicut de iure communi, vt not. Ant. de Butr. per illum text. in c. ſanè de priui. Et iſtam reg. etiam tradit Bald. in l. j. in prin. C. de leg. dicens, quòd priuilegium non extenditur ad aliam perſonam, nec ad alium locum: quia eſt ſtricti iuris. Et ideo priuilegium conceſſum regi, non extenditur ad reginam, vel filios, niſi exprimatur, vt not. Domin. in c. ne aliqui. per illum tex. in iiij. not. de priuileg. in vj.

7 Et priuilegium † quod loquitur de
a filio, non habet locum in filia, [a] vt tradit Card. in conſi. ccxxxv. puto filias. in fi. ſic etiam priuilegium datum vni eccleſiæ, non habet locum in alia: vt not. Bald. per illum tex.

text.in l. non tantum.§. non omnia.
de excuſ. tut. Et priuilegium quod
loquitur de vno contractu non ha-
bet locum in alio: vt not. Ange. in
conſil.cclxxij. quoniam dictum pri-
uilegium.
g Et licet regulariter [g] priuilegium
ad alias perſonas non porrigatur,
8 † hoc limitatur procedere in per-
h ſonis acceſſoriis [h] & familiaribus
quibus competit priuilegium, quan-
do ſine illis poſſet priuilegium rema
nere inutile: vt not. Domin. per il-
lum text. in c.licet.§. cum concedi-
tur. in princ. eod.tit.in vj.& gloſ.ibi
ſimilia iura adducit. & not. Abb. in
cap.quod nonnullis. extra de priuil.
Benefacit text.in authentic. habita.
C.ne fil.pro patre.vbi Bald.per illum
9 text.in quinto notabili dicit, † quòd
priuilegium datum ſcholaribus, e-
tiam ad eorum nuntios & famulos
extenditur. Et priuilegium datum
calceolariis, debetur ciabatteriis
eorum miniſtris, vt not. Angel. in
proœmio Digeſtorum. in ver.itaque
proculdubio.col.ij. Et ideo obliga-
tus ad procurandum aliquem, id eſt
ad hoſpitandum, etiam ſeruitores
procurare tenetur: vt not.Abb. in c.
quanto in iij.notabili.de cenſi.
Et priuilegium datum pauperibus ho-
ſpitalis, porrigitur ad miniſtros qui
ſeruiunt hoſpitali: vt pluribus ratio-
nibus Old. tenet in conſi. xj. thema
tale eſt.
Et priuilegium datum illis de domo,
includit caſtaldos & factores: vt no.
Alexan.poſt Ro.in l.lecta.in gloſ.in
verbo, in domo. ſupra ſi cert.pet. &
dicit Abb.in ca. quam ſit.in prin.de
Iudæ.quòd priuilegium datum vni,
etiam ex ſociis priuilegiati compè-
tit, quando priuilegium eſſet inutile,
niſi ſocij eodem priuilegio gaude-
rent.& Moder.ibi alia ſimilia addu-
cunt. Et familiares militum gaudẽt
eodem priuilegio, vt no. Bald. poſt
Cy.in l.j.C.de vxo.mili.
Et quod dictum eſt de familiari-
10 bus, intelligitur † non ſolum de
præſentibus, ſed etiam de futuris:
vt tradit Io. An.in reg. qui ſentit.de
regu. iur.in vj. in Mercur. & Ange.
in conſilio.cclx. thema prædictum.
col. iij. Et in prædictis notandum
eſt, quòd licet priuilegium extenda-
tur ad familiares, non tamen ipſis
familiaribus dicitur datum eſſe pri-
uilegium: quia licet effectus priuile-
gij ad vnum porrigatur, non tamen
illi dicitur datum priuilegium, vt
no. Domi. in conſilio lxxiiij. atten-
to puncto.col.fi.alle. tex. in c.ſi cui.
§.j.& in c.dudum. in prin. de præbẽ.
in vj. & in c. ſicut nobis. de ver. ſig.
in vj. & ideo mortuo principali cui
datũ eſt principaliter priuilegium,
extinguitur etiam in aliis quibus
acceſſoriè competebat: vt not. Bal.
in l.ij. circa fi. ver.vlti.quæro.C. de
epiſ. & cle.& And.Sicu.in conſi. xx.
col.iiij. lib. ij. & nouiſsimè Soci. in
conſi.lxxxiiij. accuratiſsimè. in no-
uis. Et ſupradicta omnia bene pro-
cedunt quando priuilegium eſt con
tra ius commune: quia ſtrictè debet
interpretari: vt ſupra dictum eſt. &
do.Rom.in conſil. clxxx. ſi admitti-
11 mus.col.pe. † Secus ſi priuilegium
ſit contra ius ſpeciale: quia tunc ta-
le priuilegium debet latè interpre-
tari: quia res ad ius commune redu-
citur: vt no.Ant. de Butr. per illum
tex.in c.olim.tibi.in fi.de ver. ſig. &
Abb.in iij.not. Similiter in priuile-
giis ſit lata interpretatio quatenus
proprietas verborum ſignificat.
12 † quia in materia etiam pœnali &
odioſa ſit lata interpretatio ſecun-
dum proprietatẽ verborum: vt not.
Areti.dicit per illum text. in l. cum
13 lege.ff.de teſt. Et ideo † in diſpenſa-
tione quæ odioſa eſt & ſolet ſtrictè
interpretari.c.j.de fil. preſbyt. in vj.
Tamen ſit lata interpretatio quate-
nus

nus proprietas verborũ videtur re-
quirere: vt no.Cald.in c.j.de cõſan.
& affi.col.j. Et quantũ ad ius conce-
dentis etiã priuilegium, late debet
interpretari: vt not.Oldrad.in conſi.
cclxviij.quæſt.col.ij.verſ. præterea.
Quo ad ſecundũ dictum principale
14 † de priuilegio dato actioni, quòd
trãſeat cũ actione, idẽ eſt in priuile-
i gio dato cauſæ: [i] quia cauſam ſe-
quitur: vt no.Dom.in regula. priui-
legiũ.in fi.eod.tit.in vj.& tex.hic.Et
15 eodẽ modo † ſi cõcedatur rei, quia
ipſam rẽ ſequitur, & tranſit in hære-
des dicta regula, quædam.ff.eo.& ad
idem text.in l. forma.§.quanquã.de
cenſi. vbi dicitur, ꝙ priuilegiũ datũ
ciuitati vel loco, ad poſteros porri-
gitur.& in l.j.§.permittitur. ff. de a-
qua quoti.& æſti.dicitur, ꝙ priuile-
gium quod datur prædiis, extincta
perſona non extinguitur.& ibi,& in
d. l. forma.§. quanquàm. probatur
vtrunque dictum huius regulæ.
16 † Et quãdo eſt datum priuilegium
k loco, [k] an videatur datum perſo-
nis, eſt text. in c.per exemptionem.
de priuil.in vj.& not.Rom.in conſ.
clxxx.ſi admittimus.in prin.
17 † Et ad ſupradicta notãdũ eſt, ꝙ quã
doq; etiã priuilegiũ datũ intuitu per
ſonarũ durat: licet perſonę deficiãt.
Nã ſi pater habuit priuilegiũ ꝓpter
numerũ filiorũ, licet filij moriantur,
tamẽ durat priuilegiũ, ſecũdum Io.
Andr. in reg.decet.de re.iu.in vj.vbi
refert ita cõſultũ fuiſſe.& Bal.ibi ſe-
quitur.& not.Bar.in l.ij.§.non ſolũ.
ff.de excu.tut. & tradit Io.de Ana.in
cõſil.vltimo.circa dubiũ oblatum.
18 † Similiter & quandoq; priuilegiũ
l datũ dignitati [l] durat etiã ceſſante
dignitate in memoriam priſtinæ di
gnitatis.l.fi.ff.de decur. Et per illum
m tex.infert gl. ꝙ clericus [m] degrada-
n tus retinet priuilegiũ clerici. [n] in c.
accedens. 50.diſt.& in c.ad abolen-
dã.ver.prerogatiua.de hære.de quo
per glo.c.degradatio.in verſi.priuil.
clericali. de pœnis.in vj. Aliàs verò
cauſa priuilegij debet conſiderari:
o quia ceſſante cauſa [o] priuilegij, ceſ-
ſare debet priuilegiũ.l. Titia.la ij.§.
vſuras.vbi Bart.de leg.ij.& not.Ro.
in cõſ.clxxx.ff.alle.Et ideo mutatio-
ne perſonę tollitur priuilegiũ.l.Pau.
ff.de acq.hær.vbi Bar.in fin.dicit, ꝙ
ſi res eccleſiæ perueniat ad priuatũ
ceſſat priui.vt in pulchra q.not.Bal.
in rub.C.de vſur.in iiij.q.& ſequitur
Io.de Anan.in c.ſalubriter.col.ij.de
vſur.& in alia ſimili q.tradit Ioann.
And. in addit.Spec.in tit.de cenſi.§.
nunc dicendum.in addit.inci.tracta
bat Vbert. de Bob. cum ſimil. vt A-
lex. ſcribit in conſil.xxxv. viſo pro-
ceſſu.lib.iiij.

ADDITIO.

a Extinguitur. & quãdo incipiat cõpe
tere, ponit Iaſ.in l.beneficium. ff.de
cõſtit.princ.col.ij.ver. ſic ſucceſſiue.
b Soluendi. Vide Alex.in l.quia tale.
ſol.matrim.col.ij.verſi.ex prædictis,
&c. vbi plures quæſtiones ponit in
materia priuilegiorum.
c Perſonale. Qualiter cognoſcatur &
etiam reale. vide Ancha. in d. regu.
priuilegiũ. hic alleg.col.iij. in med.
& ibi per Dyn. & eius addi. ſatis re-
miſſiuẽ.
d Dubio.Vide Phil.Fran.in d.reg.pri-
uilegium.j.col.in fin.Ancha.ij. col.
verſi.in tertio caſu.
e Vni.Adde Iaſ.in l.j.de conſti.princ.
col.fi.vbi ſatis remiſſiuẽ. Et an poſ-
ſit extẽdi ratione correlatiuorũ per
eundem in l. non tantum. de re iur.
col.j.& Ro.conſi.cclvj. & an priuile
gium conceſſum fratribus minori-
bus, & prædicatoribus extendatur
ad ipſas ſorores, alleg.conſ.xiiij.in-
cip.viſo teſtamento.iiij.vol.
f Filia. Adde quòd etiam appellatio-
ne filiorum in priuilegiis non com-
prehenduntur nepotes nec pronepo
tes: vt in l.ſed à milite.verſ.hæc au-
tem

tem. ſuprà de excuſat. tut. vbi Bald.
dixit eum melioré de iure. & idem
etiam Bart.in l. liberorum.in v.col.
ver.quæro.ſuprà de verb.ſign. H.C.

g Regulariter.Not.vnum dictum ſin-
gul.quòd priuilegium quod conce-
ditur à cõmunitatib.Iudæis, vt poſ-
ſint retinere res furtiuas donec eis
per veros dominos ſoluatur pretiũ:
tale priuilegium non comprehen-
dit forenſem : & ſic ſi res furtiua ſit
forenſis,non tenebitur ſoluere pre-
tium. ita Franc.de Crem. ſing.lxxxj.
inci.pone Iudæi. fol.4.Abb. c.quod
clericis.de for.compe.vj.columη.in
princ.& ibi Barb.xiiij.columη. poſt
medium. Hier. Cuch.

h Acceſſoris.Vide Bal.in ſua marg.in
verb. priuilegium. verſic.vij.vbi lo-
quitur in vxore & aliis. item de em-
ptore quando eſt conceſſum vendi-
tori. & Rom.conſil. clxxx. & etiam
ratione communionis vt per Hip-
polytum de Marſ. qui plura cumu-
lat in ſing.clxxj incip.plura.& adde
vnum verbum ſingulare Bald. in l.
fin.C.ad legem Fal.de plag. per glo.
ibi in verbo orbita.quòd priuilegia
quæ dantur viduis, dantur etiã mu-
lieribus inutiliter nuptis, puta ſi ha-
beant maritum damnatum ad per-
petuos carceres : idem diceré ſi eſſet
captus ab infidelibus, vel profeſſus
ſecundum not in cap.j. de conuerſ.
coniug. & vide Iaſ. qui refert Bald.
in l.ſi is qui pro emptore.de vſucap.
ſuprà, col.ij. in iij. principali quæſt.
Bart.in verſi.adde glo. H. C.

i Cauſæ. Vide Iaſ. in l. tempus. de re
iudic.j.colum.

k Loco.Vide Aret.in c.nullus.de foro
competen.j.col.

l Dignitati.De quo vide Bald.in c.ſe-
des. de reſcript. & latiſſimè Hippol.
de Marſil. in ſingu. clxxix.incip.vr-
get ſtatutum. Et Ioan. de Plat. in l.
eam legem.C.de excuſ.mil.lib.x.

m Clericus. Adde vnum verbum ſin-
gulare circa priuilegium.cap.ſi quis
ſuadẽte.xvij.q.iiij. quòd ſi quis per-
cuſſerit conſanguineum clerici re-
ſpectu ipſius clerici, quòd incidit in
excõmunicationem. ita Lud. Rom.
in repet. rubr.de arbit. ff.col.xix.in
princ. quem ſequitur Hippolyt. de
Marſil.in ſuis ſing. cciiij. incip. per-
cutiens.vbi alleg.Felin.in c.eccleſia
ſanctæ Mariæ.de conſtitut.col.xlij.
poſt medium, qui nõ tenet illud di-
ctum:quia text. ille hic non probat:
nam loquitur de noua excommu-
nicatione,vt volunt ibi Doct.& Fe-
li. vbi ſuprà, & dato quòd loquere-
tur de excommunicatione.c. ſi quis
ſuadente, dico quòd illa diſpoſitio
non eſſet extẽdenda, per ea quæ ibi
dicit Ioann.And.in Nouellis. ſuper
gl.conſanguineos. H. C.

n Clerici. Falſum, quia pro mero ha-
betur. H.C.

o Cauſa. Vide latè Felin.in c.cum ac-
ceſſiſſent.de conſtitut. col.x.& ſatis
remiſſiuè per addi.Dy. in regul. de-
cet. eod.tit. lib.vj. ſuper verſ.finitur
priuilegium.& per Bart. in l. benefi-
cium.de conſtit. princ.vbi Iaſon la-
tiſſimè in viij.col.ver. ſecundo prin
cipaliter quærunt.

In l.Inuito.Argum.

1 *Liberalitas non poteſt in inuitum exerceri.*

2 *Soluere poteſt quis pro alio inuito. Impenſa vtilis facta pro infirmo, etiam inuito,repeti poteſt.*

3 *Soluẽs pro eo,cui manus amputanda eſt ni ſoluerit,repetere poterit.*

4 *Reipublicæ intereſt, vt conſeruentur homines.*

REGVLA LXIX.

INuito beneficium nõ datur.

VLtra gl.facit text. in l.hoc iure,
§.non poteſt. ſupra de donat.
vbi dicitur, † quòd non poteſt exer-
1 ceri liberalitas nolenti acquiri. Et
nemo creſcere cogitur inuitus : vt
dicitur in ca.geſta.lxxxiiij.diſtin. Et
per hoc eſt licitum vnicuique fauo-
ri ſuo renuntiare.l. pen. C. de pact.
l.penult.C.de epiſco.& cler.& in ca.
ad apoſtolicam.de regul.

Et iſta regula intelligitur, quando ſo-
lùm agitur de intereſſe eius, cui be-
neficium confertur : ſecus ſi agatur
de intereſſe alterius priuato vel pu-
a blico [a], quia tunc regula non proce-
2 dit : & † ideo quis poteſt ſoluere
b pro alio inuito [b] : & ille inuitus li-
beratur, quia agitur etiam de inter-
eſſe illius qui pecunias recipit : vt
declarat Paul.de Caſtr. in l.ſoluen-
do. ff.de negot.geſt. Et iſta ratione
etiam inuitum extrahere poſſum de
c domo ruente: vt dicit text. [c] xxiij.q.
iiij.in c.ipſa pietas.

Et impenſa facta vtiliter pro infirmo,
etiam inuito & prohibente, repeti
poteſt:vt gloſſ.not. dicit,lxxxiij.diſt.
in ſumma. in iſtis duobus caſibus
bona præſtantur etiam inuitis : vt
dicit text.xlv.diſt.& in c.qui emen-
dat.in fine.

3 Et † ideo pro condemnato in ampu-
tatione manus vel pedis, niſi ſolue-
rit centum intra menſem, quis ſol-
uere poteſt & repetere, dato ꝙ ille
prohibeat & proteſtetur ꝙ ſoluere
non velit:vt not.concludit Barto. in
l.ſi Stichus.de pecu. lega.in princ.in
verſicu. & per hanc legem dico. &
idem tenet Bald.in l.fin.col.ij.verſi.
ſed ponamus.C. de negot. geſt. quia
tali caſu agitur de intereſſe publi-
4 co:vt Bald. ibi dicit. Nam † intereſt
reipublicæ quòd homines conſer-
uentur.l.cùm ratio.§.pen. ff. de bon.
dam. Et quia quis non eſt dominus
d membrorum [d] ſuorum. l. liber ho-
mo.ſuprà ad legem Aquil.c.contin-
git.de ſenten.excommunic.

Sed tamen in cõdemnato, prout doct.
loquuntur, conſiderandum eſt, ꝙ ſi
ipſe non ſolueret pœnam pecunia-
riam erit corporaliter cõdemnatus
vigore ſentẽtiæ: vnde videtur quòd
ſecũdum tenorem ſententiȩ ipſe ha-
beat poteſtatẽ eligendi pœnam ſuc-
ceſſiuè quam velit : quia licet ipſe
non ſit dominus membrorum ſuo-
rum, tamen reſpublica habet pote-
ſtatem in membris ſuis:vt not. Bart.
dicit in l. Titio centum.§.Titio cen-
tum.el ij.in verſicu.tertia ratio.ff. de
condi.& demonſtr. & iudex ita iu-
dicauit autoritate reipublicæ, ſicut
quando quis eſt condemnatus ad
mortem,& pars nõ appellauit à ſen-
tentia illa,tranſit in rem iudicatam.
l.diui fratres. vbi Bartol. ff. de pœn.
l.j.§.fin.ff. de quæſtionib. niſi dica-
mus, ꝙ licet ſit condemnatus auto-
ritate ſententiȩ:lex tamen quantum
poteſt cogitat illũ liberare, quia in
tali ſententia corporali dat faculta-
tem appellandi omnibus, etiam in-
uito cõdemnato.l.non tantum.ff.de
appel. vnde ſicut vnus poteſt appel-
lare pro illo inuito:ita videtur quòd
e ſoluere [e] poſſit pro illo inuito, ſed
replicari poteſt ꝙ appellatio per-
mittitur, vt appareat de iuſtitia, ne
innocens in effectu condemnetur.

Sed non ſic videtur in illa condemna-
tione,quia conſtat de delicto, & ſo-
lùm agitur de pœna, in qua videtur
poteſtas data condemnato eligendi
pœnam: finaliter tamen communis
concluſio habet æquitatem maxi-
mam,vt homines conſeruentur.d.l.
cùm ratio.§.pen.de bon.dam.

ADDITIO.

a Publico. vel etiam ſecundario : vt
quando ex diſpoſitione legis, vt in
l.ſeruus vetante.de verbor. oblig. &
ibi Iaſ. in ij. reſponſio. ad §. non po-
teſt.l.hoc iure.ff.de donat.

b Inuito. Ita declarat Angel. in prin.
inſtit. quib.mod. tol.oblig.ij.col. in
ver. glo.ſolutio fiat,&c.

c Text.de quo vide Hippol. de Marſil. in ſing. clxxxix. incip. tu audiuiſti. & Felin. in c. contingit. de ſentent. excommunic.in ij.col.
d Membrorum. vide latiſſimè Felin. qui plura notabilia ponit circa iſtã regul.in ca.contingit. de ſenten. excommunic.in j.& ij.col.
e Soluere. aduerte quia ſemper locutus eſt do.Phil.per verbum, ſoluere: nam ſi vellet dare idoneos fideiuſſores, vel etiam ipſa pars quæ condemnata eſt, iudex non poterit recipere dictos fideiuſſores: quia dando fideiuſſores non liberatur, cum non dicatur ſoluere.ita Bald.in l.j.§. qui ſatiſd.cogan. & Iaſ. qui eum refert,& omnes tenẽtes hanc concluſionem, in l. ſi ſe non obtulit. §. ait prætor in j.not.ff.de re.iud. H. C.

In l. Nemo poteſt.

Argumenta.

1 *Gladij poteſtas merum imperium ſignificat.*
2 *Mutilatio quo differat à membri truncatione.*
3 *Coërcio modica, quæ minoribus magiſtratibus competat.*
4 *Delegari non poſſunt quæ in meri imperij gradibus primis ſunt.*

REGVLA LXX.

NEmo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam vel cuiuſlibet alterius coërcionis ad alium transferre.

EAdem verba habentur in l. ſolent.in princ.ff.de offic. proconſ.
1 & lega. † gladij poteſtas ſignificat merum imperium quod eſt habere
a poteſtatem gladij [a] ad animaduertendum in facinoroſos homines: l. imperium.ſuprà de iuriſd. omn.iud. Et iſta poteſtas gladij in effectu importat quòd vita adimatur: vt dicit text.in l. aut damnum.§.j.ff. de pœn. facit text. in l. quiſquis.in prin. C.ad legem Iul. maieſt. in l. cùm vir. in l. quamuis in fi. C.de adulter. & in §. item lex Iulia.inſtitu.de publi. iudic. Idem tamen eſt in mutilatione & abſciſſione membri: vt not. per glo. in d.l.imperium. in ver. animaduertendum.& eſt in eodem gradu meri imperij: vt not.Bart.in d l. imperium.col. iiij. in ſecundo gradu meri imperij vt not. per gloſſ.in l.ij. C. de offic.eius qui vic.alt. ger. in gloſſ. ſi.quæ alleg.text.in §. ad hoc prohibemus.in authen. de colla. ibi, nouiſſimum ſupplicium, aut membri abſciſſionem.& idem tradit Bart.in l.ij.col.pen. verſicu.ſecundo quæro. in ſi.ff.de publi.iudic.vbi dicit,quòd
b tanta poteſtas [b] requiritur in abſciſſione membri ſicut in toto corpore. & facit text.in clemen. j. de homic. ibi,mutilet vel occidat.
2 Et differẽtiam† inter truncationem membri & mutilationẽ tradit Abb. in c.illorum.col.iij. de ſent. excom. & quia text. æquiparat poteſtatem gladij,& aliam coërcionem,glo. intelligit text. de alia coërcione quæ adimat libertatem,vel ciuitatem,ita quòd capitalem pœnam contineat, iuxta l.ij.ff.de pub.iud. & fortè mota fuit glo.quia modica coërcio delegari poteſt, & mandata iuriſdictione transfertur.l.ſi.ff. de offic eius
3 cui mand.eſt iuriſd. Et †talis modica coërcio etiam minoribus magiſtratibus competit.l. magiſtratibus. ff.de iuriſd.omn.iud. & propter hoc gloſſ.reſtringit text.in pœna capitali: & ſupplet, dum dicitur, coërcionis: ſcilicet magnæ. Sed iſta eſt maxima reſtrictio, & diuinatio videtur ad iſtum text. & verba legis repugnant, dum dicitur de qualibet alia coërcione:& ideo videtur quòd text. intelligatur de alia coërcione & modica corporali, vt ſit ſimilis, prout verbum illud, alterius inducit. Quæ quidem coërcio corporalis eſt meri imperij: vt not.Bald.in l. imperium.in quinto gradu.de iuriſdict.omn.iudic.& reſpondet ad tex. in d.l.fin.quod de coërcione verbali intelligitur.

Sed dato quòd ſit meri imperij, eſt in quinto gradu: vt Bar.dicit in d.l.imperium. Et ideo inſurgit difficultas, quia videtur quod poſſit delegari,
4 † quia ſolùm in primis quatuor gradibus ea quæ ſunt meri imperij,prohibentur delegari: ſecus ſi ſunt in quinto & ſexto gradu: vt Bart.concludit in d.l.imperium.column.iiij. verſic. quæro vtrum merum imperium. Et hoc videtur contra illum tex.qui talem coërcionem dicit non poſſe delegari.Paul. de Caſt.in l.j.in prin.col.iij. verſic. ſed quantum.ſuprà de offic. eius. diſtinguit & dicit quòd modica coërcio poteſt delegari ſpecialiter & expreſſe propter vtilitatem publicam, vt delicta pu-
c niantur [c]. ſed ſi cauſa ſimplicis iuriſdictionis delegetur, modica caſtigatio non tranſit. Et iſtam reſolutionem Paul. de Caſtr. ſequitur do. Ioann.Bapt.de ſancto Seuerino, in reper.l.imperium.in xiij.q.in ſi. Sed iſta diſtinctio videtur contra iſtum text.in primo membro: quia hic, vt dixi, expreſſe dicitur, quod talis coërcio non poteſt delegari: & æquiparatur in hoc mero imperio in quo tractatur de gladij poteſtate. vnde concludendum videtur, quòd coërcio corporalis, de qua hic text. loquitur, non poteſt delegari, ſecus in verbali.d.l.ij.de offic.eius.

ADDITIO.

a Gladij. Quot modis capiatur: vide Iaſ.in l.imperium.in prin.hic alleg. vbi poſt Bart.& omnes Mod.latiſſimè tractauit materiam huius regu. maximè Iaſ.
b Poteſtas. vide Iaſ. in d.l.imperium. col. xj. verſic. ſecundus gradus, &c.
c Puniantur. De hoc vide latè Bal.in c.intelligimus.col.ij.de iud.

In l. Fructus rei eſt.

Argumenta.

1 *Fideiuſſor non requiritur, vbi pignus habetur.*
2 *Pactum non valet de pignore non vendendo.*
3 *Creditor quando pignus vendere poſſit, & quando non.*

REGVLA LXXI.

FRuctus rei eſt, vel pignori dare licere.

IDem dicitur in l. ſi. ſuprà de vſur. nam ſecundum gloſ.hic niſi debitor haberet pignus, non de facili reperiret pecuniam mutuo.§.ſi. inſtit. quib.mod.re contrah.oblig. Et ideo pecunia licitè dari poteſt alicui, vt fideiubeat: prout not.Barr. in l.hoc
1 iure.§.j.ſuprà de donat. Et † habenti pignus non erit opus quærere fideiuſſorem: quia melius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere.l.plus cautionis.ſuprà eod.

Et propter prædictam rationem dicit gloſſ.in l.ſi conuenerit. la j.ſuprà de
2 pignor.act.† non valere pactum, [a]
a quod pignus vendi non poſſit: quia eſſet contra vtilitatem publicam, ex eo quod creditores nõ mutuarẽt: vt dicit gloſ.ſi. in fin.quam alleg.Ang. Aret.in d.§.fin. Et hoc modo ſecundum gloſſ. hic exponitur fructus, id eſt, vtilitas.

Et ad hoc.glo.in d.l.ſi conuenerit.no-
3 tandum eſt, † quòd ſi conuentio facta ſit cum creditore, vt poſſit vendere pignus, ſi ad certũ terminum ſolutio non fiat, & poſt terminum creditor non vendat, ſed debitor

offerat ſolutionem , creditor vlte-
rius vendere non poterit,ita not.di-
cit Cardin. poſt Mattheſil. in cle-
b ment.j. b §.nos itaque. in viij. q.de
iureiuran.

ADDITIO.

a Pactum. Imo valet : quia creditores
poſſunt mutuare ſine rigore , vel ſi-
ne tali pacto. C.M.
b In clemen.j.Et Barb. in ix. col.in ſi.
verſic.quæſiit Card.&c. tamen hoc
non firmat.

In l. Omnia quæcunque.
Argumenta.

1 *Delegari nequeunt,quæ cauſæ co-*
gnitionem requirunt.
2 *Decretum in alienatione rei mino*
ris interponendum delegari non po
teſt.
2 *Decretum in alimentorum tranſ-*
latione requiſitum , non poteſt de-
delegari.
4 *Decretum requirẽs plenam cauſæ*
cognitionem non delegatur.
5 *Delegari poſſunt,quæ iudicis mer*
cenario expediuntur officio.
6 *Cognitionem plenam cauſæ quæ re*
quirunt,delegari nequeunt.
7 *Reſtitutio in integrum alij poteſt*
delegari.
8 *Cauſa requirens,etiam plenã cau-*
ſæ cognitionem, in ſpiritualibus de
legari poteſt.

REGVLA LXXII.

OMnia quæcunque cauſæ
cognitionẽ deſiderãt,per
libellum expediri nõ poſſunt.

IStа regula ſecundum communem
intellectum,vt glo.hic dicit,intel-
1 ligitur.† quòd ea quæ cauſæ cogni-
a tionem requirunt , delegari a non
poſſunt:& idem tenent gloſ. Bart.&
Doct. in l. nec quicquam. §. vbi de-
cretum.ſ.de offic.proconſ.& legat.
Et ad hoc facit text.in l. mandata.§.ſi
tutores.ſ. de offic. eius cui mand.eſt
2 iuriſdi. vbi † decretum quod inter-
ponitur in alienatione bonorum
minoris , delegari non poteſt : quia
cauſa cognita interponi debet.l.ma
gis puto.§. ne paſſim. ſ.de reb.cod.
3 Et pariter † decretum quod in trãſ-
latione alimentorũ requiritur, alte-
ri committi nõ poteſt. l.cũ hi. §.ſed
nec mandare.ſ.de tranſactionibus.
4 Et ſimiliter inferri videtur , † quod
ſecundum decretum in quo plena
cauſæ cognitio requiritur, delegari
non poſſit, vt tenet gloſſ.in l.iubere
cauere. circa ſin. ſuprà de iuriſdict.
omnium iudic. & idem Bart. ſequi-
tur in l. imperium.eo.tit.cum ſimil.
vt tradit Alexand.in d.l.iubere. col.
penult.vbi dicit, quòd communiter
omnes ita tenent. Et pro iſta regula
facit tex.in l.j.§.de his.ſuprà , de ſe-
parat. ibi : præſidis notio & nullius
alterius. cum ſimi. vt latè proſequi-
tur Alex in diſputatione ſua , incip.
Rex Aragonum. in iij.dubio.& iſta
concluſio bene congruit ad text. in
d.§.vbi decretũ. qui loquitur de de-
creto. Sed iſta regula loquitur vni-
uerſaliter dum dicit,omnia:& ideo
iſta regula reſtringitur in his quæ
officio nobili iudicis expediuntur:
vt in exemplis ſupradictis.
5 Secus † eſt in his quæ officio iudi-
cis mercenario & iure actionis ex-
pediũtur : quia illa delegari regula-
riter poſſunt:licet plenam cauſæ co
gnitionem videantur requirere.l.j.
C. qui pro ſua iuriſdict. & not.Bart.
in l. arbitro. ſuprà qui ſatiſd.cog.&
idem Bart. in d.§.vbi decretum. col.
penult. vbi facit differentiam inter
ſententiam & decretum, & per gloſ.
hic.
Item & ſecundo regula procedit in
his

6 his † quæ plenam cauſæ cognitio-
nem deſiderant:vt loquitur tex.hic,
cum ſimil. ſuprà alleg. Secus autem
eſt vbi ſemiplena cauſæ cognitio
requiratur : quia illa delegari poſ-
ſunt: vt not.per gloſſ.in d.§.vbi de-
cretum.per text.in l.penult.§.vt bo-
norum,ſuprà de offic.eius.vbi Bart.
Et ibi poſt gloſſ. Bart. dicit hoc proce-
dere , quantum ad cognitionem de
mittendo in poſſeſſionem : ſed ipſa
miſſio actualis cùm ſit mixti impe-
rij , delegari non poteſt. d.l. iubere.
ſuprà de iuriſd.om.iudi.l.ea quæ.§.
magiſtratibus.ſuprà,ad municip.de
quo miratur Paul.de Caſt.in d.§. vt
bonorum.quia ſi poteſt delegari,an
quis mittẽdus ſit,in quo aliqua cau-
ſę cognitio requiritur:à fortiori ipſa
miſſio in poſſeſſionem in qua nulla
cauſę cognitio adhibetur,debet de-
legari poſſe:in quo laborat Alexan.
in d.l.iubere. col.ij. vbi finaliter di-
cit,ꝙ maior eſt coërcio realis,quàm
perſonalis : quia delegatus non po-
teſt citare re ipſa , vt not. in l.ij. vbi
gloſſ. & Doct. ſuprà de iuriſd.omn.
iudic. & tamen habet cognitionem
in cauſa.
Videtur tamen aduertendũ: quia text.
in d.l. bonorum. loqui videtur non
de cognitione, vt hic dicunt,ſed de
actuali miſſione,vt colligitur ibi:vt
bonorum poſſeſſ.detur.Sed reſpon-
detur, vt per Alex.in diſput. ſ.alleg.
Rex Aragonum.iij. dubio. col.v. in
ver.non obſtat tex.in l.cognitio. §.
vt bonorum. & ibi Alex. col. ix.ali-
ter intelligit & declarat iſtum text.
Item tertio, iſta regula retento cõmu-
7 ni intellectu fallit in † reſtit. in in-
tegrum. quia illa delegari poteſt.l.
fin.in ſi.C.vbi & apud quos. & licet
glo.in l.j.ſ. de dam.infect. videatur
reſtringere illum tex.in d.l.ſi.in reſti
tutione minorum.& in l.ea quæ.§.j.
ad municip. & idem Bart.in d.l.fin.
Tamen verior eſt opin. quod etiam
habet locum in reſtitutione maio-
rum:quia ille tex. generaliter de re-
ſtit.loquitur.& ita tenet Bar.in d.§.
b vbi decretum b . Imol.& Alexan.in
d.l.de damno infecto.
8 Vltimo reg.† non habet locũ in ſpi-
ritualibus in quibus cauſa delegari
poteſt , licet plena cauſæ cognitio
requiratur:vt dicit Angel.in d.§.vbi
decretum.allegat Innocen.in c.con
ſtitutus.de relig.domib. & non ſolũ
in ſpiritualibus : ſed generaliter de
iure canonico non videtur habere
locum:quia omnia delegari poſſunt
c c de iure canonico:vt per gl.penul.
in c. quod ſedes. de offic.ordinar.cũ
ſimilib.vt tradunt Moder.ibi.& Ro.
in conſi.lix. ad diſcutiendum. in ſe-
cundo dubio.

ADDITIO.

a Delegari. Hæc ſunt inepta, dicendo
ſenſum huius l.eſſe , quòd iudex nõ
debet per ſe vel per ſimplicem ſub-
ſcriptionem,ad ſupplicationem par
tis expedire ea quę cauſæ cognitio-
nem requirunt : vt rectè intellexit
Ioan.Fab.noſter , inſtit.de pœna te-
mere litigan. §. omnium. Et ſentit
Guliel.Bud.noſter,in d.§.vbi decre-
tum, deinde Alciat. Parad. lib. ij.c.
iij.& Petr.Stella ſub ipſis non citato
forſan,nec lecto Ioan.Fab.vendica-
re conati ſunt. C.M.
b Decretum.Vbi Iaſ. fin. col.ver.ſum.
in iij.lectura gloſſ.
c Omnia delegari poſſunt.quæ cauſæ
poſſint delegari, & an decreti inter-
poſitio , vide Bartol. in l. nec quic-
quam.§.vbi decretum.ff. de offi.pro
conſul. & leg. & l.j.de offic. eius cui
manda.eſt iuriſdict.

In l. Quo tutela.
Argumenta.

1 *Mulier et minor à pari procedũt.*
2 *Mater ab hæreditate excluſa non*
ſtatim excluditur à tutela.

REGVLA LXXIII.

**QVo tutela redit, eo & hæ-
reditas puenit, niſi cùm
fœminæ hæredes intercedũt.**

REgula habetur cum limitatio-
ne, & ad idem text. quem gloſſ.
hic adducit in ſi. de leg. patr. in §. fin.
1 † Et ſicut mulier excipitur, idem eſt
in minore: vt in gloſſ. hic quæ alleg.
text. in l. fin. de leg. hære. & ad idem
text. in l. j. §. interdum. ẜ. de leg. tut.
Et per iſtam regulam in qua defertur
hæreditas illi cui onus tutelæ impo
nitur, infertur ſecundum Bart. in l. j.
in princ. ſuprà de leg. tut. quòd ſi a-
gnati à ſtatuto cognatis præferan-
tur in hæreditate, eodem modo in-
telligitur quod habeãt onus tutelæ.
& idem Bart. in conſi. incip. Ciuitas
Mediolani. quem refert & ſequitur
Petr. de Ancha. in c. j. char. ii. verſic.
quòd lex prouidet. de conſtit. & idẽ
ſequatur Salic. in l. ſi. in fin. C. de leg.
hære. & in auth. ſicut. circa fin. verſi.
quæro tertio. C. de leg. tut. Ang. Arc.
in §. actionum. in v. char. vbi tradit
materiam tutelæ, in verſi. ex quo ſe-
quitur. inſtit. de actio. & Arc. in rub.
de acqu. poſſ. col. j. Alex. in l. j. in vlt.
char. in verſic. poſſet allegare. ſuprà
ſi cert. peta. & latè idem Alexand. in
conſ. cxxj. viſo ſtatuto. lib. iij.
2 Et iſta concluſio non procedit † in
matre vel in auia: quia licet mater
excludatur ab hæreditate, non ta-
men excluſa videtur à tutela: vt no.
decidit Salic. in auth. matri & auiæ.
col. v. in verſic. nono quæro. & in d.
auth. ſicut. in fin. & idem voluit Io.
Andr. in addit. Spec. in tit. de curat.
col. vj. vbi ponit inſtrumentum cu-
ræ furioſi circa finem in verſi. dicit
Vbertus de Bobio. & ita aliâs conſu
lui: vt patet in conſ. xvj. & poſtea re-
peri Alex. ita conſuluiſſe in conſi. ſu
prà alleg. & rationes dixi in d. conſ.
& in cap. ex parte. de appel.

In §. Nemo poteſt tutorem dare. Argumenta.

1 *Miles etiam concluditur in diſpo-
ſitione, quæ generaliter loquitur.*
2 *Pater filijs in poteſtate, & etiam
poſthumis tutorem dare poteſt.*
3 *Curator in teſtamento dari non
poteſt.*
4 *Curator adulti differt à curatore
furioſi.*
5 *Pater filio etiam exhæredato tuto
rem dare poteſt.*
*Pater filio pupillo exhæredato ſub-
ſtituere poteſt.*
6 *Pater filio naturali tantum inſti
tuto tutorem dare poteſt.*

**NEmo poteſt tutorẽ dare
cuiquã, niſi ei quẽ in ſuis
hæredibus cũ moritur habet,
habiturúſve eſſet ſi vixiſſet.**

PRimo ibi: nemo. Cum glo. colli-
1 gitur, † quòd diſpoſitio quæ ge-
neraliter loquitur, habet locum etiã
in milite, vt hic. Quia iſta regula e-
tiam in milite procedit. l. ij. ẜ. de te-
ſta. tut. Et probatur iſta concluſio
in l. in fraudem. in fin. ibi: quia gene
ralis eſt iſta determinatio. & Bald.
ibi per illum tex. dicit, quòd diſpoſi-
tio generalis includit etiam perſo-
nas priuilegiatas. ad idem facit text.
l. impuberi. ſuprà de adminiſt. tut. de
quo videndum eſt quod dixi in re-
gula j. ſuprà eod. & conſi. v. & in l. ex
teſtamento. C. vnde lib.
Et quantum ad regulam, exemplum
ponitur ſecundum glo. in §. permiſ-
ſum eſt. & in §. cum autem. inſtit. de
2 tut. † vbi filiis in poteſtate dari po-
teſt tutor & etiam poſthumis. Quia
ſi viuis parẽtibus naſcerentur, eſſent
ſui hæredes: ex quo ſequitur, quòd
mater

mater non habet talem poteſtatem:
quia ſuos hęredes non habet. l. illud.
§. ad teſtamẽta. ſuprà de contratab.
§. fœminæ. inſtit. de adopt. Et ideo
ſi datus ſit à matre, indiget cõfirma-
tione. l. ij. in prin. ſuprà de confirm.
tut. Et hoc verum intelligitur, niſi
mater illum inſtitueret, vt in l. pa-
ter. ſuprà de teſtament. tut.
Et regula iſta procedit in tutore, pro-
3 ut loquitur: † Secus eſt in curatore
qui teſtamẽto dari non poteſt. Ideo
ſi à patre datus ſit, cõfirmatione in-
diget. §. j. inſtit. de curat. & ratio vi-
detur: quia tutor datur etiam inuitis
pupillis. l. ij. ſuprà de tutelis. l. nec-
non. ẜ. de tut. & cur. dat. ab his. Secus
eſt in curatore qui datur puberibus
volentibus. inſtitut. de curat. §. item
inuiti. Et quia tutor datur principa-
liter perſonæ, eſt ius ac poteſtas in
capite libero. l. j. ſuprà de tutelis. Et
curator datur principaliter rebus. l.
in copulandis. C. de nupt. Et ideo in
tutela quæ reſpicit perſonã ratione
patriæ poteſtatis, pater habet maio-
rem poteſtatem in prouidendo de
tutore. & ad hoc bene facit text. in
d. l. pater hæredi. ẜ. de teſt. tut. dum
ibi dicitur, quòd mater poteſt dare
tutorem filio inſtituto: quia in rem
potius quàm perſonam datus vide-
tur: & quia pubes habet iudicium.
cum poſſit teſtari. l. qui ætate. ſuprà
de teſta. & poteſt ſibi prouidere in
petendo curatorem. l. j. C. qui pet.
tut. & curator ſolum datur petenti. l.
qui habet. §. ſi pupillus. ẜ. de tutelis.
4 Et pędicta locum habent † in cura-
toribus adultorum in quibus ratio-
nes præallegatæ procedunt. Secus
eſt in curatore furioſi vel mente ca-
pti, qui etiam in teſtamento à patre
dari poteſt. l. ſi. §. & ſi quidem. C. de
cur. fur. l. de curatoribus. C. de epi-
ſcop. aud. & not. Bart. in l. j. ſuprà, de
confirm. tut. & talis curator qui da-
tur furioſo vel mente capto, datur
principaliter perſonæ: vt not. Salic.
in d. l. copulandis. impuberi autem
curator dari non poteſt etiam à mi-
lite. l. impuberi. ſuprà de adminiſt.
tut & not. Bart. in l. j. ẜ. de confir. tut.
& ſic non ſolum adulto qui habet
intellectum, ſed etiam impuberi cu-
rator à patre dari poteſt.
5 Et regula iſta ampliatur † vt etiam
filio exhęredato pater tutorem dare
poſſit. d. l. patri. ẜ. de teſt. tut. & not.
per gloſ. in l. naturali. ſuprà de con-
fir. tut. in glo. j. Et ratio videtur: quia
talis datio tutoris eſt in fauorem pu
pilli. Sicut etiam videmus quòd pa-
ter poteſt ſubſtituere filio ſuo pupil-
lo exhæredato. §. non ſolum. inſt. de
pupil. & in hoc conſiſtit prærogati-
ua patris qui habet filium in pote-
ſtate: aliàs autem ſi filius inſtitutus
ſit, etiam mater tutorẽ dare poteſt.
l. pater hæred. ſuprà alleg. & tali ca-
6 ſu † etiam filio naturali tantum in-
ſtituto, tutor dari poteſt. l. naturali.
vbi gloſ. in prin. ſuprà de confir. tut.
imò etiam extraneo inſtituto tutor
dari poteſt. l. ſi patronus. ſuprà de
confir. tut. Et de his recurrendum eſt
ad doctrinam Bar. in d. l. naturali in
§. ſi quæratur. ſuprà de confirm. tut.
quã refert Ang Arc. in §. promiſſum.
inſtit. de tutel. & ibi de aliis requiſi-
tis ad declarationem huius regulæ.

In §. Vi factum. Argumenta.

1 *Vis multis committitur modis.*
2 *Factum quandoque ſumitur pro
actu qui in alium infertur.*
3 *Violentia quando cum armis illa-
ta dicatur.*

**VI factum videtur id eſſe,
quod de re quis cum pro
hiberetur, fecit.**

REgula iſta bene declaratur in l.
j.§.quòd ſi vi factum.ꝟ. quod vi
1 aut clam.† vbi dicitur, quòd vis [a]
a pluribus modis committi dicitur.&
tradit Lucas de Penna in l.ſi colo-
ni.col.ix. in fin.C.de agrico.& cen-
ſit.libro x. Et breuiter, vis eſt maio-
ris rei impetus cui reſiſti non po-
teſt.l. ij. ſuprà quòd metus cauſ. Et
2 † hic vt factum accipiatur pro actu
illato in alterum:vt in l. extat. ſuprà
quod metus cauſ.& in toto tit.ſuprà
de vi & vi arma.& in l.vt vim ſuprà
de iuſtic.& iure. Et not. Barto. in l.j.
ſuprà de tutel.col.ij. in verſi. pro de-
claratione.& ibi proſequitur, quod
aliis modis vis dicitur. Et pro tali
violentia illata quis excuſatur. l. ſi
ea res,ſuprà de actio. empt. l. ſi mer-
ces.§.vis maior. ſuprà locati. in l.j.
3 C.commod.in l. j.C.depoſiti.&† di-
citur violẽtia illa cum armis, quan-
do quis habet arma ad latus, dato
quòd arma non extraxerit: vt notat
Barto. in l.iij. §. armis deiectum. in
verſi.ſecundo noto ad ſtatuta. ſuprà
de vi & vi arma. & dicit Ange. in l.
iij.§.qui armati.eod. tit.quòd etiam
ille qui habebat arma, ſi illa depo-
ſuit,tamen dicitur vim intuliſſe cum
armis,per gl.ibi,& not.Alex.in con-
ſil.xcix. quoniam per excellentiſſi-
mum.col.j. libr. iij. & eſt repetitum
in conſil.xlviij.lib.iiij.

ADDITIO.

a Vis. Quot ſint ſpecies violentiæ, vi-
de Iaſ.in l. ſi quando. in prin.C. vn-
de vi.& per Abb.in c. ad audiẽtiam.
& in c.ſacris.quod met.cauſ. Alexã.
in l.Pomponius.§. cum quis. de ac-
quirend.poſſ.col.x.

In §.Clàm quod.

Argumenta.

1 *Clàm fieri quando quid cenſen-
dum ſit.*
2 *Matrimonium dicitur clandeſti-
num, etiam quod coram duobus
teſtibus eſt contractum.*
3 *Delictum quando clandeſtinum
ſit dicendum.*

CLam, quod quiſque cum
cõtrouerſiam haberet,ha-
biturúmve ſe putaret,fecit.

1 ET quando dicitur† clam [a] fieri,
a latius declarat text.in l.iiij.§.fi.ꝟ.
quod vi aut clam,quem glo. hic ad-
ducit. & ſecundum Bart.in l.ij.C. ex
his qui de pub. rat. libr. x. clam fieri
dicitur,quicquid taliter fit quod nõ
poſſit venire in notitiam eius cuius
interſit. alleg. l. clàm poſſidere. ſu-
prà de acquir. poſſ.& ſimiliter dicit
Bar.in d.l.ij.per illũ text.quòd clàm
fieri dicitur, quod fit ſine autoritate
principis vel iudicis quæritur.& idẽ
Bar.in l.j.C.de præd.curia.lib.x.
2 Et † clàm dicitur factum matrimo-
nium, quod eſt factum coram duo-
bus teſtibus: quia fieri publicè con-
ſueuit,ſecundum Bar.in d.l.ij. Et no.
plenius per glo.in c.j.in ver.clande-
ſtina. de clandeſt. deſponſ. quæ di-
cit quòd tribus modis dicitur clan-
deſtinum matrimonium.
Et dicitur clàm fieri illud de quo eſt
factum inſtrumentum, ſi iniungatur
notario & teſtibus, vt rem ſecretam
teneant: vt not.Bar.in l.in fraudem.
in prin.ſuprà de his quib. vt indign.
Et quando quis facit actũ per inter-
poſitã perſonã clàm facere dicitur,
& fraus præſumitur: vt not. Barto.
l.pupillus.§.fi.ſupra de autor.tut.
3 Et quando dicatur delictũ clãdeſti-
num,no. Bal.in l.cum fratrẽ,in prin.
C.de his quib. vt indig. Et inter alia
dicit,ſi de nocte commiſſum fuerit
maleficium.& idem Ang.in l.j.§.oc-
ciſorum.ſuprà ad Sillan.

ADDITIO.

a Clàm. Vide Iaſ. in l. clam poſſidere.
hic alle.& in §. item ſi quis. inſti. de
actio.ix.col. & Fel. in c. cõſuluit. ad
fi. de offic. deleg. & ibi eius apoſtil.
& Barb.in conſil. xlv. & conſi. xlvj.
in j.volum.

In §.Quæ in teſtamento.

Argumenta.

1 *Scripta nõ dicũtur, quæ in teſtamẽ-
to ſic ſcripta ſunt vt nõ intelligãtur.*
2 *Exceptio obſcura, pro non oppoſita
reputatur.*

QVæ in teſtamento ita ſcri-
pta ſunt, vt intelligi non
poſsint perinde ſunt ac ſi ſcri-
pta non eſſent.

VLtra glo. hic adde text. in l.ij. ꝟ.
de his quę pro non ſcrip. haben-
1 tur.† vbi dicitur. Quæ in teſtamento
ſcripta eſſent, neque intelligeretur
quid ſignificarent, ea perinde ſunt,
ac ſi ſcripta non eſſent. & facit tex.
in l. duo ſunt Titij.ꝟ. de teſt. tut. vbi
vitiatur diſpoſitio teſtatoris: quæ li-
cet legatur, intelligi non poteſt quid
ſenſerit teſtator. Ad idem text. in l.
ita fidei.circa fi. ꝟ. de iure fiſci. & in
l.iij. §. ſi duobus. ꝟ. de adim. leg.&
2 per illũ tex.Bart.ibi dicit, † ꝙ exce-
ptio obſcura pro non oppoſita ha-
betur.& facit tex.in l.Titiæ textores.
de lega.j. cum ſim.vt tradit Alex.&
dicit Bal.in c.fi.de conſt. col. fi. ver.
vlterius noto quòd ſtatutum obſcu-
rum in cauſis allegari non debet.

In §. Nec paciſcendo.

Argumenta.

1 *Stipulatio valet, quia quis dare
quod ſua intereſt, ſtipulatur.
Stipulari alteri quando quis poſsit.*
2 *Notarius alteri ratione officij po-
teſt ſtipulari.*
3 *Dominium quando transferatur
in donatione facta abſenti.*
4 *Stipulari alteri qualiter poſsit quis
indirectè.*

NEc paciſcendo, nec le-
gem dicendo, nec ſtipu-
lando quiſquam alteri cauere
a poteſt [a].

IN effectu iſta regula eſt quę habe-
b tur in l.ſtipulatio.§.alteri [b]. ſuprà
de verb.oblig.& in §.ſi quis alij. in-
ſtit.de inutil. ſtipu. in l. iij. de inutil.
ſtipul.quia debet ſtipulari quod ſua
intereſt.d.§.alteri.
1 Et ideo valet † ſtipulatio, quando
quis ſtipulatur dare alteri quod ſua
intereſt.d.l. ſtipulatio iſta. §.ſi ſtipu-
ler.vbi plura exempla ponuntur, &
in notab. caſu tradit Alex. in conſi.
lxxij. viſis.libr.ij.in fin. Et de iſta re-
gula cum aliquibus limitationibus
ſcribit Alexand. in conſil. xcvj. ex
his quæ in themate.col.pen.lib. j. &
in conſi.xix. in his quæ.col. iiij. lib.
c iiij. Et iſta prima [c] limitatio intelli-
gitur quando dicitur, promittis mi-
hi quòd dabis Titio.
Secus ſi dicitur: promittis Titio quòd
dabis Titio: vt gloſ.concludit in d.
§.ſi ſtipuler.in verb.fieri. & ita com-
muniter approbatur, vt dicit Alexã.
ibi poſt Bal.quem ibi refert in l. iij.
C.de inutil. ſtipul.& idem in libello:
quia non debeo petere te cõdemna-
ri Titio,ad dandum illi: ſed cõdem-
nari mihi ad dandum Titio: vt
Bald.dicit in l. ſi cui. §.fin. de leg.j.
& Alex.in d.§. ſi ſtipuler.& in conſi.
xl.circa primum.lib.v. Et circa con-
ceptionem verborum quando quis
alteri ſtipulatur, latè inſiſtit Bart. in
d.§. ſi ſtipuler. & Romanus in conſi.
xxj. præſens inſtrumentum.& Alex.
in d.conſi.xl.lib.v.
Secũdo regula fallit principaliter pro-
pter autoritatem perſonæ, videlicet
d in notario [d] † quia alteri ſtipulatur
2 ratione officij: vt not. Bartolus in d.

l. ſtipulatio.iſta.§.ſi ſtipuler.col.iiij.
verſi.tertio fallit.vbi alleg.l.j.§.exi-
gere. ſuprà, de magiſtra.conuen. &
l.non aliter. de adopt. & idem con-
cludit Baldus in lege, nec ei.§. eo-
rum.verſic.quæro nunquid tabellio.
ſuprà, de adopt.in l.ij.ſuprà rem pu-
pilli ſal. fore. cum ſimil. vt tradit
Alexand. in d.§. ſi ſtipuler. colũ. iij.
vbi dicit, quòd iſta eſt communis
opin. Et debet concipere verba in.
perſonã ſuam nomine eius cui vult
acquirere: vt not. in d.l. nec ei.§.
eorũ. Et tali caſu tranſit actio vtilis
ſine ceſſione vt dicit Barto. in d.l.ij.
in princip.vbi alleg.text.in l.ij.C. de
magiſt.conuen.& idem notat Bald.
in l.Caius.ſuprà, de vſur.cum ſimil.
vt per Alexand.in d.§. ſi ſtipuler. Et
ita de facto & conſuetudine ſerua-
tur: vt not. Bald. in d.l. non aliter.
de adopt. & tradit Socin. in conſil.
cxxv. viſa narratione. in fin. & per
Philip.Corn.in conſi.50. videtur in
hac conſultatione.lib.j.col.iij.
Et de donatione recepta per notarium
not.Bald.in l.cum à ſocero, circa fi.
C.de iur.dot.Ro.in conſi. cccccxiij.
in caſu propoſitæ conſultationis. in
fi.& facit quod habetur in deciſio-
ne Delphinali xlix. in proceſſu. vbi
3 concludit, † quod in donatione
facta abſenti mediante notario qui
ſtipulatur,dominium transfertur. Et
intantum iſta concluſio procedit.
quòd ante ratificationem eius cuius
nomine notarius ſtipulatus fuit,non
poteſt ille qui ſemel donauit vel
vendidit conſtituto appoſito, in-
terim alteri donare vel vendere:
vt notabiliter tradit Corn. Peruſ.in
conſi.50. alleg. col.v. de quo viden-
dum eſt quod dixi, ſuprà eod. in
reg.l. contractus. in v. limit. conſti-
tuti. vbi tenui contrarium, allegan-
do Paul. de Caſtr. in conſil.cxcj. vi-
ſis his quæ narrantur. in ij. dubio.
& in conſil. clxxij. in præſenti caſu.

in nouis. Et ad ſupradicta notan-
4 dum eſt, † quòd licet quis alteri
directo ſtipulari non poſſit: poteſt
c tamen ſibi quis ſtipulari nomine [e]
alterius,cui poſtea ratificanti acqui
ritur: vt not. Barto.in d.§. alteri. in
princip. Abb.in conſil. lxxxvj. viſis.
libro ſecundo.

ADDITIO.

a Poteſt. Ampliat Alex.conſi.xxij. lib.
v.vbi dixi. C. M.
b Alteri. Vbi latiſſimè per doct. & per
Iaſ. qui ponit plures extenſiones &
limitationes ad iſtam reg. & adde
quod in dubio ſtipulatus, pro ſe in-
telligitur ſtipulari. de quo vide So-
cin. qui ponit regulam & fallen. in
tract.fall.in regu.ccclxxxj.
c Prima. Item fallit vt vno ex ſociis.
Bal.l.ſi abſentis. C.ſi cert. pet. Paul.
l.proprium. ſuprà cõmu. præd. Lan-
cel. Galiau.l.ſtipulationes non diui.
col.iiij.ſuprà de verb.oblig. Dixi in
nouis intellect. l. ſi vnus numer. 11.
cum ſeq. de ſeruí. ruſtic. prædio.qui
ſunt in tractatu meo diuidui, & in-
diuid. C. M.
d Notario. Deci.conſil.lviij.Ant.Rub.
conſil. cxvij. & not. ſuprà eod. con-
tractus. C. M.
e Nomine. Sed tunc opus eſt ratifica-
tione & ceſſione.Iaſ.l. huiuſmodi.
in prin.col. iiij.nume.17.de leg.j.ſci-
licet ad agendum, ſed exceptio ſta-
tim quæritur ſine ceſſione. Alexand.
conſi.xl.nu.8.lib.v. C. M.

In l. Non debet alteri.

Argumenta.

1 *Odio alieno grauari nemo debet.*
2 *Puniri nemo debet, ſi nullam ad-*
miſit culpam.
3 *Statutum puniens alium pro alio,*
an ſit validum.

REG.

REGVLA LXXIIII.

NOn debet alteri per al-
terum iniqua conditio
inferri.

IVra concordantia ſunt in gl. facit
text. in l.cohæredibus.C.famil.er-
ciſc.in l.ſi vnus.§.ante omnia.ſupra
de pact. & xiiij.q.v.in c.denique. Et
1 † vnus non debet odio alterius præ-
grauari.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de
a inoffi.teſta. [a] & in l. ſancimus.C.de
2 pœn. cum ſi.ibi alleg.in gl. Et † ſine
culpa non eſt quis puniendus: vt in
reg. ſine culpa. de reg.iur.in vj.in c.
ij. de conſtit. cum ſi. ad iſtam regu-
lam: vt tradit Andr. Sicul.in conſil.
xviij.col.vij.lib.ij.& in conſi.xxiiij.
in fi.col.ec.lib.ij.
Et ſicut non debet, eodem modo non
poteſt ab altero priuato conditio
iniqua inferri: ſecus videtur autori-
3 tate publica: quia † valet ſtatutum,
b quòd vnus pro alio puniatur, [b] de
quo videndum eſt quod dixi in d.c.
c ij.de conſti. Et princeps [c] & ciuitas
poſſunt ius alterius auferre: vt dixi
in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.&
facit text. in l. quid ergo.§. qui hæ-
res.de leg.j.in l.qui ſeruum.in princ.
de ver.obli.vbi facto debitoris libe-
ratur debitor in præiudicium credi-
toris:quia ita diſponitur à lege.

ADDITIO.

a Teſtamento. vbi Iaſ. ponit quando
habeat locum iſta regula in ciuili-
bus, & quando in criminalibus. &
Dec.in reg.non debet.& in reg.ſine
culpa.de re.iur.lib.vj.vbi Dy.
b Puniatur. Intellige pœna pecunia-
ria, non tamen corporali. ita Iaſ. in
d.l.ſi quis in ſuo.§.legis. & do.Phil.
in d.c.ij.de conſti.col.ij. ver.& præ-
dicta concluſio.de quo vltra cum,&
Mod. ibi vide Fel. in c.ius generale.
j.diſtin.& Angel.in tract.Maleſic.in
verſ. Sempronij.& Soci.in l.Mode-
ſtinus.ff.de except.vbi hoc declarat
quando eſſet commiſſum intra ter-
ritorium ſtatuentium: aliàs non. &
adde, quòd tale ſtatutum nõ poteſt
fieri à mercatoribus. ita Socin. ibi.
de quo tamẽ vide Iaſ. vbi ſupra qui
allega. plures tenentes contrarium.
& Aret. in conſil.xcj. inci.viſa con-
ſultatione.& Flor. in l.noxali.j.col.
ff.de nox.act.Are.in §.actiones.inſti.
de act.in iiij. col. & latiſſimè Iaſ. ibi
antepen.col.cum duabus ſeq. & Bar.
conſil. xvij. in ij. col.in princ.incip.
clementiſſimi Dei patris,&c. & Soc.
in l.cum filiusfamil.de verb.obl.ſu-
pra.& late Io.de Ana.in c.referente.
de delict. puer. col. iiij. verſic. & ſic
vult,&c. & ibi addit Abb.qui ponit
an valeat ſtatutũ, quòd quis punia-
tur pœna pecuniaria pro homici-
dio,vel pro furto. H. C.
c Princeps. Vide remiſſiuè per addit.
ad Dyn.in reg.ſine culpa.in ver.res.
in litera, a.& do.Phil. in c.ex parte.
el ij.de offi.deleg.iij.col.in fi.

In l.Nemo poteſt.

Argumenta.

1 *Conſultor quando conſilium ſemel*
datum mutare nequeat.
2 *Variatio in cõſilio iure improbatur.*
3 *Variatio & inconſtantia eſt in*
principe reprobanda maxime.
4 *Princeps circumuentus præſumitur,*
à quo factũ proprium reuocatur.

REGVLA LXXV.

NEmo poteſt mutare con-
ſilium ſuum in alterius
iniuriam.

a VLtra gl. hic, gl. in reg. mutare [a]
conſilium.eo.tit.in vj.exempli-
ficat in l. per fundum. ſupra de ſeru.
ruſt.præd.& in c. publicato.de elec.
Et per iſtam reg.dicit Bal.in d.reg. mu
1 tare conſi.vt Peruſ.ibi refert,† quòd
conſul

conſultor, cuius conſilio cauſa fuit
commiſſa,ſi ſemel dedit eius conſi-
lium,non poteſt poſtea illud muta-
re. & facit text. in l.quia arbiter. ſu-
pra, de arbit. vbi arbiter etiam ſi er-
rauit,non poteſt errorem ſuum cor-
rigere. Et hoc dictum videtur pro-
cedere in conſilio neceſſario: ſecus
eſt in voluntario:quia excuſatur do
ctor qui conſuluit contrarium eius
quod aliàs conſuluerat:vt no.Bald.
in l.de tutela. C.de in integ. reſtit.&
in l.fi.§.cum in ſecunda. in fin.C. de
fur.& in c.ne innitaris. in fi.de con-
ſtit.vbi refert ſimile de Auguſt. qui
fecit librum Retractationum. Et de
b doctore [b] not.Angel.in l.Labeo.in
fi.de ſer.ruſt. prædio. & facit text.in
l. diui fratres. ſupra de iurepat. vbi
Iuriſconſul. mutauit opinionem.&
hoc quandoque fecit Bart. vt colli-
gitur in l.ſi pater.C.de inſti.& ſubſt.
& in l. qui Romæ. §.duo fratres. in
iij.q.de verb.oblig.nam ſano vtitur
conſi.qui reuocat quod malefecit.c.
cum ceſſante.de app.cum ſimi.vt di
xi ibi.Et ideo ſe excuſat And.Sicul.
quòd mutauerit opi.in conſi.j.char.
7.lib.j.& in conſi.x.col.ij. eod.lib.j.
c & in c.j.col.xxij.de cõſt. Cauendũ [c]
tamen eſt doctoribus in conſulen-
do ab iſta mutatione opinionis,tan
quam ab igne: quia ob malignitatẽ
linguarum talis mutatio in malam
partem accipitur: vt dicit Angel.in
d.l.Labeo.in fi.

Et quantum ad regulam hic ſi capia-
tur conſilium pro voluntate,recidit
in idẽ quod dicitur in regula, quod
ſemel placuit. eod. tit. in vj.& in a-
a lia regula quæ dicit, † ꝙ variatio
reprobatur. l. in cauſæ. in princ. de
procur.c.cum in multis.in fin.de re-
ſcri.in vj.cle.j.de renun. de quo no.
Bart.in l.de rebus.ff.rer. amot. cum
ſim.vt tradit Alexã. in l.ſi ex toto.§.
fi.de leg.j.& Fel. in c.cum olim.col.
iij.de re iud. in c. præſentata. col.ij.
de teſt.& tradit Ange. in §.his itaq;
in glo.tamen verbo aduertit. de iu-
ſtit.& iure.

Illud non videtur prætermittendum,
3 † quòd maximè in principe varia-
tio & incõſtantia reprobatur. Quia
in principe,tanquam in fonte,iuſti-
tia debet eſſe conſtans voluntas: &
principibus cõuenit illud verbum,
Semel loquutus eſt Deus. &, Quod
ſcripſi,ſcripſi.& ideo princeps debet
habere vnum calamũ & vnam lin-
guam, & nõ plures, quia ſcriptũ eſt,
Quæ proceſſerũt de labiis meis, nõ
faciã irrita. vnde debet eſſe immo-
bilis, ſicut lapis angularis, & ſicut
polus in cœlo.verba ſunt Bal.in cõſ.
cclxxvij. pridie enim conſului. lib.
4 iij.† & ibi concludit, ꝙ quãdo prin
ceps etiam motu proprio reuocat
illud quod prius fecit, fingitur circũ
uentus, adeò ꝙ contrarium probari
non poteſt: & ita ampliare videtur
quod dicitur in ca. cum olim. de re
iu. Et idem de ſecunda conceſſione
alteri facta,quòd non valeat contra
primã, latè probat & tenet Rom.in
conſ.ccxviij.circa primã.& idẽ Pau.
de Caſt.in conſi.clvj. viſo & exami-
nato puncto.cũ ſim.vt in ſimili caſu
Alex.ſcribit in cõſi.iij.ex his quæ in
themate.lib.v.& in conſi. xxiij.viſo
proceſſu.col.iij.eo.lib.v.Andr.Sicu.
in cõſi.xiij.lib.iij.& dixi in cõſ.cxxj.
& adde ꝙ iſtam q. de ſecunda con-
ceſſione contra primam an valeat,
latè diſputauit Luc.de Pen.in l.præ-
dia.C.de loc.præd.ciui.lib.xj.vbi in
vtranq; partem xxx.facit argumen-
ta: & in xviij. argu.partis negatiuæ
multa dicit de variatione quæ in
principe magis damnatur.

ADDITIO.

a Mutare. De materia noſtræ regulæ
vide latiſſimè Dyn. in d.regu.muta-
re. & in regu. quod ſemel. & ibi per
eius addit. de regulis iuris. libr. vj.
Doct

b Doctore. Vide per Fabrum & Ang.
in §.his ita,inſtitu. de iuſt.& iur.Iaſ.
in l.Gallus.§.ille caſus.col.ij. de lib.
& poſth.& Fel.c.ne innitaris.de con
ſtit.& Bologn.in repe. aut.habita.C.
ne fil.pro pat.col.xxij.

c Cauendum.Dec.l.precibus.col.ij.C.
de impu.& aliis ſubſti.cõſ.cclxxvij.
col.iiij.adde Corn.conſil.cxlv.lib.j.
conſi.vij.lib.iiij. C. M.

In l. In totum.
Argumenta.

1 *Conſenſus ſi requiratur, error in-
teruenire non præſumitur.*
2 *Obligatio per accidens contrahi po
teſt extra id quod agitur.*
3 *Delictum obligat, etiam ſine pro-
poſito & voluntate.*
4 *Error allegari nõ poteſt, vbi quid
ex certa ſcientia fieri dicitur.*
5 *Clauſula, ſciens ſe non teneri, qua-
liter debeat intelligi.*
6 *Contrarium probari poteſt, nõ ob-
ſtante clauſula ex certa ſcientia.*
7 *Princeps ſi ignorare præſumatur,
clauſula, ex certa ſcientia, nil ope-
rabitur.*

REGVLA LXXVI.

IN totum,omnia quæ animi
deſtinatione agenda ſunt,
non niſi vera & certa ſcientia
perfici poſſunt.

IBi,in totum,gl.exponit,id eſt,om-
nino,referendo ad illa verba, niſi
vera & certa ſcientia. Sed magis cõ
uenit,quòd verbum, in totum,refe-
ratur ad illud quod de animi deſti-
natione dicitur: & erit ſenſus, quòd
illa quæ in totum animi deſtinatio-
ne agenda ſunt,non niſi vera ſcien-
tia perfici poſſunt. hoc tamen ver-
bum,in totum, parum operatur, vt
in ſimili probatur in c. cupientes.§.
cæterum. de elec. in vj. & in effectu
1 erit regula, † quòd vbi conſenſus
requiritur, ille actus ex certa ſciẽtia
fieri debet,& non per errorem:quia
errans non conſentit, l. ſi per erro-
rem.ſupra de iuriſd. omn.iud.l.ij.in
princ. ſupra de iud.l.ſi quis vxori.§.
cum Tirio.in fin. ſupra de fur.l.non
idcirco. C.de iuris & fac. igno. l.ad
probationem.C.locati.
2 Quandoque tamen † etiam extra
id quod agitur obligatio acciden-
taliter contrahitur.l.ſi is quem.in fi.
ſupra commod.& in §.is quoque.in
fi.quib.mod.re contrah.obl.& in §.
idem is cui. inſtit. de oblig. ex quaſi
3 contrac. Et † etiam in delictis quis
obligatur, licet non ex propoſito &
voluntate.l.ſcientiam.§. pen. ſupra
ad leg.Aquil.cum ſi. ibi alle. in gl.&
latè tradit Bart. in l. diuus. ſupra de
ſica. & in l. reſpiciendum. §. delin-
quunt.in fi.ſupra de pœn.& no.Bal.
in l.ſi quis non dicam rapere.col. pe
nul.C.de epiſ.& cle.Et per iſtum tex.
ibi, non niſi vera & certa ſcientia
perfici poſſunt. probatur quod dici
4 ſolet † de clauſula, [a] certa ſcientia,
a quæ facit quòd error [b] allegari nõ
b poſſit:vt not.Bald. in l.ij.in vij.q.in
fin.C.de reſcind. vend. vbi hoc tra-
dit pro cautela, vt dicatur illud fa-
ctum fuiſſe ex certa ſciẽtia. & idem
Bald.in l.mater.col.iij.C. de rei ven
dit. & ſubiicit ibi in verſ. quid ergo
ſi tabellio. quòd creditur tabellio-
ni aſſerenti de tali ſcientia, & intel-
ligentia. & tradit Alexand. in con-
ſil.lxj.viſo proceſſu. col.ij. lib.ij. Et
5 idem de iſta clauſula, † ſciens ſe nõ
c teneri, [c] not. Bartol.in l.fin.§.idem
quæſiuit. de condic. indeb. l.ſi dari.
in fi.de ver.obl.cum ſimil.vt ibi tra-
dit Alex.ibi,in prin.& in conſil.xlij.
ſuper præmiſſo.col.v.lib.j.& in con
ſil.liiij.viſis,col.vij.lib.iij.
6 Notandũ tamen eſt, † ꝙ talis clau-
ſula

ſula ex certa ſcientia non excludit
quominus contrariũ probari poſſit:
vt not.Bal.in l.ſed & ſi quis.§.fi.ꝟ.ſi
quis caut.cũ ſimil. vt tradit Alex. in
d.l.ſi dari. Et quando talis clauſula
ex certa ſcientia, apponitur à prin-
cipe, factum ab eo in dubium reuo-
cari non poteſt: vt no.Bart.in l.con-
ficiuntur. §.codicilli.ꝟ.de iur.codic.
& idẽ Bar.in conſ.cxcvj.ciuitati Ca-
merini.Old.in cõſi.cclvij. factũ tale
eſt.col.iiij. Et in notabili caſu in do
natione tradit Paul. de Caſt.in cõſi.
cv. donatio prædicta.vbi in ij. col.
conclu lit, ꝙ per talẽ clauſulam ex
certa ſcientia apparet, ꝙ princeps
voluit præiudicare illi cui erat ius
quæſitum.alleg.gloſ.in c.ad hæc.de
reſcript. & idẽ Io. de Ana.in conſil.
lxxxj.viſo inſtrumento.col.ij. Alex.
In conſil.ccxv.nec arguendi ſumus.
col.vj.verſ.ſexto confirmatur.lib.ij.
& in conſi.j. ponderatis his.col.xv.
lib.v.& dicit Bald.in c.j.§.ſi quis au-
tem.in princ. per illum text.de pace
Conſtã.ꝙ nõ debet quis audiri con-
tra illud quod princeps facit ex cer-
ta ſcientia: ſed debet repelli, & illi
perpetuũ ſilentiũ imponi:quia quod
princeps facit ex certa ſcientia, vi-
d detur facere de plenitudine [d] pote-
ſtatis: vt no.Bald.in l.eos.in prin.C.
de app.Abb. in c.ad hæc.gloſ.ibi de
reſcrip.in c.cũ inter. col j.de excep.
in c. cùm olim.col. vj.de re iud. Et
in notabili caſu Ro. tradit in conſi,
ccclxix. circa primum. in v. dubio
circa fin.& dixi in conſi.cxcj.
7 Notandũ tamen eſt, † ꝙ talis clau-
ſula non operatur in his de quibus
princeps præſumitur habere igno-
e rantiam. [e] vt not. Bald.in l.fin. col.
pen.C.ſentẽ.reſcindi nõ poſſe.ſequi-
tur Alex.in conſil.liij.viſo proceſſu.
col.pen.libr.v. & Abb.in c.paſtora-
lis.§.præterea,de offi.del,in gloſſ.in
verbo,certa ſcientia. & Paul.de Ca.
in conſil.clx.quæſtio iſta vertitur.in
fine.vbi inquit, ꝙ clauſula ex certa
ſciẽtia nihil operatur in his quæ ap-
parent ignorata.& Frãciſc.de Curte
in cõſi.lxv.ſuper præmiſſa narratio-
ne.col.viij. Et hoc verũ videtur quã
do conſtat vel probatur de ignoran
tia,aliâs præſumitur ſciẽtia propter
f illa verba, ex certa ſcientia [f] per ſu
pradicta. & ita concludit Alexã. in
conſi.xv.viſis narratis.col.ij.lib.v.&
ideo quod dicit Bal.in d.l.fi.intelli-
gitur quando conſtat de ignorãtia,
non autẽ ſufficit ꝙ præſumatur, vt
ipſe dicit, quia illa præſumptio re-
mouetur propter illa verba, ex certa
ſciẽtia. Sed quãdo conſtat, vel pro-
batur de ignorantia, verba ex certa
ſcientia, non attenduntur: quia in
claris non eſt opus coniecturis.l.cõ-
tinuus.§.cùm ita.de verb.oblig.

ADDITIO.

a Clauſula. Quotuplices ſint clauſulę:
Barb.in c.mãdatum.de reſcri.j.col.
b Error. Vide latiſſi. Iaſ.in l. error.C.
de iuris & fac.igno.in prin.
c Teneri. Vide Alex.in l.ſed & ſi quis.
§.itẽ quæritur.ff. ſi quis cau.vbi me-
lius quã alibi reperies declaratum.
d Plenitudine. Adde eundẽ in c.j.col.
v.de confir.vti.&c. & in c.porrectæ.
eo.ti.pen.col. vbi ponit quinq; mo-
dos per quos cognoſcitur clauſula
ex certa ſcientia, cui adde Iaſ.in l.ſi
quis iniquũ.ij. col. ff. quod quiſque
iur. & adde diſtiu. Are.in c. ad hæc.
ij. col.in fi.de reſcri. & Barb.conſil.
lv.col.iiij.vo.iiij.& in conſi.xxxiiij.
vol.ij.col.vj. in medio.ſed an poſſit
probari per teſtes gloſ.Io.And.quas
refert Phil.in c.ſtatutum.de reſcrip.
li.vj.col.iij.tenẽdo,ꝙ & iſta eſt com
munis opi. quã ſequũtur Ang.Alex.
& Iaſ.l. ſi quis iniquũ. ff. quod quiſ-
que iur.Abb.cle. ij. de reſcript.& in
c.inter.j.col.de except.Bald. in præ-
ludiis feud.xiiij.col. contrarium ta-
men tenent Do. de Rota deciſ. ccc-
xxxij.incip. licet.Ro.in tit.de prob.
fol.

fol.4.Dom. in d.c.ſtatutum.col.viij.
& vide finaliter Barb. in clem. & ſi
principalis.de reſcript.col. xij. verſi.
verum autẽ ſcientia &c. vbi dicit in
xiiij.col.quod deciſio Rot.eſt in ob
ſeruantia.finaliter tamẽ facit quan-
dam diſtin.tacendo autorem quam
videas per do. Aret.in ca. ad hæc de
reſcri.pe.col.verſ.tu verò,&c. H. C.
e Ignorantiam. Adde eundem in c. j.
de confir.vti. vel inutili.v.col. verſi.
diuide. idem Barb. conſil. xl. xvij.
col.iiij.vol. & conſi. lv. co.volumi.
iiij.columna.
f Scientia. quos effectus habet, vide
Abbatem & Aret.in c.ad hæc.de re-
ſcri.c.paſtoralis.§.præterea,de offic.
delegati. Aret.in ca. ſicut Ro. de re-
ſcriptis.iij.col. Felinus in c. nonnul-
li. eod.tit.viij.col. & tract. clauſula-
rum.fol.3.colum,xij.ver. clauſula ex
certa ſcientia,&c.

In l. actus legitimi.

Argumenta.

1 *Actus, dicitur generalis termi-
nus, multa ſignificans.*
2 *Actus legitimi, qui meritò di-
cantur.*
3 *Actus fieri poteſt ſub conditione,
qui & pure.*
4 *Legitimatio ſub conditione fieri
poteſt.*
5 *Actus non valens fieri purè, per-
mittitur ſub conditione.*
6 *Actus, qui neque diem, neque
conditionem recipiant.*
7 *Conditio executionem reſpiciens
non vitiat actum.*
8 *Conditio tacita actum non vitiat.*
9 *Sententia ferri non poteſt ſub con-
ditione extrinſeca.*
10 *Expreßio nil operatur eius, quod
tacite præſumitur ineſſe.*
11 *Conditio de præſenti aut de præte-
rito quando actum vitiet.*
12 *Beneficium conferri poteſt ſub
conditione, ſi vacat.*
13 *Conditio de præſenti vel præterito,
quibus caſibus apponi nequeat.*
14 *Conditio de præſenti vel præterito,
non dicitur propriè conditio.*

REGVLA LXXVII.

Actus legitimi qui non re
cipiunt diem vel condi-
tionem, veluti emancipatio, ac
ceptilatio, hæreditatis aditio,
a ſerui optio, [a] datio tutoris, in
totum vitiantur per temporis
vel conditionis adiectionem.
Nonnunquam tamen actus ſu
praſcripti tacitè recipiunt, quæ
apertè comprehẽſa vitium af-
ferunt, nam ſi acceptum fera-
tur ei, qui ſub conditione pro-
mittit: ita demum egiſſe ali-
quid acceptilãdo intelligitur,
ſi obligationis conditio extite-
rit, quæ ſi verbis nominatim
acceptilationis comprehenda-
tur, nullius momenti faciet
actum.

1 Actus † terminus eſt generalis
l. Labeo. in prin. ſupra de verb.
ſig.facit tex.in l. cum actum. ſuprà
de nego.geſt. in l. cùm ſeruus. in fin.
de condi. & demon. Et quandoque
accipitur pro ſpecie ſeruitutis: vt
probatur in l.j. §. j. ꝟ. de ſer. ruſtic.
præd. Et hic generaliter accipitur:
vt colligitur ex his quæ in tex,notã-
tur

2 tur. † Et actus legitimi dicuntur
omnes inuenti vel probati à lege &
quacunque parte iuris ſcripti, vt in
§.conſtat.inſtit. de iur. nat.& ita di-
cit Dyn.in reg.actus.eod tit. in vj.fa-
cit text.in l.legitima. ſupra de pact.
in l.Gracchus. C. de adul. Et viden-
tur actus omnes legitimi qui non
prohibentur à lege.facit tex.in l.nec
non.§.quod eis.ff. ex quib. cauſ. ma.
Et iſta regula reſtringitur in caſibus
hic expreſſis, itaquòd regula in con-
3 trarium: quia † regulariter quod
fieri poteſt purè, pariter & ſub con-
ditione fieri poteſt, §. emptio. inſtl.
de emp.& ven.l.ij. ſuprà de in diem
à die.§. omnis ſtipulatio. inſtitu. de
verbo.oblig. cum ſim. vt proſequi-
tur Dyn.in d. regula, actus.Et iſtam
declarationem Dyn.tradit glo. in d.
§.omnis.in verbo,in diem.&latè ſe-
quitur Cuma. in conſi. lxxxviij. ſup-
poſito tenore,col.j. vbi propter hoc
4 infert, † quòd legitimatio fieri po-
b teſt ſub [b] conditione: quia non eſt
de hic numeratis. & idem Card. in
conſil.ciij. caſus ſuper quo col. pe-
nult.verſi.ad ſecundum. vbi propter
hoc concludit, quòd acceptilatio
fieri potuit ſub conditione, quia
non eſt de hic numeratis. & idem
ſequitur Alexã.in l. à diuo Pio. §. in
venditione.col.vj.in fin. de re iudic.
Et pro iſta declaratione facit rela-
tiuum, qui, cuius natura eſt reſtrin-
gere.l.omnes populi.ff. de iuſt.& iu-
re. Et ſecũdum reſolutionem ſupra-
dictam ſpecialiter in caſibus hic ex-
preſſis quod iure fieri poteſt, non po
teſt fieri ſub conditione.facit tex.in
c.ij.de elec.in vj. [c] † Et ecõtra quan-
c doque quod purè fieri non poteſt,
5 permittitur ſub cõditione.l.in fuga.
C.ad l.Iul. de plagiar.& gl. fi.ibi, ad
idem text.in l.ſi ſocius.ff. de hæredi.
inſt.l.ſi rem meam.de verb.oblig. in
l. in tempus. ſuprà de hæred. inſtit.
Et quandoque etiam quod non li-
cet purè, non licet ſub conditione l.
Seius & Augerius. ff. ad leg.Falcid.
Et quãtum ad propoſitum noſtrum
6 hic, † quòd actus hic expreſſi non
recipiunt diem, neque cõditionem,
hoc intelligitur in conditionibus
quæ in facto conſiſtunt: ſecus ſi in
iure, quia valet aditio hæreditatis
ſi quis dicat, adeo hæreditatem ſi
poſſum de iure: vt not.Bald.in l. po-
tuit.in viij.q.C.de iure delib.
Secundò hoc limitatur quando cõdi-
tio reſpicit ſubſtantiam actus: ſecus
7 verò ſi reſpicit executionem: † quia
talis conditio etiam expreſſa non
viciaret.l. muto.§.ſub conditione. ff.
de tutel. prout illum text. declarat
Barto.in l.j.col.j.verſi.ij.de condi. &
demonſtr.facit quod not.Bartol. de
conditione quæ reſpicit executio-
nem.in l.item quia.ff. de pactis. in l.
ita demum. ff. de arbit. cum ſimilib.
vt dixi in c.ij.de reſcript.
8 Tertiò hoc limitatur † non habere
locum in conditione tacita, quæ ex
natura actus intelligitur: vt text. hic
dicit de acceptilatione facta de de-
bito conditionali: quia tacitè intelli
gitur ſi conditio obligationis puri-
ficata ſit.& hoc eſt quod Bald. dicit
in l. ſi quis à certo. in ver. opponi-
tur quòd acceptilatio.ff. de condict.
ob cauſ. dum inquit, quòd actus de
quibus hic dicitur, non recipiunt
conditiones extrinſecas: ſecus eſt
in extrinſecis & legalibus. & idem
Bald. in l. iij. de legat. j. vbi eodem
modo diſtinguit inter conditionem
extrinſecam.& intrinſecam.&idem
Bald.in l. cum iudex. C. de ſent.poſt
9 gloſ. ibi, † ibi loquitur in ſententia
quæ non poteſt ferri ſub conditio-
ne extrinſeca. l.ij. §. biduum. quan-
do appellan. ſit. Secus eſt in intrin-
ſeca quæ reſpicit ipſum negotium.
& idem not. Bart, in l. à diuo Pio §.
in venditione. in princ. de re iudic.
cum ſimilib. vt tradit ibi Alexand.
col.v,

col.v.in verſic.quarta ſolutio. & idẽ
Rom. in conſilio cccccj. vt decla-
rationem.col.ij.
Et eſt aduertendum ad illud quod hic
dicitur, quòd iſta tacita conditio vi
tiaret ſi expreſſa ſit: quia cum expri-
matur illud quod tacite intelligeba
tur, expreſſio non deberet vitiare:
10 † quia expreſſio eius qđ tacitè ineſt,
nihil operatur.l.iij. de legat.j. Bald.
ibi opponit de iſto tex,& reſpondet
quòd hic expreſſio continet vicium
formæ: ideo per expreſſionem actus
vitiatur, quaſi velit, quòd in actibus
hic expreſſis ſit datum pro forma q̃
conditio non exprimatur. & idem
dicunt Imol.ibi, & Moder. & idem
not. Bart.in l.in diem.in fi.ff.de acce-
ptil. vbi dicit, quòd eſt peccatum in
forma quando in acceptilatione ap
ponitur dies vel conditio. & in iſto
caſu ex quo expreſſio vitiat, non eſt
d par virtus taciti & expreſſi: vt notat
Alex. [d] in conſil.lix.attentis verbis.
11 col.pen.lib.iij.
Vltimo quæritur, † an quod dicitur
hic, de cõditione in iſtis actibus, in-
telligatur etiam de conditione de
præſenti, vel de præterito.Ioan.Fab.
in §.conditiones. inſtit. de verbor.
obliga. videtur tenere quòd in tali-
bus conditionibus non habeat lo-
cum iſte text. & ad hoc facit: quia
cùm iſti caſus ſint ſpeciales & con-
tra regulam, vt ſuprà declaratum
fuit, ſtrictè intelligi debent. Et ideo
in conditione propria intelligitur,
quæ eſt de futuro, & ſuſpendit: ſe-
cus videtur in conditione de præte-
rito vel præſenti, quæ non dicitur
proprie conditio, vt not.per glo.l.ſi
ſic.§.j.in verbo, demonſtrationum.
de legat.j. facit text. in l. itaque. ff.ſi
cert.petat.in l. cùm in ſecundo.ff.de
iniuſt. rupt. & in l. ſi ita ſtipulatus
fuero.hãc ſummam. de verb.oblig.
12 Et ideo † valet [e] collatio beneficij
e facta ſub conditione, ſi vacat: vt no.
per gloſſ. in c.ij.de elect. in vj.& per
Bal.in l.pen.circa fin.C. de ſent.quæ
ſine certa quantitate. & facit quod
not. Bart.in l. cùm propter.de legat.
præſtan.cum ſimilib. vt tradit Alex.
in l.iudex poſtquam.in fi.de re iudi-
cat.& plenius Rom.in conſi.cccccj.
ſuprà alleg. & latiſſimè Feli. in c.cũ
contingat.de offic.deleg.
Sed tamen his & ſimilibus nõ obſtan-
tibus contrarium de iure arbitror,
13 quòd † etiam conditio de præſenti
vel præterito in caſibus his expreſſis
apponi non poſſit, & moueor per
iſtum text. vbi etiam conditio quæ
intrinſeca ſit, de natura actus expri-
mi non poteſt: vt patet hic in acce-
ptilatione, in qua tacita cõditio in-
telligitur, quæ tamen exprimi non
poteſt: quia eſt datum pro forma q̃
iſti actus fieri debent purè & abſque
cõditione: & ideo hic expreſſio eius
quod tacitè intelligitur, vitiat. Secus
eſt in aliis caſibus hic non expreſſis:
vt ſuprà dictum fuit. & ad hoc facit
tex.in l.eum qui.§.fi.ff. de acquiren.
hæred.& gloſſ.ibi quæ relata ad tex.
extendit regulam, vt habeat locum
in conditione de præſenti.Non ob-
ſtant allegata, ſuprà in contrarium,
4 & primo dum dicitur quòd † con-
ditio de præſenti vel de præterito
non eſt propriè conditio: quia ve-
rum eſt quantũ ad effectum ſuſpen-
ſionis: tamen in ſui apparentia eſt
conditio quæ primo aſpectu nõ ha-
bet certitudinem: quia opus eſt in-
quirere & inueſtigare de veritate
conditionis. & iſta ratione gloſſ. &
doct.communiter in d.c.ij. de elect.
in vj. tenent non valere electionem
factam etiã ſub conditione de præ-
ſenti ſi vacat: quia data eſt forma,
quòd iſti actus debeant purè & ſim-
pliciter fieri.Non obſtat q̃ valet ſen
tentia ſub conditione intrinſeca,
etiam ſi expreſſa ſit, quia nõ eſt ſen-
tentia de actibus hic enumeratis: &

licet per alia iura prohibeatur ſen-
tentia ferri ſub cõditione, illa prohi
bitio non eſt ita ſtricta: quia licet
prohibeatur ſententia ferri ſub con
ditione, lata tamen valet. l. ij §. bi-
duum. ſuprà quando appel. ſit.

ADDITIO.

a Optio. Iaſ. conſil. clxij. col. iiij. lib. ij.
b Sub. Curt. Iunior. l. cùm quid. col. v.
nu. 14. ſuprà ſi cert. pet.
c In vj. Vbi videas doct. qui dicunt quod
matrimonium carnale poteſt bene
contrahi ſub conditione: vt in c. ſu-
per eodem. de cond. appo. an autem
poſſit contrahi ad tempus: non niſi
per diſpenſationem papæ: vt ibi per
eos. & Imol. in clem. j. de conſang.
& affini. & vide Alex. in conſ. lxxv.
in j. vol. & Iaſ. in l. Iulianus. ij. col.
de leg. j. & Imol. in l. gerit. fin. col. de
acquir. hære. & doct. in d. reg. actus.
Hier. Cuch.
d Alexan. num. 15. vbi dixi, vide Dec.
c. clericum. col. fin. de iudic. conſil.
cccexvj. col. iij. C. M.
e Valet. & bene quicquid Decius di-
cat. C. M.

In l. Generaliter. Arg.

1 *Fraus quid propriè dicitur.*
2 *Dolus à fraude differt, velut ge-
nus à ſpecie.*
3 *Poſſeſſor malæ fidei tam de fructi
bus perceptis quàm de his, qui po-
tuerunt percipi, tenetur, & nume-
ro 4. & 5.*
6 *Poſſeſſor malæ fidei titulum ha-
bens, non tenetur de fructibus per-
cipiendis.*

REGVLA LXXVIII.

GEneraliter cum de frau-
de diſputatur: non quid
habeat actor, ſed quid per ad-
uerſarium habere non potue-
rit, conſiderandum eſt.

IBi, de fraude diſputatur. Nã fraus
1 † propriè dicitur, quando pro-
miſſum ſimulatum, & reuera prohi-
bitum agitur: vt notat Baldus in ti-
tulo ſi de feud. fuer. controuer. inter
domin. & agnat. in §. beneficium. in
princ. vbi ad hoc allegat Ioan. Mo-
nach. in c. auaritiæ. de elect. in vj. fa-
cit tex. in l. fraus. ſuprà de leg. in l. in
fraudem. ſuprà de his quæ in fraud.
creditor. Et fraudem dicitur com-
mittere ille, qui ad exceptionem al-
terius, & ad ſui commodum, aut ve
rum tacet, aut falſum exprimit. ita
Abbas dicit in conſil. lxviij. vide-
tur primo dictum magiſtrum. col j.
Allegat not. in l. iuriſgentium. §. do-
lo malo. & §. ſed ſi fraudandi. ſuprà
de pact.
Et fraus propriè dicitur contra fidem,
ſecundum Bald. in l. quæ fortuitis.
col. ij. in verſic. præmitte ad euiden-
2 tiam. C. de pign. act. Et differt † do-
lus à fraude, tanquam genus à ſpe-
a cie: vt not. per glo. & Bar. [a] & Doct.
in d. l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudan
di. vbi Alexan. tradit Corne. in con-
ſil. clxxxj. viſa copia. col. iij. lib. iij.
de quo dixi in c. ex tenore. in iiij. no-
tab. de reſcript. Cùm ergo de fraude
diſputatur, conſiderandum eſt non
quid habeat actor, ſed quid per ad-
uerſarium habere non potuit: vt in
regula hic dicitur.
Et ſenſus eſt, quòd non debet conſide-
rari quid actor fraudatus habeat,
quia nihil habet quod ipſe poſſide-
ret: ſed illud quod per aduerſarium
habere non potuit: hoc eſt illud
quod percipere potuiſſet actor, ſi
rem habuiſſet. Et ſic in effectu ille
qui ratione fraudis conuenitur, &
de fructibus quos actor percipere
potuiſſet tenetur. l. ait prætor. §. hãc
actionẽ. ſuprà de his quæ in fraud.
cred

cred. & idem eſt ſecundum glo. hic
3 in † malæ fidei poſſeſſore [b], qui non
b ſolùm de fructibus perceptis: ſed
etiam de his qui percipi potuerunt,
tenetur. l. ſi nauis. §. fi. §. de rei vend.
cum ſimilib. alleg. in gloſſ. ad idem
text. in l. domum. C. de rei vendi. in
l. j. C. de pet. hæred. & facit text. in l.
apud Iulianum. §. j. de leg. j. ibi, quos
legatarius percipere potuit.
Et aduertendum eſt, quia hic videtur
quòd teneatur de percipiendis ab
actore, ibi, habeat actor. & in d. l. ſi
nauis. §. fin. ibi, an petitor. & in d. l.
apud Iulia. §. j. ibi, quos legatarius
percipere potuit. & in l. ſed & par-
tus. ſuprà quod met. cauſa, ibi, non
ſolùm qui percepti ſunt, verum ſi
plus ego percipere potui.
Sed contrarium videtur probare text.
4 in l. domum. C. de rei vendic. † vbi
conſideratur quantum reus & ipſe
poſſeſſor malefidei percipere po-
tuit. Pet. & Vltramonta. in d. l. do-
mum. dicunt, quòd malæfidei poſ-
ſeſſor tenetur ante moram de illis
quos ipſe reus percipere potuit. d. l.
domum. Sed poſt moram tenetur
de percipiendis ab actore. Bart. ibi
hoc reprehendit: quia malæfidei poſ-
ſeſſor ſemper eſt in mora: vt not. in
l. j. C. quod met. cauſ. in l. merito. ſu-
prà de vi & vi arma. Sed replicare
poteſt illud eſſe verum reſpectu in-
teritus: ſed non reſpectu fructuum
percipiendorum de quibus agitur:
in quibus congruum eſt quòd poſt
moram ſit magis grauatus: ita vt di-
camus quòd poſt moram teneatur,
ſi actor plures percipere potuiſſet,
quàm ipſe reus.
Bart. tamen in d. l. domum. aliter con-
5 cludit, dicens † quòd aut quis vult
referre ad id quod ex ſingulari in-
duſtria percipi potuiſſet: & tũc con-
ſideratur perſona actoris, & non
rei. Quia ſi reus potuiſſet plus per-
cipere ex eius ſingulari induſtria il-
le non eſſet ex re, ſed ſua negotia-
tione. l. ij. §. j. ſuprà ad legem Falci.
& non eſt reſtringendum.
Si verò quis vult ſe referre ad illud
quod communiter percipi potuiſſet:
tunc ſiue dicas, quantum percipi po-
teſt per reum, ſiue per actorem, idem
eſt, ex quo relatio fit ad illud quod
communi æſtimatione percipi po-
teſt: quod & iſta opin. Bart. magis
communiter approbatur: vt Alex. di-
cit, in d. l. apud Iulia. §. j. Sed ta-
men conſiderandum eſt, quia pri-
mum dictum de ſingularitate, non
videtur verum: qui non attenditur
ſingulare intereſſe actoris. l. pretia
rerum. 3. ad leg. Falcid. l. ſi ſeruum.
ſuprà ad leg. Aquil. l. furti. in princ.
de furt. Secundum dictum Bar. vide-
tur bene procedere: quia ſi habetur
relatio ad cõmunem æſtimationem:
non videtur quòd attendatur perſo-
na actoris vel rei. Et quod dictum
eſt de communi æſtimatione, limita-
tur dupliciter. Primo in poſſeſſore
qui haberet cauſam à domino: quia
tunc perſona poſſeſſoris attenditur.
l. ij. vbi Bal. per illum tex. C. de pign.
actio. Secundo limitatur, vt notat
Bart. in l. ij. de fruct. & lit. expenſ. &
tradit Alexan. in d. l. apud Iulia. §. j.
Et regula noſtra hic limitatur ſecun-
6 dum gloſ. hic, † niſi malæfidei poſ-
ſeſſor haberet titulum: quia tunc
non tenetur de fructibus percipien-
dis: de quo videndum eſt in l. ſi
fundum. C. de rei vendic.

ADDITIO.

a Bart. Adde Alber. in regul. ſequenti
Abb. in c. ex tenore. de reſcriptis &
ibi Modern. & quot modis commit-
tatur, vide Doct. in c. quanto. de pri-
uileg. Philip. Franc. in reg. certum.
de regul. iur. libr. vj. Abb. conſil. lxx.
ij. col. incumbit onus probandi alle-
ganti. l. quoties. & ibi. §. qui dolum.
& ibi Doct. ſuprà de probat. quali-
ter probetur, vide Philip. Franc. in

c.ſi te.de renuntiat. lib.vj. & Iaſ. in l.
Titia.§. idem reſpondit lo primo.
j.col. de verb. oblig. & per Iaſ.in §.
item ſi quis. inſtit. de actio. iij. col.
& quando non probatur, quando
præſumatur.in col. viij. in princ. &
adde quod vbicunque fraus allega-
tur, poteſt adiri iudex eccleſiaſti-
cus,quando agitur de cauſa paupe-
rum vel miſerabilium perſonarum.
Ita Ancha.in regula,eá quæ xix. col.
in medio,de reg. iur.lib. vj. & aperit
etiam viam petendæ reſtitut. poſt
quadriennium.ita Anch.in ca.eccle-
ſia.de reſtitut. in integr. eod. libr. in
j.col.&in fin. H. C.
b Poſſeſſore. Vide doct. in §.ſi quis à
non domino. inſtit de rerum diuiſ.
& in l. ſi fundum. C. de rei vendica.
Ioan.Imol. in l. apud Iulianum. hic
alleg.& ibi Iaſonem.

In l. Fraudis.

Argumenta.

1 *Fraus duobus modis conſiderari poteſt.*
2 *Fraus ex conſilio & euentu proueniens, tunc imputatur.*
3 *Dolus re ipſa præſumitur ex enormi læſione apparente.*
4 *Renuntiationem dolo factam non valere, qualiter intelligatur.*

REGVLA LXXIX.

FRaudis interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideretur.

1 ET ſic † fraus conſideratur du-
pliciter, ex propoſito & inten-
tione. Et re ipſa idem colligitur
in l. ait prætor. §. ita demum. ſuprà
de his quæ in fraud. cred. & in l. ij.
C.de ſer.pign. dato manumiſſo. Sic
etiam in dolo dicitur dolus ex pro-
poſito.l.j.§.j. ff. de dol. & re ipſa. l.ſi
quis cùm aliter.de verb.oblig. Pro-
priè tamen re ipſa tantum non dici-
tur dolus: vt not.per gloſſ. in d.l.ſi
quis cum aliter. in verb. dolum ha-
bet. Et idem videtur in fraude, vt
propriè non dicatur fraus re ipſa
2 abſque propoſito. Et † ideo hic in
regula copulatiuè requiritur, quòd
fraus fieri dicatur ex conſilio &
euentu, in iuribus ſuprà alleg. & in
§. in fraudem.inſtit. quibus ex cauſ.
manu.non licet.& in l. in fraudem.
in fi.ff.qui & à quibus.
Quandoque etiam ſufficit quòd fraus
re ipſa committatur: vt in l.fin.C.de
his qui à non domino. & in l. j. §.
ſuprà ſi quid in fraud.patron. & per
3 gloſſ.hic. Et adde † quòd ex enor-
mi læſione quæ apparet re ipſa, do-
a lus[a] præſumitur:vt not.Bart. in l. fi.
ſuprà de prætor.ſtip.cum ſimilib. vt
tradit Alexan.in l.ſi ſuperſtite. C. de
dolo. & idem Rom.in conſi. liij. vi-
ſis. col.fi.in conſil. xc. viſo themate.
in fi. Andr.Sicu.in conſi.xlij.col.vij.
lib.j. & Pet.de Anchar. in conſilio
xxxviij.pro clariori. vbi concludit,
quòd c.quamuis.de pac.dum ibi di-
4 citur, † non valere renuntiationem,
ſi dolo facta ſit, intelligitur de do-
lo etiam re ipſa tãtum, aliter tamen
in hoc tenet Alexan.in conſi.xlij.ſu-
per præmiſſo.col.j.libr.j.de quo latè
dixi in conſi.clxxx. vbi videndum.

ADDITIO.

a Dolus. Dixi ad Alex.conſi.xlij.num.
20. lib. j. conſil.cxviij. nu. 8.lib. vij.
idem quod hic Aymo. conſi. cxcij.
col.ij.Zaſ.conſ.xviij. C. M.

In l. In toto iure.

Argumenta.

1 *Lex minus generalis inter generales pro ſpeciali reputatur.*

Ind

2 *Indiuidua quare ſpeciei derogent.*
3 *Aequiuocum quando pro ſpecie ſit ſumendum.*
4 *Lex magis ſpecialis dicitur, in qua vtilitas maior inuenitur.*
5 *Regula ſpecialior præſumitur, perſonas reſpiciens, ea, quæ caſus intuetur.*
6 *Qualitas paucioribus competens, diſpoſitionem reddit ſpecialiorem.*
7 *Species num deroget generi in legibus. & nu. 9.*
8 *Priuilegium alicui conceſſum, per legem generalem contrariam non tollitur.*
10 *Generi per ſpeciem in diuerſis legibus non derogatur.*
11 *Lex generalis quomodo conformari dicatur ſpeciali.*
12 *Species an deroget generi in contractibus.*
13 *Generi an derogetur per ſpeciem in vltimis voluntatibus.*
14 *Species in legatis quando generi derogare dicatur.*
15 *Legatũ generi, & ſpeciei relictum vni aut diuerſis, qualiter intelligendum.*
16 *Species cauſa dubitationis præſumitur adiici quandoque.*
17 *Specierum enumeratio genus reſpiciens, aut etiam nõ reſpiciens, qualiter intelligenda.*
18 *Laudum cum efficitur, generi per ſpeciem derogatur.*
19 *Species generi detrahit in reſcriptis pariter ac mandatis.*
20 *Priuilegium ſecundum ſpeciale non derogat primo generali.*
21 *Mandatum ſpeciale fiſci non derogat ſpeciali.*
Mandatum ſpeciale iuriſdictionis nil poteſt generali detrahere.

REGVLA LXXX.

IN toto iure generi per ſpe-
ciem derogatur: & illud po-
tiſsimum habetur, quod ad ſpe
a ciem directum eſt[a].

b EAdem regula[b] habetur in regu.
generi. eod titu.in vj. Ad decla-
rationem huius reg.præmittendum
1 eſt, † quòd ſi leges ſint generales, il-
la quæ eſt minus generalis pro ſpe-
c ciali reputatur:vt not.Bart. [c] in l.j.§.
hoc autem edictum. col. pen. C. de
oper.noui. nunt. & idem dicit Dyn.
in d. regu. generi. col. ij. Et ſi leges
ſint ſpeciales, illa quæ ſit ſpecialior
2 attenditur: † quia indiuidua dero-
gant ſpeciei: vt not. Bald. in l. hac
conſultiſſima. col.j.C. qui teſta. fac.
poſ.& in l. executorem.col.vj. verſi.
& redeo ad materiam propriam. C.
de execut.rei iud. vbi inquit, quòd
paruum genus magno generi dero-
gat,& indiuiduum derogat vtrique:
& ſi duo habent ſe tanquam exce-
dentia & exceſſa, illud loco ſpeciei
habetur quod minus excedit:vt not.
Corneus in conſi.lxxiij. quamuis vi-
deatur allegare Bart.in d.l.j.de ope-
ris noui nuntia.& in tract.ad repri-
mendum. in verb. non obſtantibus.
3 Et † quando vocabulum ſe habet ad
genus & ad ſpeciem, & poſt genus
ſequitur ſpecies, ne illa additio ſpe-
cierum ſuperflua ſit, & vt copula po-

x 3

natur inter diuerſa, ratio ſuadet ꝙ
vocabulum æquiuocum ponatur pro
ſpecie: vt Corn. inquit in conſil. cc-
xxix. licet claram. colum. iij. in fin.
lib. iiij.
4 Et † illa lex videtur magis ſpecia-
lis in qua ſit euidentior, & maior
vtilitas: & iſta videtur benignior
interpretatio: vt not. Barto. in tract.
ad reprimendum. in verſic. non ob-
ſtantibus. colum. ij. Et illa ſpecialior
in qua maior eſt ratio ſpecialitatis:
vt notat Bald. in d. l. hac conſultiſſi-
ma. colum. j.
5 Et † magis ſpecialis regula reputatur
illa quæ reſpicit perſonas, quàm il-
la quæ reſpicit caſus: vt in no. q tra-
dit Bal. in l. j. in iij. q. ſuprà de offic.
conſul. & ibi alleg. Bart. in loco ſu-
pra allega. & idem Bald. in l. j. §. vbi
autem. col. ij. verſic. ex hoc habes.
C. de cad. tollend.
6 † Et illa qualitas quæ paucioribus
competit, facit diſpoſitionem magis
ſpecialem: & illa quæ pluribus po-
teſt competere, facit diſpoſitionem
magis generalem: vt not. Bald. in d.
l. executorem. in loco ſuprà alleg. &
de prædictis not. Imol. in l. Gallus.
in §. ille caſus. col. fi. de lib. & poſth.
Alexan. in l. Titiæ textores. de leg. j.
Paulus de Caſtr. in l. non eſt nouum.
colum. fin. ſupra de legib. & Moder.
in l. ſi Ruffinus. C. de teſtamento
milit. & dixi in conſilio tertio, vbi
videndum eſt.
d His [d] præmiſſis, vt in materia huius
regulæ diſtinctè procedamus, pri-
mo videndum eſt, an & quando ha-
beat locum in legibus & in ſtatutis.
Secundo, in contractibus. Tertio, in
vltimis voluntatibus. Quarto, in re-
ſcriptis & mandatis, cum ſimil.
7 Circa primum † in legibus probatur
in l. ſanctio legum. ſuprà de pœn. &
text. dum hic inquit, in toto iure. &
not. per glo. in reg. generi. eod. tit. in
vj. & not. Ang. in conſi. clx. pro de-
ciſione quæſitorum. colum. j. Fulg. in
conſil. ccxv. in primo propoſitæ, in
prin. Et idem in ſtatutis regula iſta
habet locum: vt not. Barto. in l. ſed
& poſteriores. ſuprà de legib. in l.
quæſitum. §. ſi quis fundum. colum-
na tertia, verſiculo hoc induco ad
quæſtionem, de fundo in ſerui. & in
conſilio centeſimo, incipiente, à
domino Cyno. in tertio dubio. An-
gelus & Fulgoſ. in conſil. ſuprà pro-
xime allegato.
Et notant Bald. Imol. & Alexand. in
l. cohæredi. §. qui patrem. de vulga-
ri & pupillari, & in pulchra quæſtio-
ne tradit Angelus in lege, ſi quis ab
alio. in fine ſuprà de calumnia. &
cum prædictis concordat Fulgoſ. in
conſilio centeſimotrigeſimo ſexto
in cauſa. & facit quod de ſtatuto no
tat Bartolus in l. Lucius in fine. ſu-
prà ad Turpillia. cum ſimilibus vt
tradit Alexander in l. talis ſcriptura.
colum. fin. de lega. j.
Et iſta concluſio tam in legibus, quàm
in ſtatutis ampliatur ſiue ſpecies
e præcedat genus, ſiue ſequatur [e] vt
notat Bartolus in lege, quæſitum. §.
ſi quis fundum. & Fulgoſ. in conſi-
lio præallegato ccxv. & ad hoc fa-
cit textus in lege, ſi ita fuero ſtipu-
latus, ſuprà de noua. vbi paria ſunt,
ſiue ſtipulatio ſequatur numeratio-
nem, ſiue præcedat. facit textus in
lege tertia, C. de ædilitiis actionib.
in lege, petens. C. de pactis. Et quan-
do genus præcedit, clarum hoc vi-
detur, vt verba regulæ ſonant hic;
& in dicta regula, generi per ſpe-
ciem derogatur. Idem tamen eſt
quando ſpecies præcedit. ad hoc
facit quod not. per gloſſam in lege,
ſciendum. ſuprà qui ſatiſdare co-
gantur. quæ tenet, quòd diſpoſitio
authenticæ offeratur. quæ eſt ge-
neralis, limitetur non habere lo-
cum in caſu ſpeciali, dicta lege
ſciendum. quæ præcedit. ad idem eſt
gloſſ

gloſſa, in §. ſed hodie. inſtitut. de ſa-
tiſdat. in §. ſuſcepto. in authentica
de exhibendis reis. in dicta authen-
tica, offeratur. C. de litis conteſta-
tione, & dicit Bartolus in dicta l.
ſciendum. hoc eſſe notabile pro re-
formationibus ſtatutorum. Et am-
pliatur ſecundum Bartolum ibi, e-
f tiam [f] ſi dicatur, non obſtantibus
legibus in contrarium: vt not. per
gloſſ. in authentica de hæredibus
quæ ab inteſtat. in principio in ver-
bo vacantibus, & notat idem Bar-
tolus in dicto verbo, non obſtanti-
bus. & cum his concordat Fulgoſ.
in dicto conſilio quinquageſimo-
ſeptimo in principio. Roman. in
conſilio xl. Viſis. columna ſecun-
da, in conſilio lvij. in cauſa verten-
te. & in conſilio cccxxij. in caſu
propoſitæ. Abbas in conſilio lj. vi-
detur primo, columna ſecunda li-
bro primo, & Alexander in conſi-
lio lxxx. viſo. columna tertia libro
primo. Et ad prædicta facit gloſſa
not. in lege, decurionibus. de ſi-
lent. libro duodecimo. quæ in ver-
8 bo decurionibus. concludit, † quòd
priuilegium datum alicui, non tol-
litur per legem generalem in con-
g trarium, cum ſimilibus, vt Felinus [g]
ſcribit in capitulo primo, columna
nona, de reſcriptis, & in capitulo ſi-
cut. de hæreticis, & bene facit text.
in l. ſi adulterium. §. liberto. ſuprà
de adulteris. Et prædicta omnia pro
cedunt, niſi conſtaret de mente le-
gis generalis, quòd voluerit ſpe-
ciei derogare: vt notat Imola in le-
ge, ſi verò. §. de viro. columna ſex-
ta. ſuprà ſoluto matrimonio, per
capitulum, contra Chriſtianos. de
hæreticis in ſexto, ſequitur Alexan-
der in dicta lege, ſciendum. & con-
ſtare videtur de mente legis gene-
ralis, ſi in lege generali dicatur, non
obſtante aliqua lege quæ genera-
liter vel ſpecialiter contradiceret,
vt notat Bartolus in dicto verſicu-
lo, non obſtantibus. cum ſimilibus,
vt tradit Alexander in dicta lege
ſciendum.
9 Secundò † ampliatur dicta con-
cluſio etiam ſi vnum ſit ex legali, al-
terum ex hominis diſpoſitione: quia
tamen ſpecialia generalibus dero-
gant, vt notat Baldus in lege, ſi quis
prioris. §. certum. de ſecundis nu-
ptiis per authent. nunc autem. eo-
dem tit.
10 † Et prædicta regula limitatur pro-
h cedere in eadem lege: ſecus [h] eſt
in diuerſis legibus: quia tunc gene-
ri per ſpeciem non derogatur: vt no
tat Bartolus poſt Cynum, quem ibi
refert in l. prima. §. hoc autem edi-
ctum. capitulo finali. de oper. noui
nuntiat. & in dicta l. ſanctio legum.
columna prima. & in dicta l. quæſi-
tum. §. fundum. & idem notat Bal-
dus in conſilio clv. duo ſunt ſtatu-
ta: in fine libri tertij, vbi inquit, quòd
diſpoſitio generalis non reſtringi-
tur per ſpecialem in diuerſis legi-
bus. allegat Bartolum in dicta l. ſan
ctio legum. & idem tradit Angelus
in conſilio ccxiiij. primo eſt viden-
dum. & Rom. in conſil. cccviij. pro
habenda. & in conſil. cccxxij. in ca-
ſu propoſitæ. in princ. Bartho. Vero.
in conſi. xiiij. pro declaratione. col.
ij. Alexand. in conſi. xiij. viſis. col. fi.
lib. ij. & latè Angel. in conſil. ccclv.
q. j. col. ij.
11 † Et iſta limitatio ſanè intelligitur,
quando lex generalis & ſpecialis
non contradicunt, quia diuerſimo-
dè loquuntur: ſecus verò ſi ſpecies
contraria ſit generi: quia tunc ſem-
per ſpecies derogat generi: vt patet
in omnibus regulis quæ exceptiões
patiuntur. ita Bartol. dicit in d. l. j. §.
hoc autem edictum. & hoc patet ex
eo quod ſupra dictũ fuit, ꝙ ſpecies

quæ præcedit derogat generi quod
poſtea ſuperuenit, vt per glo.in d.l.
ſciẽdum.. um ſi.ſuprà alleg. Ex qui-
bus patet hoc etiam pro. edere ex di
uerſis legibus.Item prædicta limita-
tio habet locum in legib. in quibus
correctio debet euitari: ſecus in diſ-
poſitione hominis: vt not.Bart.in l.
liberis quos. in princ. ad fin. de ali-
ment.& cib.leg.

Secundo regula ſupradicta non proce
dit vbi genus debet verificari in vna
i ſpecie [i]: quia tunc generi per ſpeciẽ
non derogatur, vt not.Abb.per illũ
text.in c.ex parte.el j.de offic.deleg.
Bar.in l.ſi domino.de leg.j.in l.ſi hæ
res.de opt.lega.& in l.quæſitum.§.fi.
col.fin.de fund.inſtru.de quo tamen
dicendum eſt, vt dixi in c. paſtora-
lis.§.quoniam.de reſcrip. vbi viden
dum eſt.

21 Secundo † regula iſta etiam proce-
dit in contractibus: vt not.Dy.in d.
reg.generi.alleg.l. ſtipulationes cõ-
modiſſimum.de verb.oblig.& idem
not.Ang.in conſi.clx.ſuprà allegat.
Fulg.in conſi.ccxv.ſuprà alleg.l.do-
li clauſula.de verb.obl.Et not.Bart.
in l.ſed & ſi adiiciatur.ſuprà pro ſo-
cio.vbi inquit, quòd ſpecies reſtrin-
git genus ex præſumpta voluntate
contrahentium.

13 Tertio † regula habet locum in vlti-
mis voluntatibus: hoc patet primò
k in ſubſtitutionibus [k] in l.cohęredi.
§.qui patrem.de vulg.& pupil.& fa-
cit tex.in d.l.cohæredi §.qui diſcre-
tas.co.ti.Et hoc habet locum in ea-
dem ſpecie ſubſtitutionis: ſecus eſt
in diuerſa ſpecie,vt notat Dyn.in d.
reg.generi. per l.fin. ſuprà ad Treb.
vel ſecundũ Bar.ibi ex verbis teſta-
toris apparebat ꝙ voluit à ſpeciali
ſubſtitutione recederе.& idem Bar.
tenet in d.l. cohæredi. §.qui patrem

14 Secundo † hoc idem patet in lega-
l tis [l] l. vxorem.§. feliciſſimo.de leg.
iij.in l.ſeruus vrbanus.§.fin. eod.tit.
vbi in legatis loquitur,& dicit quòd
ſemper ſpecies derogat generi.& fa
cit text. in l.alimenta.§. baſilicæ.de
alimen.& cib.leg.& illam regulam
in legatis tradit gloſſ. in d.l.quæſi-
tum.§.fin.

Et ampliatur iſta regula ſiue genus
præcedat, ſiue ſequatur, ſecundum
Dy.in dicta regula generi. per l. ſer-
uo manumiſſo. de pecul. leg. & ſu-
prà dictum eſt.& not.Bald.in conſ.
clx. verba pactorum. lib.j. Paul. de
Caſtro in conſil. clxxxviij. videtur
quòd prædictis.

Secundo ampliatur etiam ſi legatũ ſit
inutile.l. legatũ.§.j.ff. de adim. leg.
in l.iij.§.minor.de fund.inſtruc.no.
Bar.in d.l.quæſitum.§.fi.col.fin.vbi
hoc limitatur per l.fi.§.fi.de auro &
argento leg.vbi etiam Bart.

Et iſta regula in legatis procedit quan
do vni legatur totum genus,& alte
ri ſpecies eodem reſpectu: ſecus ſi di
uerſis reſpectibus, vt quia vni lega-
tur genus reſpectu vſusfructus,alte-
ri ſpecies reſpectu proprietatis:quia
tunc ſpecies non derogat generi,
m ſed concurrunt [m] .l.ſi alij.§.Sempro
nius.& §.fin.l.Sempronio. in princ.
de vſufruct.leg.vbi Bar.& idem Bar.
in l.ſi quis ſeruum.§.fin. verſ.quæro
quando legatur.de leg.ij.& quæ no.
Bald.in l.quoties.in fin.C. famil. er-
ciſ. un.

15 † Secundo dicta regula procedit in
legatis, quando vni legatur genus,
alteri ſpecies: ſecus verò ſi eidem ge
nus & ſpecies legata ſit: quia tunc
ſpecies nõ derogat generi in dubio:
quia ſpecies videntur expreſſæ gra-
tia tollendę dubitationis.l. quæſitũ.
§. item ſi fundum. de fund.inſtru.&
per illum text.ita dicit Dy. in d.reg.
generi dicens,quòd ille text.videtur
loqui in dubio. ad idem text. in l.ſi
mancipia.in prin.co.ti.de fun.inſtr.

Et

16 † Et ſic videtur quòd in dubio ſpe-
cies cauſa demonſtrationis & tol-
lendæ dubitationis exprimatur: &
hoc in no.q.tradit Bar.in l.Cẽturio.
col.xj.in verſicul. ſed quid ſi dixi.de
vulg.& pup.dum ibi cõcludit,quòd
verbũ,impuberi, videtur expreſſum
cauſa demõſtrationis. & facit quod
no.Bar.in l.pater.§.menſe.ver. quid
ſi teſtator. de leg.ij. & in pulchra q.
tradit Pau.de Caſt in conſ.liij. quia
exceptiones quæ opponuntur. col.
ij.verſic.reſtat nunc reſpondere. Et
hoc quod dictum eſt quòd in du-
bio ſpecies exprimatur gratia dubi-
tationis tollendæ,procedit quando
ſpecies quę exprimuntur reſpiciunt
actum legandi.d.l.quæſitum.§. Ne-
ratius. dum ibi dicitur, quòd lega-
uit fundum cum ſupellectili. illa e-
nim verba, cum ſupellectili, expri-
mendo ſpecies, reſpiciunt verbum
17 legauit, & ſic actum legandi. † Se-
cus ſi enumeratio ſpecierum reſpi-
ciat genus ſeu verbum ſignificati-
uum generis: quia tunc enumera-
tio ſpecierum videtur facta cauſa
determinationis & legatum reſtrin
gitur.l.cum de lanionis. §. quidam.
de fund. Inſtru. vbi teſtator legauit
villã prout ipſe poſſidebat: illa ver-
ba,prout ipſe poſſidebat,faciunt ge-
nus: & illud genus reſpiciunt ſpe-
cies nominatæ ibi, dum dicitur, ꝙ
ipſe poſſidebat cum ſupellectili, mẽ
ſis,mancipiiſq́;,&c.& ita dicit Bart.
in dicta l. quæſitum.§. fin.vbi latius
proſequitur materiam.Et dicta Bar-
tol. reaſſumit Abbas in cap. ſedes.
de reſcript.

Et prædicta faciunt quãdo ſpecies ex-
primuntur. Sed quando indiuidua
exprimuntur, vt quia teſtator lega-
uit vni marmor, & duas ſtatuas
marmoreas,aliæ ſtatuæ non viden-
tur legatæ.l. hæres meus.§.j.de leg.
iij.l.cum de lanionis.§.cui fundum
de fund. inſtr.l.j. §. idem ſi duæ ſta-
tuæ.ff.de aur.& arg.leg.not. Dyn.in
d.reg.generali.& Bart.in d.l. quæſi-
tum.§.fin.col.fin.

18 † Et ſupradicta regula etiam proce-
dit in laudo in quo generi per ſpe-
ciem derogatur,vt no.Ang.in conſ.
ccclv.quęſtio prędicta.Fulg.in conſ.
cxvij. Ioannes quondam, col.pen.
& in conſil.clxxx.viſo proceſſu. co-
lum.ij.

19 Eodem modo † in reſcriptis [n] ſeu
n mandatis ſpecies derogat generi.c.
j.de reſcrip.c.ſtuduiſti.de offic.dele.
& not.per gl.in d.regul generi.& in
c.paſtoralis.§.quoniam.de reſcript.
declarando vt dixi poſt Abb.in d.c.
j.de reſcript.

20 Secus eſt in priuilegiis:† quia ſecun
dum priuilegium ſpeciale non dero
gat primo generali ſiue ſpeciali: vt
not.per gl.in d.reg.generi. per c.ve-
niens. de reſcr. gl.& Abb.poſt alios
in d.c.j.de reſcr.& tradit Pe. de An-
cha.in conſ.clx.viſo.col.iij. Aret.in
conſi.lxxvj.diligenter viſis.col.ij.&
dixi in d.c.j.de reſcript.

21 † Similiter in mandato fiſcali ſpe-
ciale mandatum non derogat ſpe-
ciali.l.quoniam.Augerio.C. de con
uent.fiſc.deb. lib.x.& not.Bald.in l.
ij.C.quand.fiſcus vel priuat.

Eodem modo in mandato iuriſd. mã-
datum ſpeciale non derogat gene-
rali:vt not.Bart. in l.j. per illũ text.ff.
de off.præf.vrb.facit text.in d.l.fi.C.
de iuriſd.omn.iu. & in c.per hoc.de
hæred.cum ſi.vt tradit Ro. in conſi.
cccij. præſens conſultatio. & latè
Mod.in c.paſtoralis.de off.or. & di-
xi in c.cæterũ.de iud. Et ex ſupradi-
ctis infertur ad quæſt. quam ponit
Bald. poſt Dyn. in l. talis ſcriptura.
de legatis j.vbi Aretin.col.fin. Et ad
aliam quæſt. vt per Bartol. in l.ſi ab
hoſtibus. cum ſi. vt tradit ibi Alex.
in princ.ff.ſolu.matri. Et aliam po-

nit Paul. de Ca.in cõſil.clxxxviij.videtur ꝙ prędictus.Et aliã ponit Bar. & Imol.in l. doli clauſula.de verbo. obl. Bart.& Bald.in l.ſi conſul.ff.de adop.& Bar.in d.l.quęſitũ.§.fi. Imo. in l.cohæred. §. qui patrem.de vul. & pup. Et hæc ſatis ſint pro aliquali notitia: quia profunda eſt materia, & in alto pelago agitatur.

ADDITIO.

a Direćtũ eſt. Habetur etiam in c.ſtuduiſti.de offic.leg.vbi per Doct.præmaximè Barb. habetur etiam in c.j. de reſcrip.vbi latè Doct.de reſcri. & adde vnum ſin. verbum Io.de Ana. in c. excõicamus.§.fi. de hæret. vbi dicit, ꝙ licet ſit verum ꝙ ſpecialis cõmiſſio deroget generali per noſtram regulã: eſt verũ niſi generalis ſit priuilegiata: quia tunc non niſi ſpecialis fieret mentio: per text.in c. veniens. de præſcript. & vide Iaſ. in materia iuriſdictionis quando ſpecialis deroget generali. in l.quod in rerum. §. ſi quis poteſt. de legatis j. Hier.Cuch.

b Regula. Fallit quãdo generale emanat à maiori poteſtate. Paul.conſil. clxxvj.lib.ij. C.M.

c Bar.Vbi vide Alex.& Iaſ.fin.col. vbi etiam ponit quãdo ſumus in dubio quę l.erit ſpecialis:& dicit quòd illa quæ eſt magis fauorabilis.

d His.Præſumptio ſpecialis vincit generalem. Alex.conſil.lxxvij.num.6. lib.j.(vbi dixi)ſic probatis in ſpecie. Alex.conſi.lxxxviij.num.8.lib.v.vbi dixi. C.M.

e Sequatur.Etiã ſi diſpoſitio conferatur in eundem.Matth.Afflic.deciſ. Neapo.xlv. C. M.

f Etiam.Iaſon conſil.clxij.colum.fin. lib.iiij. C.M.

g Feli. Quem vide in iij.col.verſi. valet.& in v. verſic. priuilegium.& in ix.verſic. ſecunda,&c. & Barb. col. xxij. Hiero. Cuch.

h Secus. Alberic.ij.par.ſtatu. q.ij.col. vj.num.10. C.M.

i Specie. Adde Barb. in c. cùm eſſet. de teſt. col.xxiiij. Iaſ. in l.ij.ff.de liber.& poſth.col.ij.poſt prin.

k Subſtitutionibus.Corn.conſil.xliiij. lib.iij. C. M.

l Legatis.Vide Bart. in l.quæſitum.§. fin. hic alleg. & ibi Alex. in addit.& Abb.c. paſtoralis.§.quoniam.j. col. & ibi Felin.de reſcript.Iaſ.in l.ſi quis teſta.§.apud Iulianum.de legat.j.& in l.re cõiuncti.xviij.col. poſt med. de leg.iij.& in l.ſi tibi homo.§. ſi teſtamento.col.iiij.de leg.j. H.C.

m Concurrunt. Idem Decius conſilio cccccxc.nu.7.vbi aliter dixi.C.M.

n Reſcriptis. Quando in reſcriptis & priuilegiis ſpecies deroget generi, vide eundem dom. Philip.in conſil. xiiij.col.iij.incip.& pro tenui facultate mea,&c.

In l.Quæ dubitationis. Argumenta.

1 *Dubitationis gratia quæ apponuntur, nocere non præſumuntur. & num.5.*

2 *Cautela abundans in teſtamentis non eſt nociua.*

3 *Fraus præſumitur, ſi inſolitæ clauſulæ apponantur.*

4 *Pactũ inſolitum ſuſpicionẽ inducit vſurarum aduerſus contractum.*

6 *Teſtibus malam rationem adducentibus non creditur, non obſtante ſtatuto hoc ipſum præcipiente.*

7 *Iudex teſti malam rationem afferenti credere non debet.*

8 *Præſumptio tunc tollitur, cum mala cauſa exprimitur.*

REGVLA LXXXI.

QVæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non
a lædunt. [a]

1 NOta † quòd dicta ad tollendam dubitationem non nocent. ad idem text. in l. qui mutuã. §. mand. in l.quæ extrinſecus.de verb oblig. & facit text. in l. ſi pupilli. §. ſupra de neg. geſt.

Et iſto caſu verba prolata ad tollendam dubitationem tolerantur, licet ſuperflua ſint:vt not. Abb.in ca.ſolitæ.in gl.tanquam in fin. de maio. & obe.& ſatis operantur, quia tollunt dubitationem,& idem Abb.dicit in c.certificari.col.pen.de ſepul. & Do. in c.ſi Papa.de priui.in vj.

Et quandoque ad tollendam dubita-
b tionem fit inculcatio verborum [b] quæ attenditur.vt no.per gl.in l.certi condictio.in prin.in gl.ij.ſi cer.pe. Et tradit Specul.in tit. de procura.in §.hoc autem.verſi. ſed oppo. de illa clauſula, fecit, conſtituit, & creauit ſuum procuratorem, &c. & facit quod not. Abb. in q. ſtante ſtatuto. char.fin.col.ij.& ad tex.hic facit regula quæ habetur inferius in l. non ſolent.

Et quod dicitur hic in contractibus, idem eſt in vltimis voluntatibus. l. teſtamentum.C. de teſt.vbi in teſta-
2 mento dicitur, † quòd abundans cautela non nocet. Et in legatis expreſſio ſpecierum quæ ſub genere comprehenduntur, quandoque nihil operantur. l. quæſitum.§.pen. de fun.inſtru.l. legata.in prin.de ſupel. lega. Et tali caſu dicitur,ꝙ non mutat ſubſtantiam veritatis non neceſſaria verborum multiplicatio. in l. periculis. §. Labeo. de aur.& arg. leg.& dicunt.Hoſt.Io.And.&Ant.de But. ibi in ij.oppo.in c.nimis.el j. de exceſ.prælа.ꝙ verba non poſſunt nimis ſpecificari ad tollendã ſophiſticam interpretationem. & ad idem facit text. in l.ſi.vbi Bart.C.de præd. dot.lib.xj.

Et regula iſta procedit, niſi illud quod dicitur cauſa tollendę dubitationis, eſſet inſolidũ, quia ſuſpicionẽ inducit:vt not.per gl.in l.ſi quis ſub cõd. ff.de cond.ind. & Bal.ibi not. illam
3 glo. ꝙ † clauſulæ inſolitæ ſuſpicio-
c nem [c] fraudis inducunt. & idem no. Bal.in d.l.teſtamentum.cum ſimi.vt tradunt Moder.ibi.& prius Felin. in c.ij.col.ij.de reſcrip.& adde Bald. in c.j.de feudo dato in vicem leg.con-
4 miſ.colum.ij.vbi inquit, † quod pactum inſolitum facit præſumi contractũ vſurariũ.& no.Pet. de Ancha. in conſi.clviij.ſi prædicta ſententia. col.ſin.in ver. accidit prædictis dicens,licet ſoleat dici quòd abundãs cautela non nocet.d.l. teſtamẽtum. tamen in perſonis ſuſpectis, puta in vſurariis,cautelæ adhibitæ arguunt
d contractum ſimulatum [d] in fraudem vſurarum per glo.in d. l. ſi quis. & tradit Bart. Veronen.in tracta.de ſimula.contractuum. in ix.præſum. Secundo regula iſta limitatur niſi
5 † illud quod cauſa tollendæ dubitationis exprimitur, ſit vitioſum:vt no. Sali.in d.l.teſtamentum.& hoc modo reſpondet ad contraria allegata ibi in gl. Et hoc confirmatur:quia in ſententia cauſa non requiritur. c.ſicut.de re iudi.

Et tamen ſi ad tollendum dubitationem cauſa exprimatur quæ falſa ſit, vitiatur ſententia:vt not.per Inn. in c.in præſentia.de renun.ſic etiam in libello cauſa non requiritur:quia libellus generalis procedit parte nõ opponente.l.ſi.C. de anna.excep. Si tamen ad tollendum dubitationem cauſa exprimatur: & illa inepta ſit, libellus vitiatur:vt no.Bar.in l. edi-

ca

ta.col. iij.C.de eden. in l. j. in princ. ff.de edend.

Eodem modo in teſtibus:nam illis cre
ditur abſque ratione, ſi interrogati
non fuerint:vt no.per gl.in l.ſolam.
C.de teſti.vbi Bar. & tamen ſi teſtis
malã rationem adducit,eius dictum
e vitiatur,[e] adeo† quòd non valet ita
6 tutũ,quod credatur teſtibus qui ma-
lam rationem adducunt,vt Bald.di-
cit in l. non ſpeciali. circa fin. C. de
teſtamen.

Et iudex ratione arbitrij nõ poteſt cre-
dere teſti malam rationem adducẽ-
ti:vt not.idẽ Bal.in d.l.ſolam.in fin.
nã in dictis caſibus quãdo cauſa non
exprimitur, eſt præſumptio pro ſen-
tentia, pro libello, & pro teſtibus.
7 †Sed quando exprimitur mala cau-
ſa, à præſumptione receditur.& ha-
bet locum glo. in cle.conſtitutus.in
ver. de nouo.de elect. quæ dicit, ꝙ
plus nocet inepta locutio, quàm ta-
citurnitas,& facit regula.l. expreſſa,
nocent. infra eod.

ADDITIO.

a Lædunt.Cor.conſi.ccxcvj.lib.j.And.
Tira.rep.l.ſi vnquã.verſi.reuertatur.
nu.21.C.de reuo.don. C. M.

b Verborum. Paul. conſil. lxxv. col.j.
lib.j. C. M.

c Suſpicionẽ. In tãtum ꝙ ſi opponatur
in reſcriptis principum,etiã ſi di-
catur,motu proprio Papę ſint appo-
ſita,inualidant reſcriptũ.Ita Iaſ. in l.
j.§.j.in j. col.ṽ. ſi quis di. refert Bal.
qui hoc tenet in l.ſideic.§.ſi ſeruo. ṽ.
de leg.iij.& Fran.Curt. in conſi. lxx-
iiij.antepe. col.verſi. decimo reddi-
tur nulla, &c. vbi multa dicit per
duas col.& no.ꝙ ſi iudex apponat in
pręcepto pœnã inſolitã,non tenetur
quis cõparere.Ita Iaſ.vbi. ṽ. & in d.l.
teſtamentũ,vbi cumulat plura. H.C.

d Simulatũ.Adde Fran.de Cur.cõſi.lv.
col.v. in fin.& conſi. lxvj.col. xviij.
in med.& Bar. in conſi. lxxvj. col. j.
in iij.col.& in cõſ.xvj.col.v.in ij.vo.

e Vitiatur. Vide Bald.in ſua Marga.in
verb teſtes. ver. xviij. Lanfr. in cap.
quoniam contra. de probat.ver. te-
ſtes.Alex.in l.j. ſupra de noui.oper.
nunt.& doct.c.ſi quando.de reſcrip.

In l. Donari videtur.

Argumenta.

1 *Debitum ciuiliter tantum, an poſ-
ſit repeti ſolutum.*

2 *Donatio vera non dicitur; quæ
quid remunerationis gratia con-
ceditur.*

3 *Liberalis dicitur, qui donat, quod
donare non cogitur.*

REGVLA LXXXII.

a DOnari [a] videtur, quod
nullo iure cogente con-
ceditur.

IBi, nullo iure cogente. Iſta regula
de plano procedit quando nec ci-
uili nec naturali iure debitum ſit,
& idem habetur in l. donari.ſupra
de don. Et eodem modo habet lo-
1 cum regula † ſi tantum ciuiliter de-
bitum ſit: quia illa non eſt potẽs ad
agendũ cum effectu,nec ad retinen-
dũ:vt not.Io.And.& Abb. poſt alios
in rub. de don. & idem dicit gl.hic:
quia tali caſu tanquã indebitè ſolu-
tum repetitur.l.ſi non ſortẽ. §. inde-
bitum. ſuprà de condict.. indeb. Se-
cus ſi naturaliter debitum ſit ex pa-
cto: quia cum talis obligatio ſit po-
tens ad retinendum.l. Stichum.§. fi-
deiuſſor accipi, ſuprà de fideiuſſ.
ideo videtur ſolutio debiti, & non
donatio.l. hoc iure. §. penult. ſuprà
de don. Et ita glo.hic dicit: quæ ta-
men concludit, ſecus eſſe in obli-
b gatione naturali ad antidora, [b] quę
non excludit donationem. Et idem
glo.expreſſẽ dicit in l. ſed & lege. §.
conſuluit.ṽ.de peti.hære. & videtur
ſequi Bart.in l.j.col.ij.ṽ.de do. Abb.
tamen

2 tamen in rubr. de don.dicit. † quòd
donatio quæ fit cauſa remuneratio-
nis non eſt vera donatio.alleg. Bar.
in procem. Digeſt.& ipſe hoc ſequi-
tur:quia donatio proprie eſt illa ad
quam mouetur donans ex liberali-
tate.l. j. ſupra de donat. Et hoc non
eſt in eo qui eſt obligatus ad anti-
dora:quia potius videtur ſoluere de
bitum naturæ.ad hoc inducit l.Atti-
lius.ſupra de don.

Et ſecundum prædicta dicendum eſt,
quòd illa verba, nullo iure cogente,
accipiantur propriè prout verba ſo-
nant. Tunc videtur quòd etiã obli-
gatio naturalis tantum non impedi-
ret donationem: quia talis obliga-
tio non producit actionem. l. iuriſ-
gentiũ. §. igitur nuda. de pact.& per
conſequens nõ cogitur inuitus ſol-
uere ille qui naturaliter obligatur.

Non obſtat tex. qui in contrarium al-
legatur in l. hoc iure. §. pe. ſupra de
do.quia ibi loquitur de eo qui in ve-
ritate numerauit pecuniam ſeruo:
quo caſu ſi reſtituatur ſibi pecunia
credita, non dicitur illam ex cau-
ſa donationis recipere, quia recipit
quod numerauit: ſecus videtur quã-
do numeratio facta non fuiſſet:quia
ex ſola naturali etiam ex pacto non
videtur impediri donatio:ex quo ta
lis obligatio non habet neceſſitatẽ
ſoluendi: & verificatur quod dici-
tur hic, nullo iure cogente: & à for-
tiori id etiam dicendum in obliga-
tione naturali ad antidora, quę lon-
gè minoris eſt ponderis.

3 † Non obſtat quod dicitur de libe-
ralitate, quia ſatis dicitur exercere
liberalitatem ille qui dat illud quod
dare non cogitur, prout eſt in natu-
rali obligatione.

Non obſtat l. Attilius regulus. quia ibi
agitur de mercede præceptoris quæ
erat debita & poterat peti.l.j.§. ludi
quoque literarij. de var. & extraor.
cog.& ita dicit. gl.in d.l. Attilius.

ADDITIO.

a Donari. Adde quod in dubio nõ eſt
præſumẽda donatio quando poteſt
capi alius ſenſus.de quo vide plura
dicta per Hippo. ſin. lvij. incip. non
præſumitur.

b Antidora. Tetigi in tractat. vſura.
quæſtio.xxxj.in fin. C. M.

In l. Non videtur.

Argumenta.

1 *Amittere non poteſt quis, quod
ſuum non fuit.*

2 *Amiſsio, priuatio quædam eſt ha-
bitum præſupponens.*

3 *Illegitimitas præcedens probatur
per inſtrumentum legitimationis.
Filiatio probatur per inſtrumen-
tum emancipationis.*

4 *Debitum fatetur is, per quem com-
penſationis exceptio obiicitur.*

5 *Amitti impropriè poteſt res, quæ
propria non fuit.*

6 *Veniam petens quando delictum
fateri dicatur.*

REGVLA LXXXVIII.

NOn videtur rem amitte-
re, cuius propria nõ fuit.

1 Et amitti † non poteſt quod acqui-
ſitum non fuit. l. j. §. j. ſupra quibus
modis vſusfructus amit.
Et deſiiſſe non dicitur quod non in-
cipit.l. Titio vſusfructus. de condi-
tio.& demonſtrat. Amiſſio enim eſt
2 †priuatio [a] quæ præſupponit habi-
a tum.l. manumiſſiones. ṽ. de iuſti. &
iure.l. decem. de verb. obli.c.ad diſ-
ſoluendũ.de deſpõ.impub.& nõ mo
ritur qui non vixit.xxxij.q.ij.c.quod
verò.in c.ſicut ex tuarũ.de homi. cũ
ſimi.vt per gl.in d.l.ad diſſoluẽdum.
& in d.c. quod verò. & ideo dicitur:
quod non eſt, rũpi non poteſt. l. nã
& ſi ſub conditione. §. ſi poſt. ṽ. de
in-

iniuſto, rup. l. liberos. §. fi. de cap. dimi. Sic etiam dicitur, quòd qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto. l. eius qui in prouinciam. ſupra ſi cert. pet. l. ſi ſeruum. in fi. ſupra de act. empt.

Et ex his confirmatur quod not. Bald. in l. ij. C. de iure annul. aur. dicens,
3 quòd † per inſtrumentum legitimationis probatur quem non fuiſſe legitimum.

Et per inſtrumentum emancipationis probatur filiationem & patriam poteſtatem præceſſiſſe. vt not. Bald. in l. moueor. C. de ſer. expor. & in l. fin. col. iij. C. de ſent. paſ. & qui agit pœnitentiam, videtur confiteri delictum: vt not. Bal. in l. c. literas. per gl. ibi in verſic. confeſſus. de præſum. cum ſim. vt tradit ibi Felin. & prius Alex. in l. j. in princ. in ij. col. ſupra de oper. no. nun.

4 † Et qui opponit exceptionẽ compenſationis, videtur fateri debitum, vt not. Ro. in conſi. lxxvij. pater reuerende. Et non priuatur ſucceſſione qui non ſuccedit: vt not. Aretin. in conſ. lxxxv. viſo cõpromiſſo. in fi.

5 † Et quantum ad text. hic regula videtur procedere ſecundum proprietatem verborum impropriè vero & largo modo etiam dicitur rem amittere cuius propria non fuit: vt glo. hic dicit, per l. ſi ſeruum. ſupra ad leg. Aquil. vbi quis dicitur amiſiſſe illud quod conſequi non potuit. & in l. pupillorum. vbi gl. in verbo, amiſiſſe. C. de admi. tut. & adde gl. per illum text. in ca. conſilia. xvij. diſt. in prin. quæ dicit, quod etiam quis perdere dicitur quod nunquam habuit. & idem gl. xxiij. diſtin. in c. quorundam. in verbo, amittit. & v. q. vj. in ca. quia iuſta. in verb. ſacerdotis. xxiij. q. iiij. in ca. Guiliſarius. in verbo, ſacerdotis. xxxiij. q. ij. in c. quòd verò. ſic etiam largo modo actus nullus infirmatur. l. j. vbi glo. in ver. infirmatur. ſupra de feriis. & in l. ex empto. §. his qui vinum. ſupra de act. emp. & tex. in c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccl. non alien. ibi, viribus euacuetur, quamuis ab initio nullas habuerit. Et iſta pendent ab illo articulo, quando ſit quòd priuatio[a] præſupponat habitum. de quo not. Bart. in l. decem. de verb. oblig. Ange. Areti. in §. ſeruus. inſt. de cap. dimi. Et quando excipiens videatur fateri intentionem agentis, dixi in c. cum venerabilis. de excep. Et ad prædicta facit gl. no. in ca. exhibita. de hom. in ver. venia. quæ
6 dicit † quòd petens veniam[b] non
b videtur fateri delictum, de quo in locis præallegatis.

ADDITIO.

a Priuatio. Adde Socin. conſil. clxiij. verſi. ſecunda ratio. in ij. vol. & tex. in §. j. inſti. de libert. vbi Io. de Pla. tradit notabilem doctrinam quando priuatio ponitur à Legiſlatore, & quando ab homine, quem videas.

b Veniam. Bald. l. ij. C. de inge. manu. Cæpo. cauſa cri. conſil. xxj. col. viij. Phil. Franc. c. licet. col. iij. de ſenten. excom. in vj. Corſ. in reper. ver. abſolutio. Fel. c. literas. col. iiij. de præſumpt. Iaſ. j. col. iij. de oper. no. nun. l. decem. col. xxj. de verb. obl. C.M.

In l. Cùm amplius.
Argumenta.

1 *Datio in ſolutum vitiatur facta pro maiori quantitate quàm debeatur. & nu. 2.*

3 *Datio in ſolutum vitiatur quando in ſumma debiti principalis erratur.*

REGVLA LXXXIIII.

CVm amplius ſolutum eſt quàm debeatur: cuius pars non inuenitur quæ repeti poſſit, totum eſſe indebitum intelligitur manente priſtina obligatione.

1 NOto regulam, quòd † res data in ſolutum pro maiori quantitate quàm eſſet debitum, in totum vitiatur datio in ſolutum. ad idem text. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ſupra de condic. indeb. vbi text. rationem adducit, ne inuitus cogatur habere communionem.

Et ibi Bart. hoc dicit eſſe notandũ pro dationibus in ſolutum quæ fiunt tota die: vt ſi in aliqua parte datio in ſolutum ſit plus debito, tota datio in ſolutum vitiatur. & ſequitur Bal. in l. certi cõdictio. §. quoniam. verſ. ſecundus ſi iudex. ſupra ſi cert. peta. Ful. in conſil. cxxxvij. quia ex facto ius oritur. in primo dub. & in conſi. clxxij. viſis. col. ij. Ro. in conſi. cccl. præſens dubiratio. in fi. & cõſ. ccccliiij. in re præſenti. col. iij. verſi. v. dicendum eſt.

2 † Et iſta concluſio bene procedit in decreto iudicis, prout loquitur text.
a in d. l. ſi non ſortem. §. ſi centum.[a] quia decretum eſt indiuiduũ, prout not. Bal. in l. certi cond. §. quoniam. ſupra ſi cer. pet. facit text. in l. j. §. his verbis. ſupra ne vis fiat ei. & in l. hoc iudicio. ſupra, fa. erc.

Secus eſt in venditione facta à creditore de pignore conuentionali virtute poteſtatis ſibi datæ in inſtrumento: quia licet vendat rem valentem plus credito ſuo, venditio non retractatur, ſed pretium quod excedit, debitori reſtituitur. l. ſi in aliquo. C. de diſtra. pig. l. quamuis. § fi. ſupra de pig. act. & dato quòd etiam iudex tali caſu conſentiret, & decretũ interponeret, non dicitur pignus prætoriũ, ſed conuentionale: vt not. Bar. in l. creditores. in fin. C. de pign. & non habet locum text. in d. §. ſi centum. & hic vt not. Aret. in conſi. diligenter viſis & intellectis. prout. dixi in d. §. quoniam.

3 Secundo † regula iſta locum habet quando erratum fuit in ſumma debiti principalis: vt quia debitũ erat de triginta, & data fuit res in ſolutũ per quinquaginta vel quadraginta. Secus ſi erratũ fuit in æſtimatione rei datæ in ſolutũ: vt quia pro vero debito de centũ data fuit res in ſolutum quæ valebat centũ quinquaginta: quia tũc datio in ſolutũ valet pro quantitate veri debiti, & reſiduum repetitur: vt not. Bal. per illum text. in l. fin. C. de iur. dom. imp. in ij. col. verſi. item pignor. & not. Alex. poſt Paul. de Caſt. in d. §. ſi centum. & idẽ Bald. in d. c. frequẽter. §. ſin autem. vt lit. nõ cõteſt. Alex. in l. j. §. pe. de ver. obl. & Aret. ibi, qui etiã ponit aliam limitationẽ ſupra dictã de pignore conuentionali. & alleg. text. in l. j. §. ſed ſi duæ. ff. quorum leg.

Tertio limitatur quod hic dicitur, & in d. §. ſi centũ. vt per Bald. in l. ordo circa fin. verſ. quæro vtrum. infra de exec. rei iudic.

ADDITIO.

a Cẽtum. vbi videas Iaſ. qui in omnibus concordat cum dom. Phil. hic.

In §. Is natura.
Argumenta.

1 *Obligatio naturalis de iure gentiũ eſſe dicitur.*

2 *Obligatio naturalis conſiderari poteſt duobus modis.*

3 *Ius gentiũ duobus modis accipitur.*

4 *Ius naturale diuerſa iuris ſpecies eſt à gentium iure.*

IS natura debet quem iuregentium dare oportet, cuius fidem ſequuti ſumus.

1 NOta † quòd naturalis obliga-
a tio eſt de iure gẽtiũ,[a] & ita iſtũ tex.

tex.ad hoc alleg.Bart.in l.Stichum. §.naturalis. in fi.ſuprà de ſol.& glo. ibi exponit: naturalis,id eſt,de iure gentium. Et ad declarationem notandum eſt, quòd naturalis obligatio diſtinguitur, & duobus modis principaliter conſideratur.Similiter etiam ius gentium duobus modis accipitur.

2 Circa primũ, † de naturali obligatione illa conſideratur dupliciter. Primo pro illa naturali quæ oritur ex conſenſu, & ex illa æquitate naturali quæ ſuadet, vt promiſſa ſeruentur,in l.j.in prin.ꝟ.de conſtit.pecun. & iſta vinculo æquitatis quod inducitur,eadem æquitate ipſo iure diſſoluitur.l.Stichum.§.naturali.ſuprà de ſolutio.

Et iſta cum fundata ſit in conſenſu naturali, etiam cum ſeruis cõtrahitur. l.naturaliter. l.ſi id quod. ſuprà de condit. indebi.l.hæres à debitore.§.ſeruo ſuo.ſuprà de fideiuſ. & pari ratione, inter patrem & filium oritur iſta naturalis obligatio.l.frater à fratre. vbi gloſſ.& Bart. ſuprà de condict.indeb.

Secundo naturalis obligatio conſideratur pro illo naturali inſtinctu, vt bene faciẽti bene faciamus: de quo loquitur tex.in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ꝟ.de pet.hæ.in l.ſi non ſortem. §.libertus.ſupra de condic.inde.in l.ſi non remunerãdi.§.inde Papinianus.in fi.ſupra. mand. & not. per gl. in d.§.conſuluit.& in c.j.viij.q.ij.in ver.compellitur. Et iſta non ſolum inter extraneos, ſed etiã inter coniunctos cõtrahitur: vt not. Ang.per illum text.in auth. de non eligendo ſecundo nub.colum.j. Et de natura iſtius obligat. latius Bart.tradit in l. ex hoc iure.col.iiij.de iuſt.& iure.

3 † Similiter ius gentium conſideratur dupliciter,ſecundum Bart. in d.l. ex hoc iure.col.iij.& in l.ſi id quod. ſupra de condit.indeb. Nam quoddam eſt ius gentium,qđ fuit eo ipſo quod gẽtes eſſe ceperũt,naturali ratione inductũ, abſq; aliqua cõſtitutione hominũ,vt fidem & promiſſa ſeruare: & iſtud ius gẽtiũ primæuũ, ius naturale dicitur. c. ius naturale. j.diſt.& in §.j.& §.ſingulorum. inſt. de rerũ diuiſione. vbi expreſſe dici-
b tur, ꝙ ius naturale[b] appellatur ius gentiũ:& intelligitur de illo iure gẽtiũ primæuo,de quo dicitur in d.§.j. de rerũ diui. Quoddã eſt ius gentiũ ſecundariũ, quo omnes gentes vtuntur ex conſtitutionibus eorum,non ſecũdũ rationẽ naturalẽ,imò quandoq; cõtra: vt ſunt bella, captiuitates,ſeruitutes,diſtinctiões dominiorum:de quo iure gentiũ loquit' text. in l. ex hoc iure, de iuſtit.& iur.in l. poſtliminium.ꝟ.de captiuis.in prin. & iſta diſtinctio cõmuniter approbatur:licet Aret.conetur illam impugnare.in l.j.in prin.de acquir.poſſ.

Et ſecundũ iſtam diſtinctionẽ declaratur text.in l.j.§.ius naturale.& §.ius
4 gentiũ.ꝟ.de iuſt.& iur.† vbi naturale & ius gentiũ ponuntur tanquam ſpecies diuerſæ,quia ibi loquitur de iure gentiũ ſecundario.Eodem modo iſte tex.debet declarari, dum inquit, ꝙ iure gentium obligatur ille cuius fidem ſequuti ſumus. & talis obligatio dicitur naturalis: nam de iure gentium primæuo intelligitur ꝙ in effectu dicit' ius naturale, vt ꝟ. dictum eſt. Et concludendũ videtur quòd illa naturalis obligatio quæ habetur ex cõſenſu vel ex inſtinctu naturæ, & bene facienti bene faciamus,eſt de iure gẽtium primæuo. & ita text. hic intelligitur. ſecus eſt in iure gentiũ ſecundario quod diſtinguitur à iure naturæ vt ꝟ.dixi.

In l.In ambiguis.Argu.

1 *Doti in dubio fauendum eſt.*
2 *Fiſco fauetur perinde, ac doti ipſi.*
3 *Sententia in dubio contra actorem, ferenda eſt.*
4 *Tempus probare debet, qui in illo ſe fundat.*

REGVLA LXXXV.

IN ambiguis, pro dotibus reſpondere melius eſt.

1 NOta quòd † in dubio iudicandum eſt pro dote.ad idem text. in l.in ambiguis. ſuprà, de iure dot. facit text.in l.ſi ego.§.ſi res. ſuprà de iure dot. & in l.ſi. C. ad Velleia. in l. j.ff. ſol.matr.& ibi hoc exemplificatur, ſecundum Bart.poſt Dyn. quòd ſi reperiantur duo inſtrumenta eodem die confecta, & alterum ſit inſtrumentum dotis, debet iudicari ꝙ
a illud prius[a] cõfectum fuerit: & pari ratione idem videtur dicẽdum exiſtentibus paribus probationibus,iuxta not.in ca.in noſtra.de teſtib. Et hoc etiam videtur habere locum in muliere agẽte pro dante: quia fauor cauſæ præponderat fauori rei.c. fin. de re iud.l.inter.pares.ꝟ. de re iudic.

Et quod dicitur de dote, idem videtur in aliis cauſis fauorabilibus quæ doti æquiparantur.d.c.fin.de re iud. Et ideo in duobus inſtrumentis factis eodem die, præſumitur prius factũ illud quod reſpicit fauorem eccleſiæ:vt Rom.tradit in auth. ſimiliter. in repet. in xiij. ſpeciali in contractibus. Et idem in ſimili habetur de fiſco.l.j.C. de iure fiſc.lib.x. Et in fiſco.not.Bald. in l.j. C.de hæred. vel act.vend.col. fin. ver. item in dubio.
2 † nam fiſcus & cauſa dotis à pari procedunt.l.ij.vbi glo. C. de iure fiſ. & per glo.in l.dotis.C.de iure dot.

Nonobſtat text.in l.non puto.ꝟ.de iure fiſci.vbi dicitur,quòd in dubio iudicandum eſt contra fiſcum.

Et generaliter ille tex.intelligitur quocunque modo dubium ſit: vt not. Matheſil.in notab. lxxj. not. vnam regulam.

b Quia[b] reſpondetur ꝙ ille tex.intelligitur in fiſco agente ex delicto alicuius ad pœnam: ideo in dubio fit interpretatio, vt pœna non habeat locum.arg.l. ſi præſens.ꝟ. de pœn.& ita Cuma.dicit in l.j.ꝟ.ſol.matr.Nec obſt.ꝙ iſte intellectus videatur reſtringere illum text. vt dicit Alex. in d.l.j. quia poteſt reſponderi ꝙ hoc conſonat: quia ibi principaliter tractatur de bonis quæ propter delictum ad fiſcum pertinent:vt colligitur in l.j.ꝟ. de iure fiſci. & tali caſu loquitur d.l. non puto.& hoc ſequitur Angel.Areti.in §.fi. inſtit.quibus mod.teſt infir.& not.Salic.in l.ſi debitor.C. de iure fiſci. vel ſecundo ille tex.intelligi poteſt,quando agitur de aliquo priuilegio fiſci cõtra priuatum;nam in dubio debet iudicari ꝙ fiſcus non ſit priuilegiatus: quia vbi fiſcus non habet priuilegium,ſequitur ius cõmune. l. quod placuit. in fi.ff.de iure fiſci.Vel tertio text. in d.l.non puto.intelligi poteſt ſecundum regulam in fiſco agente: quia in dubio in fauorem rei pronuntiã-
3 dum.† Nam inter priuatos fertur in dubio ſentẽtia contra actorem. c.ex literis.de præb. & in tali caſu idem in fiſco,quia in hoc non habet priuilegium. Sed tamen hoc non videtur verum: quia fauor cauſæ fiſcalis ſicut in aliis fauorabilibus præponderat fauori rei.d.c.fin.de re iudi. & ideo reſpõdetur,vt ſuprà dictum eſt, & dixi in d.c. ex literis, & quod ſuprà dictum eſt de inſtrumẽtis eodem die confectis, procedit quando in vtroque ſimpliciter dicitur de die, ſecus ſi magis ſpecialiter in vno quam in altero tẽpus exprimatur: vt quia in vno dicitur de menſe Maij ſimpliciter, in alio dicitur de menſe Maij.die xv. vel ſi in vtroque de eadem die dicitur, ſed in altero etiam

hora exprimatur: nam etiam prio-
c ritas horę [c] attenditur: vt not.per.gl.
in l. ſi ex pluribus .§. fi.in verſic.die.
de ſol. Bal.in l.de rebus. C.de dona.
ante nupt. Et ideo prior videtur, &
potior illa pars dicitur, de cuius
priori die vel hora apparet: vt not.
Bald. poſt Cyn. in d. l.de rebus. vbi
dicunt, quòd quando vterq; probat
de eadem die, melior eſt conditio
rei, niſi alter probet prioritatẽ ho-
ræ. Idem Ioan.de Platea,in l.j.C.de
iure fiſci. & not. tradit Socin. in l. j.
col.j. ſol. matri. & refert Felin. in c.
paſtoralis de reſcript. qui tamen in
cõtrarium adducit, quòd talis pro-
batio horę prioritatem non probat,
neque oſtẽdit: quia potuit eſſe prior
alter qui ſimpliciter probat de eo-
dem die,& ſic potuit eſſe ante illam
horam vel diem, ſi agatur de men-
4 ſe. Et † ad hoc facit, quia ille qui
fundat ſe in certo tempore, debet
illud præciſe probare. l.matrem. C.
de probat. Sed concordando opin.
diſtingui poteſt, quòd aut ille qui
probat de eadem die reperitur in
poſſeſsione, & non debet priuari li-
cet alter probet de certa hora dici:
quia verum eſt ꝙ non apparet præ-
ciſè de prioritate actoris, ideo me-
lior eſt conditio poſsidentis, aliâs
ſecus, vt dixi in c.paſtoralis. & hoc
idem videtur velle Bald. Nouel. in
tracta.de dote.in ix. parte.in ſecun-
do priuilegio,in fi.

ADDITIO.

a Prius. Hæc eſt communis ſententia
omnium, de qua ibi latiſsimè per
Mod.præmaximè Iaſ. qui ponit ali-
quas limitationes,& Socin.in j. col.
& de aliis priuilegiis dotis, vide la-
tiſſimè Bal. Nouellum in ſuo tract.
de dote, qui ponit omnia priuilegia
competentia conſtan.& ſol.matr.
b Quia. Deci. rubr. de iudiciis lect.ij.
col. viij.de probat. Iaſ. conſi. xxxix.
libro primo. C. M.

Horæ. Bald. l. creditor. in princ. qui
potio.in pign.hab. Soci.conſi.lxvij.
lib. iij. Corſet.in repert. verb.inſtru-
mentum. Iaſ.l.j.§.ij.col.j.ff. de eden.
Hippol. Marſil.ſingul.cccxix. Deci.
conſil. ccccccclxxxix. col. j. Matth.
Pacus in tract.de mand.parte vj.Sed
non eſt ſimpliciter verũ, vt per Feli.
in d.c.paſtoralis.Alciat.tract. de pręſumpt.re.iij.præſum.xliiij.in fi.C.M.

In §. Non eſt nouũ. Arg.

1 *Conſtituta legitimè durant ſuper-
ueniente caſu,à quo initium habe-
re non potuerunt.*
2 *Actus perfectus non vitiatur per
id,à quo incipere non potuit.*
3 *Cauſa finalis actus deficiens, vi-
tiat actum.*
4 *Facta plurima valere dicuntur,
quæ fieri prohibentur.*
5 *Prælati non debent delegationes à
iudicibus ſecularibus ſuſcipere.*
6 *Notarius non matriculatus, ſi ro-
gatus inſtrumentum fecerit, non
reiicietur.*
7 *Probatio facta per teſtes parte non
opponente valet, ſtatuto contrario
non obſtante.*
8 *Excõmunicatus in iudicio eſſe pro-
hibitus,iudicium validum accipe-
re poteſt,ſi non opponatur.*
*Iudicium cum milite valet, ſi non
ſit oppoſitum quod in iudicio eſſe
non poßit.*
9 *Iudicium criminale valet cum pro
curatore, ſi non opponatur.*
*Proceſſus in poſſeſſorio valet admiſ
ſa exceptione defectus proprietatis.*
10 *Exceptiones aut probationes nõ ad-
mittuntur contra ſententiam, quæ
tranſiuit in rem iudicatam.*
Renun

11 *Renuntiari poteſt fauori ſuo in an
nullatione actus.*
*Actus eſt nullus, qui per legẽ alio
fauore, quàm partis eſt annullatus*
12 *Factum aliquãdo facilius deſtrui
tur, quàm fieri impediatur.*

NOn eſt nouum, vt quę ſe-
mel vtiliter conſtituta
ſunt, durent: licet ille caſus ex-
titerit, à quo initium capere
non potuerunt.

1 NOto † regulam, quòd ea quæ
ſemel vtiliter & legitimè con-
ſtituta ſunt, durent, licet ſuperueniat
caſus à quo initium habere nõ poſ-
ſunt. ad idem eſt regula, factum le-
gitimè. eod. tit. in vj. Et hoc exem-
plificari poteſt, in l.patre furioſo .ff.
de his qui ſunt ſui, vel alie.iuris.in
l.j.§. caſum.ff. de poſtulando. in l.is
cui. ff. de teſta. Et ideo facilius quis
repellitur ab obtinendo, quàm ab
obtento. c. ſuper his.de accuſ. & gl.
hic dicit, ꝙ multa impediunt ordi-
nãdũ quę nõ impediũt ordinatum.
2 Et iſta regula procedit quãdo † actus
a fuit perfectus [a] & conſummatus, vt
hic cum ſimilibus præallegat. ſecus
eſt ſi actus non eſſet conſummatus:
quia tunc deſtruitur quando deue-
nit ad caſum à quo inchoari non
poteſt. l.pluribus. §. & ſi placeat. de
verb. oblig.in l.inter ſtipulantem.§.
ſacram.& in l.exiſtimo.eod.tit.& in
l. ſi metallum. §. ſi ſeruo alieno.ff.de
his quæ pro nõ ſcriptis. in l.pro par
te.ff. de ſeruit. In l. poſt finitam.ff. de
ſuſpect. tut. in l. ſi ſub vna. §. ſi quis
via.de verb. oblig. & hoc vltimum
verum eſt: niſi caſus ſuperueniens
b tenderet ad eundem finem [b]: quia
tunc actus quamuis non fuerit con-
ſummatus,nõ vitiatur, licet ad eum
caſum deuenerit, à quo incipere
non poteſt. exemplum eſt in §. econ

trario. verſic. quòd ſi viuo. inſtit.de
legatis. In l. verbis legatis. in fi. ff.ad
leg. Falcid. & bonus te.in l.ſciẽdum.
§.fi.ſuprà, qui ſatiſd.cogan.
Secundo, regula limitatur non habere
3 locum, † quando res deuenit ad ta-
lem caſum, ꝙ cauſa finalis defice-
ret: vt not. Bart. per illum text.in l.
Vranius.§. ſed cum duo. in fi. ibi, &
quemadmodum incipere, aliâs non
poſſunt, ita nec remaneant. & Bart.
ibi, col.j. ſuprà de fide. & de his latè
tradit Bart.in d l.pluribus.§.& ſi pla
ceat.de verb.oblig.
Et quia regula hic loquitur quãdo ali-
quid vtiliter & legitimè factum eſt,
ampliatur ꝙ etiam quandoq; illud
quod legitimè factum non ſit, quia
contra prohibitionem iuris, tamen
4 valet: quia † multa prohibentur fie-
c ri, quæ tamen facta [c] tenent. l.ij.§.bi-
duum.ff.quando app.ſit. vbi ſentẽtia
prohibetur ferri ſub cõditione: lata
tamen tenet, quia lex vlterius proce
dit ita diſponendo: vt no.Bart.ibi,&
in l.non dubium. C.de leg.col.iij. &
eſt tex. in c.ad apoſtolicam.de regu
laribus. facit tex.in l.relegatorum.§.
ad tempus.ff.de interd. & releg.cum
ſimil.ibi alleg. in gloſ. & in l.j §.ff.de
feriis.
Et hoc in pluribus caſibus vtiliter ex-
emplificari poteſt: nam ſi actus ſit
prohibitus propter honeſtatem, nõ
obſtante prohibitione actus tenet:
vt not.Feder.in conſ.ccxciij.factum
tale eſt. col.fi. vbi concludit, ꝙ exe-
cutio teſtamenti facta per Guardia-
num ſancti Franciſci valet, licet ſit
prohibita clem.exiui.de verb.obli.
5 Et idem eſt † in prælatis qui prohi-
bentur delegationes à iudicibus ſe-
cularibus ſuſcipere. xj.q.j. in cap. te
quidem. ſi tamen ſuſcipiant, valet
iudicium: quia illa prohibitio eſt
facta propter honeſtatem: vt not.
Alberi. poſt alios in c.ij. de iudic. &
dixi ibi. Sic etiam in clerico, qui li-

cet notarius ſit, prohibetur inſtru-
menta conficere. c. ſicut. ne clerici
vel monachi. ſi tamen rogatus facit
inſtrumentum valet: vt not. Io. And.
in d. c. ſicut. vbi Abb. poſt alios. &
not. Bart. in l. vniuerſos. C. de decur.
libr. x. Angel. in l. ſi quis decurioni.
C. de falſis. cum ſimilibus, vt tradit
Alexand. in l. prætor ait. §. is etiam.
ff. de eden. & idem Rom. in conſilio
cccclix. quo ad primum. in ij. dubio.
Et an idem ſit in monacho & religio-
ſo. latè dixi in c. decernimus. col. x.
de iudiciis.
Sic etiam dicit Ang. in d. l. vniuerſos.
6 quòd † ſi notarius non matricula-
tus in loco prohibitus ſit inſtrumen
ta conficere: ſi tamen rogatus confe
cerit, inſtrumentum valet: & hoc
intelligitur niſi ſtatutum vlterius
procederet annullando inſtrumen-
tum: vt idem Angel. tradit in conſil.
cxliiij. viſis proceſſibus. col. j.
7 Et in ſimili † ſi à ſtatuto prohibea-
tur probatio fieri per teſtes: ſi tamẽ
facta ſit parte non opponente, valet:
vt not. Bald. in l. certi condictio. §.
quoniam. circa fin. in verſic. ſed po-
namus. ſuprà ſi cert. pet. & ſequitur
Alex. ibi, & Barthol. Veron. qui plu-
ra ſimilia adducit in cautela cclv.
8 dubitari poteſt. Et † in ſimili idem
eſt in excommunicato qui prohibe
tur eſſe in iudicio. c. intelleximus.
de iudic. Et tamen valet iudicium ſi
non opponatur. c. j. §. ſi verò. de ex-
ceptio. in vj. notab. Abb. poſt alios
in d. c. intelleximus. cum ſimilib. vt
dixi ibi, & facit text. in l. filiusfami-
lias. §. veterani ff. de procur. vbi pro-
hibetur miles eſſe in iudicio: & ta-
men ſi non opponatur, valet iudi-
cium. idem in iuramẽto calumniæ.
c. j. ex. de iur. calum. in vj. no. in l. iij.
§. ſed quia veremur. C. de iur. calum.
9 Et † idem in procuratore qui pro-
hibetur in cauſa criminali interue-
nire: & tamen illo interueniente ſi
non opponatur, valet iudicium: vt
not. per gloſſ. in c. j. in verſ. crimina-
lis. de iudic. in vj. & in d. l. quamuis
indubitati. C. de adult. in verſic. præ
ſentiam. & iſta eſt communis opin.
vt not. Bal. dicit in l. ita demum. col.
ij. C. de procur. cum ſimil. vt tradit
Felin. in c. meminimus. col. pen. de
accuſat. & idem ſequitur Rom. in
conſil. ccxv. duo ſunt. & ibi alia ſimi
lia adducit. Et ſimile eſt in iudicio
poſſeſſorio ſi admittatur exceptio
defectus proprietatis quę nõ debuit
admitti: valet tamẽ proceſſus parte
non opponente: vt notat Bart. in l.
naturaliter. §. nihil cõmune. in pen.
char. in ver. ſecundo quæro vtrum.
de acq. poſſ. & in l. ſi quis à ſe fundũ.
C. vnde vi. & tex. in c. j. de reſti. ſpol.
10 Similiter † contra ſententiam quæ
tranſiuit in rem iudicatã exceptio-
nes vel probationes admitti nõ de-
bent: quia res iudicata pro veritate
habetur. l. res iudicata. infrà eod. Si
tamen probationes factæ & admiſ-
ſæ ſint parte non opponente, valẽt:
& ſi apparet de iniquitate ſenten-
tiæ, debet reuocari: vt not. Innoc. in
c. cum dilecta. de reſcript. in c. cum
Bertholdus. de re iud. Anto. de Butr.
in c. quoniam contra. col. fin. & in
conſil. xxvij. viſis. col. iij. cum ſimil.
vt tradit Alex. in l. iudex poſtquam.
de re iud. in verſic. ſexto fallit. idem
Alex. in conſi. lxxvij. in cauſa & lite.
col. fi. lib. ij. & in conſi. ccxij. viſo. in
prin. co. li. ij. & Abb. in conſ. lxxxix.
in quæſtione. col. iij. lib. j. Rom. in
cõſ. clxxiiij. ampliſſime doct. in fi. &
Aret. in cõſi. lxxiij. diligenter. col. ij.
Et prædictæ deciſiones & ſimiles vi-
dentur procedere, quãdo iura vlte-
rius procedunt ita diſponendo, vt
ſuprà dictum eſt: vel quando agitur
de exceptionib. dilatoriis quæ poſt
litem conteſt. apponi non poſſunt. l.
ita demũ. C. de procur. & in c. paſto-
ralis. de except. vel quãdo tractatur
de fa-

de fauore eius qui nõ oppoſuit exce
ptionẽ quæ ſibi cõpetebat: quo caſu
tacẽdo videtur renũtiare fauori ſuo
cui regulariter quis renuntiare po-
teſt. c. ad apoſtolicã. de regularib. l.
11 penult. C. de pact. Et † etiam ſi actus
annulletur, in fauorẽ partis renun-
tiari poteſt: vt per gl. in l. eleganter.
in prin. ff. de dolo. vbi Bart. cũ ſim. vt
tradit Alex. in l. iuriſgentiũ. §. præ-
tor ait. in prin. ff. de pact. & facit tex.
in c. dilecto. vbi Abb. de præben.
Secus videtur ſi lex annullaret actum
alio reſpectu quàm propter fauorẽ
partis, & validitati reſiſteret: quia
tunc actus eſſet omnino nullus, vt
not. per gl. per illum text. in l. à diuo
Pio. ff. de ritu nupt. cũ ſimil. vt Alex.
dicit in d. §. ait prætor. Et tali caſu
ſupradicta nõ haberent locũ. & iſtã
declarationẽ tradit Paul. de Caſt. in
conſi. ccxvj. circa primũ quæſitum.
in princ. vbi declarando l. j. §. j. ff. de
feriis. dicit, ꝙ quando geſta tempo-
re feriato ſunt nulla ipſo iure, tali-
bus feriis renuntiari nõ poteſt: quia
ſi poſſet renuntiari, geſta cõtra præ-
ſentem & non opponentẽ exceptio-
nem, nõ eſſent nulla ſed valerẽt. l. j.
§. j. de fer. Et ſic talibus quæſtioni-
bus ſupradictis vis tota videtur cõ-
ſiſtere, an renuntiari poſſit, vel non.
12 Et ad regulam hic adde, † ꝙ quan-
doque econtra facilius deſtruitur
quod factum eſt, quàm quod de no-
uo fieri impediatur. l. nõ diſtingue-
mus. §. ſacerdotio. ff. de arbi. & plura
alia exempla ibi habentur.
Sed hoc facit diuerſitas rationis: nam
in §. ſacerdotio. ſoluitur compro-
miſſum: quia veriſimiliter in tali di-
gnitate noluiſſet tractare negotia
ſecularia, meritò datur illi facultas
abſtinendi, & ſoluitur compromiſ-
ſum: quæ ratio ceſſat quando illo
exiſtente in ſacerdotio factum ſit in
eum compromiſſum. & facit quod
gl. hic dicit de aſſignatione liberti.

ADDITIO.

a Perfectus. Idem Dy. in d. reg. factum.
verſ. ſed dicendũ eſt. & Phil. Fran. in
princ. & Dy. in regu. j. eod. tit. in ver.
quinto quæri poteſt. & ibi Anchar.
ij. col. Bald. Albert. & Moder. in l. pa
tre furioſo. de his qui ſunt ſui. & ibi
Iaſ. iij. col.
b Finem. Idem Dy. vbi ſuprà. & Imol.
in l. pen. §. & ſi placet. ij. col. in princ.
& Bar. etiam in prin. & Fab. & Aret.
in §. econtrario. hic alleg. Bald. & Sa
lice. in l. Gaudentius. de contrahen.
empt. Hier. Cuch.
c Facta. Vide latè Iaſ. in d. l. patre fu-
rioſo. col. iij. in fi. & ibi Bald. & Al-
beric. qui ponunt plura brocardica.

In §. Quoties. Arg.

1 *Regulæ iuris ex cauſa iuſta negli-*
guntur.
2 *Pupillus homicidium committens*
non decapitatur.
3 *Magiſtratus licitè poteſt legẽ trãſ*
gredi metu periculi aut ſcandali.
4 *Iurans ſtatuta ſe ſeruaturum, iu-*
ſta cauſa poteſt ea negligere.

QVoties æquitatẽ deſide-
rij naturalis ratio, aut du
ditatio iuris moratur: iuſtis
decretis res temperanda eſt.

GLoſ. exemplificat iſtum §. pluri-
bus modis. Et primũ exemplũ
de l. interdũ. de verb. oblig. nõ bene
adaptatur: quia actio ibi non eſt na
ta, prout expreſſe ibi colligitur. Cu-
ius contrariũ videtur præſuppoñere
glo. hic. Et vltra glo. exẽplificari po-
teſt per tex. in l. qui cũ hæreditate. ff.
de act. & oblig. & in l. ij. ff. de except.
rei iud. vbi excluſus à iure quod ter-
tio cõpetebat, illo iure ceſſante ad-
mittitur & videtur etiã poſſe exem-
plificari iſte tex. ex eo quod dici ſo-
1 let, † quod ex cauſa à regulis [a] iuris
a communis receditur, vt eſt dictum

Innoc.in c.j.de conſt.in gl.vlt.& per
illud dictum Bald.in l.& ſi ſeuerior.
col.ij. C.ex quib.cauſ. infam. irrog.
2 in verſic.ex prædictis.† q. ſi pupillus
cōmittat homicidium, licet ſit doli
capax, non tamen debet decapitari.
b Et per illum dictū Inn. infert [b] Bal.
in l.ſi quis filio.§.illa autem in fi.ſu-
prà de iniuſto, rupto.† quòd propter
metū periculi vel ſcādali, interdum
permittitur magiſtratibus legē trāſ-
gredi. & idem Bal. in l. obſeruari.§.
proficiſci. in xj. q. ſuprà de offi.pro-
conſ.& facit tex.not.in l. ſi hominē
ſuprà man.& ibi Bart.& in notabili
caſu tradit Petr. de Anch. in conſ.
lxxxiij.prima facie. & Ro. in conſi.
cccxxviij.in terminis. in fin.cum ſi.
vt tradit idem Ro. in l. ſi verò. §. de
viro.in xlvj.fallen.ſuprà, ſolu, mat.
& latè cōgerit Felin.in c.j.in 4.char.
de conſt. & no. etiam Bal. in l.clari.
4 C.de fidei. †vbi inquit, quòd ille qui
iurauit ſtatuta obſeruare intelligi-
tur niſi iuſta cauſa ſuperueniat:quia
in iuramento ſemp intelligitur clau
ſula, rebus ſic ſtantibus.l. quod Ser-
uius.ſuprà de cōdict.ob.cau.Et quia
quæ de nouo emergunt, nouo indi-
gent auxilio, l.de ætate.§. ex cauſa.
ſupra de interrog.act. & facit tex.in
l.fi. §.j.qui ſatiſd.cog. & no. Bar. in
l.ambitioſa.col.iij.ſuprà de decret.
ab ord.facien.& ad idem facit text.
in c.fi.de tranſ. & ibi Abb. in ij. not.
cum ſim. vt Alex. ſcrib. in l.nemo
poteſt.col.j.de leg.j.

A D D I T I O.

a Regulis. Nam propter enormitatem
delicti licitum eſt iura trāſgredi. de
quo per Hip.de Mar.in l.j.in ix. col.
& in l. vnus.§. cogniturum. in xiiij.
col.ſuprà de quæſt. vbi per duas col.
plura dicta doctorū in hac materia
cumulauit. Et Iaſ. qui per alias duas
col.plura dicit in l.j.C. de preci.imp.
offer. & per eundem Hipp. in ſing.
ccxliiij. incip. tu ſcis. Item propter
ſcandalum receditur à regul.iur. vt
per d.Phil. in conſil. clj. incipien.
maximi ponderis.col.iiij.verſ.nam
ratione ſcandali.
b Infert. Vide eundē d.Phi.in c. de cau
ſis.de offi.deleg.in ij.col.in v.notab.

In l.Non ſolet. Argum.

1 *Conteſtatio litis nō reddit deterio-*
rem conditionem conteſtantis.
2 *Actor variare nequit lite cōteſt.*

REGVLA LXXXVI.

NOn ſolet deterior condi-
tio fieri eorum qui litem
conteſtati ſunt, quàm ſi non eſ
ſent, ſed plerunque melior.

1 NOto † quòd per litis conteſta-
tionem non ſit deterior condi-
tio eius qui litem cōteſtatur, ſed ple
runque melior.& idem not. Bar.per
illum textum in l.j.C.de iudic. & ad
idem tex.in l.aliam. ſuprà de noua-
tio. facit tex. in leg. ſi pluribus. §. fi.
de leg.j. in l. ſi Titius. de verb. obli.
in l. ſi inſulam. eodem tit.in l. lite.
ſuprà de vſur. & ratio huius regulæ
videtur, quia iudicium introductum
eſt in fauorem actoris, vt conſe-
quatur quod ſibi debetur. inſtit. de
oblig. in princ. vnde quod in fauo-
rem introductum eſt, non debet re-
torqueri in odium. l. quod fauore.
C. de legibus. & hoc eſt quod dicit
text. hic in leg. ſequenti. ibi, nemo
enim proſequendo, &c. Et regula
procedit plerunque prout text.dicit,
quia quandoque conditio actoris
eſt deterior per litis cōteſtationem.
2 †nam poſt litem conteſtatam actor
variare non poteſt. l. ſi quis ſtipula-
tus ſit Stichum. de verb. oblig. nam
per litis conteſtationem quaſi con-
trahitur. l. iij. §. item ſcribit. ſuprà
de pecul. ideo variatio non admit-
titur. l.ſicut C.de actio.& oblig.& in
iſto caſu non efficitur deterior con-
ditio actoris per litis conteſtatio-
nem, ſed per electionē prius factam
ab ipſo actore à qua poſtea lite con
teſtata recedere non poteſt.

In l. Nulla intelligitur. Argumenta.

1 *Vbi petitio non eſt, ibi nulla mora.*
2 *Moroſus non dicitur, qui legitima*
exceptione ſe tuetur.
3 *Moroſus non cenſetur, cui dilatio*
à lege tribuitur.
4 *Pœna non debetur, vbi nulla mo-*
ra contrahitur.

REGVLA LXXXVIII.

NVlla intelligitur mora ibi
fieri, vbi nulla petitio eſt.

EXemplum eſt in l.ſi pupillus. de
verb.obl.vbi idem dicitur, quòd
1 † vbi non eſt petitio non eſt mora:
& not. glo. hic. & adde text. in l.le-
cta.ver.dicebam.ſuprà ſi cert.pet. &
2 ibi Bar.dicit, † quòd non dicitur in
mora qui poteſt ſe legitima exce-
a ptione tueri. [a] & idem Bar. per illum
text.l. ſi pactus.ſuprà de pact.& not.
Bal.in l.ſi conſtat. col.ij.C. de com-
penſ.& eſt reg.eo. tit. quæ hoc dicit
in reg. non eſt in mora eo. tit. in vj.
3 †vnde qui habet dilationem à lege,
non eſt in mora:vt not.per gl. in l.ſi
cum exceptione.§. quatenus. in ver.
tripli. ſuprà quod met. cauſ. & facit
reg.qui ſine dolo.ſuprà eo. & quod
ibi dixi.& not.Ro.in conſi. ccxliiij.
pro euidentia. col. ij. Et iſta regula
intelligitur, quòd nulla mora eſt
quæ inducatur. Sed iſta quæ prius
inducta erat bene conſeruatur, quia
dilatio non debet lucrum produce-
re, vt dicit text.not. in l.in fideicom-
miſſi.in princ. ſuprà de vſur. vbi gl.
ponit caſum. Et cum ſecundum re-
gulam nulla ſit mora vbi non eſt
b petitio, infertur [b] quòd pœna com-
4 mitti non poteſt: †quia abſque mo
ra, pœna non debetur:vt not.Bar.in
l.ſi pœnæ. ſuprà de neg. geſt. Et hoc
verum eſt quādo pœna ratione mo-
ræ committi debet: ſecus ſi ex con-
ditionis euentu: quia tunc abſque
mora committitur.l.pacto quo pœ-
nam. C. de pact. & in l. nuda. C. de
c contrahen.& committen.ſtipul. [c]

A D D I T I O.

a Tueri. Nam qui poteſt exceptione
repelli, dicitur obligatus ad non pe-
tendum.ita gloſ.& Bal.& Imol.in l.
Mæuia.§.fundus.ff.ſol.matr.
b Infertur.Bal.conſ.cclxxiiij.li.j.Alex.
cōſ.cxxxij.li.vij.Dec.cōſ.ccccclxvj.
Et quòd iuſta cauſa à mora excuſet,
Curt.Iun.con.xxviij.nu.19.fac.no.3.
eo.l.qui cum alio. C.M.
c Stipul. Quæ nil faciunt, quia ibi non
ex conditionis euentu, ſed ex mora:
debuit autem allegare l.in illa.l.hoc
iure.de verb.obli.quæ citat Bar.in l.
ſi duo.§.fi.de conſt.pecu. C.M.

REGVLA LXXXIX.

QVandiu poſsit valere te-
ſtamentum, tandiu legi-
timus hæres non admittitur.

ISta regula etiā habet in l. quādiu.
ſuprà de acquir.hære.in l.antequā
C.comm. de ſucceſ.& in l. ex teſta-
mento.C.vnde liberi.

Et limitatur non habere locum in duo
bus caſibus.

Primum eſt, propter voluntatem teſta-
toris:vt not. Bart.per illum text. in l.
ſi quis hæres inſtitutus. ſuprà de hæ-
red.inſtit.

Secundus caſus eſt in l. hac conſultiſ-
ſima. §. ſin autem. C. de teſtam. vbi
Alex.in ij.not. dicit, quod ibi cauſa
inteſtati præualet teſtamento.

In l. In omnibus. Arg.

1 *Interpretatio benignior ſemper ca-*
pienda eſt.
2 *Aequitas modum interpretādi le-*

ges. & ſtatuta, ac etiam pacta, præbet.

3 *Aequitas inter mercatores eſt attendenda.*

4 *Aequitas rigori ferè in omnibus præferenda.*

Commiſſum alicui ſimpliciter, ſecundum æquitatem regulari debet.

5 *Aequitas quandoque à regulis iuris recedere ſuadet.*

6 *Solennitates iuris & vſitatus modus æquitate ſuadente omittuntur quandoque.*

7 *Iudex æquitatem præ oculis ſemper habere debet.*

8 *Aequitas naturalis meritò attenditur, vbi ius deficere inuenitur.*

9 *Aequitatem rigori debere præferri, qualiter intelligendum & num. ſequent.*

12 *Lex poſterior quando priorem corrigat.*

13 *Opinio vltima rigorem continens, non eſt primæ præferenda.*

REGVLA XC.

IN omnibus quidem, maximè tamen in iure, æquitas ſpectanda eſt.

IN omnibus enim ſpectanda eſt
1 æquitas: quia † ſemper benignior
interpretatio fieri debet: vt in regu.
ſemper in dubiis.ſuprà eo. Et maximè in iure: quia æquitas perfertur
a rigori.l. placuit.[a] C.de iudic.& in l.
ſi tibi.ℨ.ſi cert.pet.in c.fi. de tranſact.

Et notat Bald.per illum tex.in l.ij. in j. not.C.de reſcind.vend.

Vnde quid liceat ſecundum æquitatem inſpicitur in capit. magnæ. de voto. Et per ſemitam æquitatis procedendum eſt: vt dixit text. in cap. quærenti.de offic.leg.

Et res ad æquitatem redigitur.l.j. in ff. C.de interdict.

2 Et † æquitas eſt modus interpretandi leges & pacta: vt dicit Bal.in l.ſi defunctus. C. de ſuis & legi. col. fin. in verſi.& noto quòd æquitas.& ibi in princ. dicit, quòd ſtatuta recipiunt interpretationem æquitatis.

3 Et † iſta æquitas præcipuè in curia[b]
b mercatorum attenditur: vt not.Bar.
in l. quintus. in fin.in l.fideiuſſor. §. quædam.ſuprà mand.Bal.in l.ſi pro ea.col.fin.C.mand.Sali.in l.placuit. C.de iud.& Alex.ibi, & in conſi. xlj. viſo puncto.col.ij.lib.iij.Ro.in conſ. cxciij.negari non poteſt. in prin. in conſi.xciiij.viſis. col.j.idem Imol.in conſi.cxlj.viſis ſtatutis.in conſ. cxvj. in cauſa Nannis.col.ij.in verſi.item quia hic ſumus. & dicit Bald. in l.ſi pro ea.q. reiiciuntur ſolénitates quę non tangunt veritaté negotij.& no. Ang.in conſi.ccxix. punctus.in prin.

4 † Et quia æquitas præfertur rigori,[c]
c vt dictum eſt, ſi dicatur, illa lex de
æquitate loquitur, illa de rigore: perinde eſt ac ſi dicatur, iſta corrigit
d illam.ita dicit glo.[d] not.in l. cotem
ferro.§.fin.de publ.

Et ſi aliquid committatur alicui ſimpliciter, videtur committi æquitas quæ præualet: vt not.Bal.in l.ædem. colum.iij.verſ.ſed nunquid pro vno nummo.in fin.C.locati.

Et adeo attenditur æquitas, quòd ſę-
5 penumero † propter ęquitatem receditur à regulis iuris communis.l.ſi me & Titium.in fin.ſuprà ſi cert.pet. l. ſi quis mancipiis.§.fin.de inſtit. & quod not.Bald.in l.ij.in fin.C.quod met. cauſ. Et propter æquitatem receditur à verbis teſtatoris. l. qui filium.§.fi.ſuprà ad Trebel.

6 Et † propter æquitatem receditur à ſolennitatibus iuris. l. diuus. ſuprà de reſtit.in integ.

Et propter æquitatem receditur ab eo quod

quod vſitatum eſt. l. imperatores. in fi.ſuprà de app. & ideo lex erubeſcit ſtatuere contra æquitatem. l. ſi quis in ſuo. §.legis. C. de inoffi. teſt. l.fin.§.cum autem.C.de furt.

Et regula propter ęquitaté limitatur: vt not.per illũ tex.in auth. vt ſine prohi.ma.in prin. in ver. exiſtimamus.

Et æquitas exceptionis remouet actionem.l.qui æquitate.ℨ.de doli excep. & in l.iij.C.de bo.auth.iud.poſſ.

7 Et per ſupradicta dicitur, † quòd prę-
e tor & iudex[e] ſemper debet habere
æquitatem ante oculos. l. quod ſi Epheſi. ſuprà de eo quod cert. loc. c.j.iiij.q.j.& not.in l.inter filios.vbi glo.C.famil.erciſc.

Et hoc intelligitur de ęquitate quæ informata ſit à iure: vt not.Abb.in ca. ex parte.el ij.in iij.no.de offic.deleg.

Et Moderni ſequuntur in d. l. quòd ſi Epheſi. Sed, vt dixi d.c.ex parte. ille text.parũ facit: qui loquitur de æquitate iuris, ibi: iuris æquitate, vnde illa verba æquipollent ac ſi dicatur de iure: quia ius eſt bonum & æquũ: l.ſi me & Titium.ſuprà ſi cert. pet. l. j.in prin.ſuprà de iuſt.& iur.

Sed text.in d.l. quòd ſi Epheſi. non loquitur de ęquitate iuris, ſed de æqui-
8 tate ſimpliciter: quo caſu † æquitas dicitur naturalis iuſtitiæ, & cõſideratur vbi ius deficit: vt not.Bal.in c. paſtoralis in fi.de cauſ.poſ.& propr. & probatur in d.c. fin.de tranſa. vbi dicitur quòd quãdo ius deficit, proceditur ſeruata æquitate, & in l. ij.§. item Varus in fi. de aqua plu. ar. ibi, æquitas ſuggerit. & ſi ſcripto iure deficiamus, ergo talis æquitas non poteſt informari à iure, quòd non reperitur.

Pro dicto tamen Abb. videtur text. in auth.iuſiur. quod præſt. ad his.§.pe. vbi iudices iurant ſeruare æquitatem: & ſic de æquitate ſimpliciter dicitur, ibi: omnem æquitatem ſeruabo, & tamen intelligitur de æquitate informata à iure: quia iudices tenentur iura obſeruare: vt habetur inſti.de offic.iud.in prin.

Sed ad illum text. reſpondetur, quod loquitur in arbitrariis in quibus præcipuè æquitas attenditur. & ita illum text.declarat Imol.in c. fin.de tranſact. Et hoc ſatis colligitur ex illo text. dum dicitur, quòd ſeruabit æquitatem, ſecundum quod iuſtum ſibi viſum fuerit.

Et quantum ad regulam hic quæ di-
9 cit, † quòd æquitas præfertur[f] ri-
f gori: primo regula intelligitur quãdo æquitas ſit ſcripta: ſecus ſi ſcripta non ſit: quia tunc rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ: vt not.per gloſſ. vbi Barto.& Salic. per illum text.in l. j. ſuprà de legib.& idem gloſſ. in l. placuit. vbi Bald. & Salic.infià de iud.per l. proſpexit. ff. qui & à quibus. & not. per gloſſ. in c.fin.de tranſact. vbi Abb. & Imol. poſt alios.

10 † Secundo regula procedit in æquitate ſcripta in ſpecie. Secus ſi eſſet ſcripta in genere: quia rigor ſcriptus in ſpecie, illi præfertur: vt not. Cyn.Bald.Ange.& Salic. in d. l. placuit. per l. nam hoc à natura. ff. de condic.indeb. iuxta l.j. ff. de vſuca. & not.Imol.& Abb.in d.c.ſi.ad hoc facit, quia ſpecies derogat generi in reg.l.in toto.ſuprà eod.

11 Tertio & vltimo † regula intelligitur quando æquitas eſt ſcripta poſt rigorem: ſecus ſi rigor ſcriptus ſit poſt æquitatem: quia tunc rigor attenditur.gloſſ.not. in c. extirpandæ. §.quia verò. in gloſſ. pen. in fin. vbi Imol.col.v. de præb.Alexã. & Mod. in d.l.placuit.de iud.

Sed vide Abb.in d.ca. fin.§. quia verò. colum. vij. qui videtur reprobare illam gloſſ. & contrarium expreſſe tenet Dominic. in capit. diſciplina. xlv. diſtinct.& refert & ſequitur Felin. in cap.ij.de re iudic. Non obſt.

22 quod† lex poſterior[g] corrigat prio-
g rem.cap.j. de conſtit. in ſexto. quia
verum eſt quando directo contra-
riatur:ſed rigor & æquitas non ſunt
directo contraria,quia ęquitas tem-
23 perat rigorem.†& ad hoc facit:quia
ſi plures opiniones ſunt relatę, & vl-
tima continet rigorem,non videtur
receſſum à prima quę habet ęquita-
tem:vt no.tradit Are.in conſi.clxiij.
diligenter & maturè.col.vij. per gl.
in l.ſi cum exceptio. §. ſed & ſi quis.
ſuprà quod met.cau.

ADDITIO.

a Placuit. Vbi vide Iaſ. qui concord.
in multis cum dom.Philip.hic,& in
l.cum ſtipulati ſumus.§.ſequitur. de
verb.obli.ſuprà col.ij.in iiij.not.Ca-
noni. latiſſimè in c.fin. de tranſact.
Felin.in c.ex parte. in j.col. de offic.
deleg.
b Curia. Alex.conſi.lxxx.nu.12.lib.v.
vbi dixi. Dec.l.ſi tibi pecuniam. ſi
cert.petat. C. M.
c Rigori. Rigor iuris qualiter intelli-
gatur, vide Barb. in cap. ſi clericus
laicum. de foro compet.iij.col. in
princ. & do. Phil.in c. ſi duobus. de
app.col.ij.verſic.vlt.not.
d Gl.Adde.glo.in l.ait prætor.§. ſi de-
bitorem. de his quæ in fraud. cred.
Can.in c. fi. de tranſact. vbi Abb.fi.
col. Fel. in c.ij.de re iudic. in princ:
Domin. in cap. diſciplina. xlv.diſt.
& ibi Alex. in ij. col.
e Iudex. Quæ ſit æquitas quam debet
iudex habere præ oculis, vide Ar-
chid.in c.j.de confeſ l b.vj.& æqui-
tas quotuplex ſit, vide Barb. in c.
quærenti.de offi. dele. col. pen. & in
c.cum cauſam. de iur. calumn. col.
viij. & do. Phil.in d.c.ex parte. H.C.
f Præfertur. Vide Fran.Cur.conſi.liiij.
ij. col. incip. ſæpe & frequenter, &
Dyn. & eius addi. in reg. poſſeſſor.
iſto tit.lib.vj.in verſ. iij. opponitur,
&c. Iaſ.in l.ſi tibi. ff.ſi cert.pet. Car.
in cap. fin. de conſuet. & in cap.j.de
alie. iudic.mut. Hier. Cuch.
g Poſterior. Idem in ſtatutis, & con-
ſuetudinibus, & in reſcriptis, & in
contractibus,& in pactis, & vltimis
voluntatibus, & legatis, codicillis,
& ſententiis interlocutoriis, &, in
conſtitutionibus procuratorum, &
in iuramentis, & in mora & fama.
& in opinionibus.& in violentiis,&
omnia iſta ponit Iaſ. in l.ſi quis an-
te.in iij.col.in ver.not. primo.ſuprà
de acquir.poſſ. Hier. Cuch.
h Aret. Quem ſequitur Iaſ. in l.ſi tibi:
ff.ſi cert.pet.col.iij.ver.quinto not.

In l. Quoties.
Argumenta.

1 *Adire non prohibetur quando-
que,qui repudiauit.*
2 *Repudiatio quando ad omnia iura
ad hæreditatem pertinentia exten-
datur.*
3 *Acceptilatio ſimpliciter facta,ad
omnes ſtipulationes præcedentes eſt
porrigenda.*
4 *Iure vno ſublato, quando tollatur
aliud,& quando non.*
5 *Iuri futuro non facilè poteſt re-
nuntiari.*
6 *Filia renuntians hæreditati pater
næ, fratri poterit ſuccedere.*
7 *Hæreditas patris adita per filium,
deſinit eſſe patris.*

REGVLA XCI.

QVoties duplici iure de-
fertur alicui ſucceſsio:
repudiato nouo iure quod antè
defertur,ſupererit vetus.

REgula loquitur in ſucceſſione
quę alicui duplici iure defertur.
Et regula poteſt dupliciter intelligi.
Primo

Primo, quando eodem tempore de
fertur. Secundo, quando ſucceſſiuè
competeret: & vtroque caſu videtur
regula habere locum.
Circa primum, quando eodem tempo
re defertur, regula exemplificatur.
vt per gl. in l. ſuum.C. de iure delib.
1 †vbi vocatur ad eandem ſucceſſio-
nem de iure ciuili & pretorio, ſi bo-
norum poſſeſſionē repudiauit, non
prohibetur adire, & ad hoc eſt regu
2 la generalis quam facit Bart.[a] per
illum tex. in l. ſi dominus. ſupra de
ſer.vrb.præd.vbi inquit,quòd quan-
do vni competunt plura iura, ſi vnū
remittit, aliud remanere intelli-
gitur.facit tex.in l. ſi prius. in princ.
ſupra de aqua plu.arcē. & no.quæſt.
tradit Bal. in l. ij. in quæſt. viij.C.de
reſcin.vend.
Et reg. iſta intelligitur quando renun-
tiatio vnam ſpeciem litis reſpicit,
prout text.hic loquitur,ibi.repudia-
to nouo iure. quo caſu renuntiatio
videtur limitata, quæ limitatum ef-
fectum producit.l.in agris. ſupra de
2 acquir.rerum dom.† Secus eſt ſi re-
pudiatio referatur ad ipſam hære-
ditatem vel ſucceſſionem:quia tunc
renuntiatum videtur omnibus iuri-
bus quæ ad ipſam hæreditatē com-
b peterent. ita no. Bar.[b] concludit in
l.nec is.§. j.ſupra de acquiren.hære.
alleg. l.ſi duo. §.Idem Iulianus ſcri-
bit.& §.ſi quis iurauerit.ſupra de iu-
reiur. & idem tenet Ang. in d.l.ſuū.
dicens,quòd ſi quis renuntiauit hæ-
reditati ſimpliciter, tunc ſi ex mille
capitibus eſſet poſſibile illum ſucce
dere, omnibus renūtiatum videtur.
& ibi ſequitur Alex. poſt alios quos
ibi refert. & facit gl.not.in l.j. §. ſed
videndum. in verſic.ſuccedat.ſupra
de ſucceſ. edi. ad idem facit text. in
3 l.pluribus.ſupra de excep.†vbi præ-
cedētibus pluribus ſtipulationibus,
acceptilatio facta ſimpliciter ad
omnes porrigitur. & facit gloſ. in l.
empto. §. Lucius. ſupra de pact. &
quod not. Bal.in l.pactum quod do
tali.in vj.q. C. de collat. cum ſimil.
vt tradit Alex. in conſi.ij. viſo, atq;
vt oportet, conſiderato themate,
col.ij.lib.ij.
4 Secundo, † regula limitatur in plu-
ribus iuribus ſeparatis: ſecus ſi eſ-
ſent iura connexa,vt quia vnum ha
beret dependentiam ab altero: quia
tunc vno ſublato etiam alterū ſub-
latum videtur,vt in l. illud. ſupra de
acquir. hæred. vbi repudiata hære-
ditate ab inteſtato,etiā ex teſtamen
to repudiata intelligitur. & not. per
gl. & Paul. de Ca.in d.l. ſi dominus.
Venio ad ſecundum, quando ſucceſſi-
uè plura iura cōpeterent, & tali ca-
ſu regula loqui videtur ibi:nouo iu-
re quod ante defertur. Et à fortiori
hoc videtur procedere exemplū in
eo qui venire poterat ad ſucceſſio-
nē ſucceſſiuè ex capite vnde liberi,
vnde agnati, vnde cognati: ſi re-
nunciauit primo capiti liberorum,
non videtur excluſus ab aliis capi-
tibus quæ ſucceſſiuè competunt.l.
j. §. ſed videndum. ſupra de ſucceſ.
edi.l.ij.in princ. ſupra, vnde leg. &
hoc intelligitur quando limitatè fa
cta ſit repudiatio reſpectu vnius ca-
pitis:ſecus ſi abſolutè, quia expreſſa
repudiatio facta reſpectu hæredita-
tis, ab omni capite repudiante ex-
cludit vt voluit gl. no. in d.l.j. §.ſed
videndum.vt ſupra dictum eſt.
Sed aduertendum eſt, quia iſta decla-
ratio videtur bene procedere quan-
do plura iura eodem tempore com-
peterent: prout ſupra dictum eſt in
primo caſu regulæ: ſecus videtur in
iuribus quę ſucceſſiue competerent:
quia renuntiatio etiam expreſſa re-
lata videtur ad illud caput, ex quo
erat ſucceſſio delata, & non ad alia
capita quæ nondum competebant:
5 † quia iuri de futuro renuntiari non
poteſt. l.is poteſt.& l. quandiu. la ij.
de ac

d: acquir.hæred.l.ſi ita ſcriptum.§.
c ſi ſub conditione.d: leg.ij. & dixi [c]
in l.j C. qui admit.
6 Et vlterius † iſta regula exemplifi-
d cari poteſt in filia [d] quæ renuntia-
uit hæreditati patris: nam non ex-
cluditur quo minus poſſit ſuccede-
re in hęreditate paterna, quę ex per-
ſona fratris ſibi deferatur, cùm illa
ex nouo iure ſuperuenienti ibi de-
feratur: vt decidit Ang. in conſi. lij.
dominus Gidius.c. l.fi.verſ.nec ob-
ſtat quòd ſuffocauit. cum ſimil. vt
tradit Alex. in l.j. §.veteres, col.an-
tep. ſupra de acquir. poſſeſ.& idem
Rom. in cōſilio clxv. circa primum,
quo quæritur. in prin. idem Rom. in
conſilio lxj. viſis.& Benedict. Capra
in conſilio lxiij. cum viſo & conſi-
derato. in ſecundo dubio.& no. Bal.
in l. j. col. fi. de rerum diuiſ. vbi in-
quit, quòd filia quę renuntiauit hæ-
reditati patris, non prohibetur ſuc-
cedere in feudo quod ſibi ex perſo-
na fratris defertur.& idem in ſtatu-
to not. Bar. in l.fi. in prin. in fi. j.q. ſu-
pra ad Tertul. dicens, quòd filia quæ
excluditur à ſtatuto ab hæreditate
patris, non prohibetur ſuccedere
fratri qui hæreditatem paternā adi-
uit.& facit quod not. Bart. in conſi.
lviij. ex themate prædicto. in fi. cum
ſim. vt tradit Alex. & Modern. in l.
j.§.veteres & nouiſſimè latè Soci.
in conſil. lxxiiij. ſuper controuerſia.
in vlti. lib.& Corn. in conſil. ccv. in
hac conſultatione. col. iij. lib. iiij.
Et licet Doctores in locis præalleg.
7 loquantur † quando hæreditas pa-
tris adita ſit per filium, quo caſu de
ſinit eſſe hęreditas patris. l. ſed ſi plu
res. §. ſi filio. de vulg. & pupil. not.
in d. l. j. §. veteres. idem tamen vide-
tur, licet hæreditas adita non fuerit,
quia ſatis eſt, quòd filia veniat ex
perſona fratris: vt not. concludit
Benedictus Capra in conſil. xij. & ſi
viſo & conſiderato. circa finem. &
tradit Are. in conſi. clxj. in præſenti
conſultatione vidēdum eſt. in prin.
Et ad ſupradicta etiam facit quod
no. Bald. in l. licet. C. de iure delib.
cum ſi. vt Alex. ibi ſcribit. Et ad re-
gulam etiam facit: quia quando plu
ra obſtant, non ſufficit quòd vnum
remoueatur, quia aliud remanet.
vt not. Bald. in l.j. col. pen. in verſi.
vnum etiam ſcias. C de furt.

ADDITIO.

a Barto.& Iaſ. in l. nec is. § j. in l. nota.
fi. de acquir. hæred.
b Bar. Ibi Iaſ. in princ. iij. col. vbi dicit
hanc communem: licet ſequendo
Barb. in rubr. C. qui admit. in vj. q.
teneat contra Bart. & communem.
c Dixi. Et in conſil. xxxj col. j. incip.
& pro tenui facilitate. & in conſil.
lxxxvj. col. iiij. ver. venio igitur ad
ſecundum. incip. viſo puncto & di-
ligenter, &c.
d In filia. Adde eundē d. Philip. in reg.
hæreditas. ſupra eod. in fin. verbis.

In l. Si librarius.

Argumenta.

1 *Scriptoris error partibus nocere nō debet.*
2 *Grammatica falſa non vitiat inſtrumentum.*
3 *Inſtrumentum in dubio interpretatur, vt in eo mala grammatica non contineatur.*
4 *Notarij dicta præſumūtur eſſe de voluntate & conſenſu partium.*
5 *Notarius quando & in quibus errorem ſuum corrigere poſſit.*
6 *Notario errorē ſuum corrigere volenti, quo caſu credatur.*
7 *Notarius diem vel mēſem pro alio corrigere non poteſt, ni error per teſtes ſit probatus.*

Nota

8 *Notarius errorem ad partes pertinētem ex interuallo corrigere non poteſt.*
Error notarij qualiter poſsit probari.
9 *Error notarij quot teſtibus poſsit probari.*
10 *Teſtes tot probant ſolennitatem inſtrumenti, quot qualitatem.*
11 *Notarius malitioſè errans non poteſt corrigere, ſed puniri debet.*
Falſitas quādo ſit in notario præſumenda.
12 *Notarius præſumitur potius errare, quàm malignari.*

REGVLA XCII.

SI librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis errаſſet: nihil noceret quominus & reus & fideiuſſor tenerētur.

1 NOto quòd † error [a] ſcriptoris
a non nocet partibus. ad idem
tex. in l. imperator. la j. ſupra de ſta-
tu homi. in l. errore. C. de teſtament.
facit tex. in l. ambiguitates. eo. tit. Et
per iſtum tex. no. Bal. in conſi. cxxv.
dubitatur. in fi. lib. ij. Fulg. in conſil.
cxxxiij. circa primum. col. j.
Et ideo ſi notarius dicat, quòd pater
b reliquit filiæ iure reſtitutionis, [b] cū
debuerit dicere, iure inſtitutionis,
non nocet iſte error quominus vi-
deatur filia inſtituta: vt not. Bald. in
l. ſi cum ante. C. de don. ante nupt. in
ver.& pro hoc conſului.
Et eodem modo ſi imperitus notarius
dicat, pro ſua falcidia: cùm debue-
rit dicere, pro legitima. Et ſi dicat,
quòd mulier renuntiauit beneficio
Valeriani: cum debuerit dicere, Vel-
leiani: non nocet iſte error, quia pa-
ret: vt concludit Bal. in l. imperator.
la. j. col. ij. ver. item quidam notarius
ruſticus. ſupra de ſtatu hominum.
Et ſimiliter ſi notarius dicat, ſubſti-
tuo te procuratorem: intelligitur,
conſtituo: vt not. Bald. in l. pen. C. de
procurat.
2 Et generaliter † ſi ſit error in falſa
grammatica, non per hoc vitiatur
inſtrumentum notarij: vt not. Bart.
in l. Plautius. in fin. ſupra de auro &
argen. legat. Et ſpeciale eſt in reſcri-
ptis Papæ. c. ad audientiam. el j. de
reſc. Secus eſt in aliis inſtrumentis
notariorum: vt Abb. ibi poſt alia
dicit.& no. Bar. hic, Bal.& Ang. in d.
l. imperator.
Et hoc intelligitur quando conſtat de
3 mala grammatica, † in dubio au-
tem debet interpretatio fieri vt non
ſit falſa grammatica. d. l. Plautius.
not. Bart. in l. cum in teſtamento. in
fin. de aur.& arg. leg.& Cuma. in con
ſil. vij. viſis compromiſſo. col. vj. in
verſi. ad ſecundum.
Et eodē modo quod hic dicitur de er-
rore intelligitur quando conſtat. Et
in dubio nō præſumitur: vt not. An-
gel. d. l. errore. in princ. C. de teſt.&
Bal. in d. l. imperator. in princ. Et ad
hoc facit, quia pro notario præſu-
c mitur. [c] c. ad audientiā. de præſcri.
& no. Bal. in d. l. error. & col j.& ibi
dicit, ꝙ quicquid ſit ſcriptum in in-
ſtrumēto, præſumitur ſcriptū de vo
luntate & commiſſione eius qui ro
gauit:& not. Bar. in l. ſi quis filiabus.
ſupra de teſt. tut. Ro. in conſi. clxxx.
ampliſſime doctor. in j. col. verſic.
nec refragatur.
4 † Et quicquid dicit notarius, ꝙ fa-
ctū reſpiciat, videtur dixiſſe de aſſer
tione & voluntate partium, vt not.
Bald. in l. j. circa fi. de priui. dot.& in
l. ab executione. circa fin. verſi. pone
ſtatuto. C. quo. appel.& in l. mater.
col. ij. verſ. prætereа verba. C. de rei
vend.& meritò error debet liquido
probari:& non ſufficit iuramentum

in

in defectum probationis : vt not.
Bal. concludit in l. Imperator.col.
ij.verſi. ſed an poterit. Et ad hoc fa-
cit:quia cùm ſit præſumptio pro no
tario de eo quod ſcriptũ reperitur,
vt dictum eſt, probationes clario-
res requiruntur : & tali caſu non
recurritur ad iuramentum in defe-
ctum probationis : vt not.Ang.in l.
ſi.in prin.ſupra quod met.cauſ.& fa
cit tex.in c.quia veriſimile, de præ-
ſump.& quod ibi Abb.

Et quia Bar.hic proſequitur materiam
huius l. videndum eſt principaliter
de duobus.

Primo quãdo notarius poſſit errorem
d ſuum corrigere. d

Secundo, qualiter error notarij pro-
bari poſſit.

Circa primum habemus conſiderare
duos caſus. Primus eſt in pertinen-
tibus ad notarium.Secundus in ſpe-
ctantibus ad partes. In primo caſu
ex dictis Bart. plures concluſiones
colliguntur.

5 †Prima eſt, quòd in his quæ ſpe-
ctant ad notarium in quibus error
non vitiat, notarius poteſt errorem
ſuum corrigere: puta ſecundũ Bar.
in falſa Latinitate. Et idem in exem
plis ſupra dictis in quibus dictum
fuit errorem non vitiare. & idem
tenet Bald.in rub.C.de fide inſtrum.
col.vj.verſ.ſed pone quòd tabellio.
& idem Bal.in l.cum proponeretur.
in verſic. vlti. quæro. de leg. ij. quia
talis emendatio neminem lædit. al-
leg.l. actorũ verba. ſupra de re iud.
& idem Ang. in d.l. Imperator. in
princ. quia pars non habet cauſam
contradicendi quare non corrigat.
arg.l.dotem.ſupra ſolu.matri. & ibi
Bald.in princip.

Et ideo ſi oratio truncata ſit, ſuppleri
poteſt per verbum ſubauditum : vt
not. Ange.in d.l. errore.in princ. &
Bald.ibi plenius. Et plura ſimilia ad
hoc tradit Bal. in l.verbum volo.C.
de fideicom.

Et iſta prima concluſio ampliatur ſe-
cundum Bart. hic etiam ſi erratum
ſit in eo quod vitiaret inſtrumen-
e tum : puta ſi ſit defectus inditionis*
qui vitiat inſtrumentum: poterit ta-
men notarius errorem ſuum corri-
gere,ſecundum Bar.hic, ne ſcriben-
tis error noceat partibus. & idem
tenet Bald. C.de Iuſtin. cod.confir.
col.ſi.verſi. ſed an tabellio. Et idem
Bar. in l. nominatim. in ſi.de cond.
& demonſtr. Bal.in d.l. cum propo-
neretur.col.ij.Angel.in d.l.Impera-
tor.col.ij. verſi.iuxta prædicta quæ-
ro. & ibi concludit maiorem eſſe
defectum inditionis quę nullo mo-
do appoſita ſit, quàm ſi erronea in-
ditio apponatur, poſt Dy.in conſil.
xxxv. quem ibi refert & Bart. hic,&
Rom. in conſil. ccxxxv. quo ad pri-
mum.in fin.

6 Secundo Bart. concludit † quòd ſi
ſit erratum, & non conſtat in quo
erratum ſit, vt quia omiſit diem, &
non conſtat de quo die, iſto caſu
notario dicẽti ſe recordari de die,
credendum erit ſicut officiali credi-
tur, maximè cũ hoc de die ſit quid
minimum : quia ſi teſtis de die non
recordatur,tamen probat l.teſtium.
cum gl.C.de teſt.& ita Bar.hic dicit.

In quo aduertendum eſt quia iſta con-
cluſio videtur procedere quãdo nõ
eſt vis in tempore: quia dies non eſt
de ſubſtantia inſtrumenti. Secus vi-
detur ſi ſit de ſubſtantia inſtrumen-
ti, vt in actione hypothecaria: quia
tunc corrigere non poteſt niſi pro-
bato errore: vt Ang.dicit in d.l.Im-
perator. & cum autoritate iudicis:
vt not. Bal.in d.l. Imperator.col.iij.
& idem Bal.in tit. de pace Conſtan-
tiæ.in verbo, pacta.verſi ſed quid ſi
opponantur ſolennitates.

Et iſta concluſio,ſecundum Bartolum
procedit quando erratum fuit omit
tendo diem : quia tunc non dicitur
fun

functus officio ſuo, edendo inſtru-
mentum abſque die.

7 †Sed ſi erratũ ſit apponendo vnum
diem vel menſem pro alio, quia
tunc notarius non poterit ſe corri-
gere niſi conſtet de errore per teſtes
vel alio modo : quia tunc videtur
functus officio ſuo. ita Bar.dicit al-
leg. tex. in l.quicquid aſtringendæ.
ſecundum vnum intellectũ de ver.
obl. Et iſta limitatio Bar.videtur de
plano procedere, quando dies eſſet
de ſubſtantia,vt ſupra dictum eſt in
hypothecaria : ſi verò non eſſet de
ſubſtantia, tunc videtur quòd error
corrigi poſſit : quia ſi Bart.hoc per-
mittit quando dies omiſſa ſit, vt
ſupra retuli, à fortiori idem dicen-
dum videtur, quando dies non fuit
omiſſa : ſed vna pro alia appoſita
f ſit : quia maior f eſt defectus omiſ-
ſionis, quàm erroris : vt dicit Bart.
hic poſt Cyn. quem refert, & idem
not. Bal.in d.l. Imperator.col.iij. &
§. dictum fuit de inditione omiſſa.

Et hoc de plano videtur procedere, ſi
parti non ſit datum inſtrumentum:
vt not. Bal.in rub. C. de fide inſtru.
col.vj. & Bar.in d.l.Imperator.co.j.
g Secus g ſi fuit data copia parti: quia
tunc videtur indiſtinctè, quòd cor-
rigere non poſſit,niſi probato erro-
re & de conſenſu iudicis:ſecundum
Bar.in d.l. Imperator. & in l.ſi.verſi.
ſed quid ſi notarius. ſupra de tabu.
exhi. Bart.in l.ambiguitates. in ſi.C.
de teſt. & in d.rub. de fide inſtr. col.
vj. & in l.ſi.col. pen.in verſi. quarto
quæritur, C. de eden. & in tit.de pa-
ce Conſtantiæ.in verbo, pacta.in ſi.
Et idem Ang. in conſi .ccxcij. viſis.
col.j.Cuma.in cõſi.xxiij.viſo.& So-
cinus in cõſi. xciiij. præſtantiſsimis.
col.iiij. & conſi.xcviij. aliâs conſu-
lui. in nouis.

Secundus caſus principalis eſt, ſi er-
8 ratum ſit,†in pertinentibus ad par-
tes & tunc, ſecũdum Bar.error cor-
rigi non poteſt ex interuallo,ſed in-
cõtinenti ſic.& idem Ang.in d.l.Im-
perator.,in prin.& not.Bal.in d.rub.
de fide inſtr.col.vj.& in l.cũ propo-
neretur.col.ij. ver. vltimo quæro.de
leg.ij. & idem Bar.in d.l.Imperator.

De ſecundo principali dubio de pro-
batione erroris, primo dicit Bart.
quòd error probatur de facili per
originale quod reperitur,quia illud
inſpici debet.§. penul. in authen. de
tabel. & idem Bar. in l. Sempronius
Proculo.de leg. ij.in l. ſi quis ex ar-
gẽtariis.§.prætor ait. ſupra de eden.
cum ſimil. vt ibi tradit Alexan.& in
conſil. cv. reuerende domine. in ij.
lib. & Petrus de Anchara. in conſil.
ccccxxxij. præmiſſa. Ang. in conſil.
ccclvij.pater ſtipulatus.

Secundo de facili probatur ſi partes
confitentur errorem: vel etiam ſi te-
ſtator hoc dicat in his quæ ab eius
voluntate pendent : vt not. Bar.hic
circa fin. & in l. cum proponeretur
de leg.ij.

h Tertio probari poteſt teſtibus h
9 †Sed tot teſtes requiruntur quot ne
ceſſarij ſunt in diſpoſitione princi-
pali de qua agitur : vnde in teſta-
mento error debet probari ſeptem
teſtibus, quando agitur de ſubſtan-
tia ipſius teſtamenti, hoc eſt de vo-
luntate teſtatoris. Secus eſt in quali-
tate requiſita in teſtamento: vt not.
Bar.poſt gl. in d. l. cum proponere-
tur.cum ſimil. vt tradit Alex in l.er-
rore.circa ſi. C.de teſt.Socin.in con-
ſil.lj. viſo teſtamento.in ſi. Et quod
10 dictum eſt de probando † qualita-
tem,idem eſt ſi agatur de probando
ſolennitatem : quia duo teſtes pro-
barent, ſecundum Ang. in l. ambi-
guitates. C. de teſtamen. in quibuſ-
dam lecturis. Alex. in d. l. errore.in
ſi.de quo dixi in l.ſi.C.de ſecun. tab.
Et de probatione erroris. not. Alex.
in conſ.cxl. ſuper teſtamento. col.j.
lib.j.Et in d.conſ.cv.reue. ẽde domi
ne.

ne.lib.ij.& conſil. lxxxviij. in cauſa d.Bart. lib.iiij.Socin.in conſi.xciiij. præſtantiſſimi. col.iij. & Laur. Cal. in conſi.xlviij. viſo d.caſu col. pen.

11 Vltimo regula iſta procedit † prout loquitur quando errore fuit aliquid omiſſum. Secus ſi dolo & malitioſe notarius aliquid omiſerit:quia tunc puniri debet. Et an tunc corrigere poſſit,no.Bald.in l.ij.C.de fideicom- miſſ.liber.& in rubr. C.de fide inſtr. col.vj. verſicu.vnum ſcias. & tradit Lantran.in repet. ca. quoniam contra.col.vij.de prob.

Et quando falſitas in notario præſu- matur,not.in l. iubemus. C. de teſta. vbi Alex.And. Sicul. in conſil. xxix.
12 col.viij. lib.j. † In dubio i tamen in
i notario ſemper potius pręſumitur k
k error quàm falſitas: vt not.Bart. per illum text. in l.quoties. §. j. ſuprà de hæred. inſtitut. cum ſimil. vt tradit Alexan.in conſ.xl.habita ſuper contentis.col.fin.lib.j.& conſi. xxvij. in cauſa & lite. in princ.lib.ij. Petr. de Anch.in conſi.cclxxxvij.tria principaliter.colum.j.Cuma.in conſ.cxxv. ad primum. & dixi in conſil. clxxv.

l Et regula etiam iſta limitatur vt per Alexan.in l.errore. col.j. & in l.ambiguitates.in fin.C. de teſtam.Et materia latè habetur in tractatu clauſularum,in charta 41.

ADDITIO.

a Error.Bald.conſil.cxxx.libr.ij.Cald. conſil.j.de fide inſtru. C. M.

b Reſtitutionis. Adde Iaſ.in authent. nouiſſima. C. de inoffic.teſtam. col. ix.verſi.quid autem ſi groſſus.

c Præſumitur. Decius conſil.xv. Latè Andr.Alciat. tracta.præſumpt.Reg. iij.præſumpt.xiij. C. M.

d Corrigere. Vide per Felin. in c.ex literis.ibi de fide inſtrum. Anto. But. conſi. xj. & quòd poteſt declarare verbum obſcurum.Alex.conſ.cxlvj. nu.26.lib.v.Cal.conſ.lxx. C. M.

e Inditionis. Idem Ioan. de Ana.in c. cum graui. de crimi. fal. ij. colum. poſt medium.& hoc niſi malitioſè: quia tunc puniretur tanquam falſarius. Hier. Cuch.

f Maior. Imò maior eſt defectus in male faciendo,quàm in omittendo, ideo non poteſt ex interuallo, id eſt, poſtquam redditum parti, corrigi, niſi ſolenniter,id eſt, iudicis autoritate, parte vocata,& probato errore.& placet opin.Bart. C. M.

g Secus. Et bene licet Iaſ.conſi.xxviij. lib.j.Alex.conſi. lxxxix.nu. 13.lib.iij. conſi.cxc.nu.5.lib.vj. C. M.

h Teſtibus.quòd per duos Alex.conſ. xiiij.nu.19.lib.vj. C. M.

i Dubio. Deci.ca.j.col.iij. de probat. Alex.conſil.liij.nu.16.(vbi dixi)libr. vij.Limitat Curt. ſenior conſi.lv.Sed quòd in teſtibus potius dolus pręſumatur. Alciat.l.j.§. ſi ſtipulanti. nu. 41.§. ſed ſi mihi. ad fin. de verbor. obligat. C.M.

k Pręſumitur. Adde eundem do.Phil. in conſi. clxxv. incip. in cauſa falſitatis.Io.de Ana. in c. cum diligenti. de accuſ.ij. col.quaſi in fin. & Alex. in c. ego ſolis.ix.diſt.Aret. in conſil. xlvij.incip.viſis & diligenter pōderatis.in j. col.ver. pro his facit optimè, &c. Felin. in c. ex literis. ij.col. ver. tertia concluſio. hoc tamen eſt limitandum ſecūdum eum ibi verſi. ſed limita,niſi notarius omiſiſſet ſolennitatem iuris in teſtamento quæ interuenire debebat: quia tunc non præſumitur error, ſed falſitas, de quo vltra eum,& quos allegat, vide Bar.in c.quoniam vt lite non cōteſt. col.xv.in medio. & in conſil. lviij. incip.clementiſſimi. in j.vol. penul. col. Bald. in ſua marg. in verſic. error.verſi.xij.& xiij.

In l. Filiusfamiliâs.

Argumenta.

1 *Filiusfamiliâs rem peculiarē poſſidere non dicitur,ſed ipſius pater.*

2 *Seruus ab alio poſſeſſus domino nō quærit.*

3 *Detentatio an poſſit acquiri filio.*

REGVLA XCIII.

Filius familias neque retinere,neque recuperare,neque adipiſci poſſeſsionem rei peculiaris videtur.

1 NOto, quòd † iſto iure filiusfamiliâs non habebat poſſeſſionem rei peculiaris: quia ſtatim poſſeſſio patri etiam ignoranti acquirebatur.l.quicquid. ſuprà de acquir. poſſeſ.l.j.§.item acquirimus. eo.tit. facit tex.in §.j.inſtit.per quas perſo. nobis acquiritur.& in l.placet.de acquiren.hæred.

Et ampliatur iſta regula, etiam ſi filiusfamiliâs ab alio poſſidebatur: vt dicit tex.in d.l.quicquid. quia ſecundum gloſ. ibi, illa acquiſitio fit vigore patriæ poteſtatis quæ durat,licet ab alio poſſideatur. Secus eſt in
2 ſeruo † qui domino non acquirit,ſi ab alio poſſideatur. l.j. §. ſed & per eum. ſuprà de acquir.poſſeſ.quia in ſeruis acquiritur domino ratione poſſeſſionis:vt dicit glo.in d.l. quicquid.facit text. in l.j. in fin. ſuprà de acquir. poſſeſ. de quo videndum eſt per Doctor. in d. l.j. §.item acquirimus.& per Alex.in l.j.§.veteres, col. iij.de acquir.poſſeſ.

Et regula limitatur,vt per glo.hic,quia hodie non procedit.

Item regula videtur procedere in poſſeſſione quæ habet aliquid iuris. Se-
3 cus † videtur in detentatione quæ filio acquiri videtur. arg. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. de verbor. obligat. Et pari ratione implementum conditionis quæ in facto conſiſtit, ipſi filio acquiritur.l. qui hæredi. in prin. de condi. & demonſtr. facit text. in §.ſed cum factum. Inſtitut.de ſtipul. ſeruorum.

REGVLA XCIIII.

NOn ſolent quæ abundāt, vitiare ſcripturas.

DE iſta regula dictum fuit ſuprà in reg.l.quæ dubitationis.

In l.Nemo dubitat.

Argumenta.

1 *Soluendo eſſe præſumitur,qui fideiuſſorem habet.*

2 *Soluendo eſſe dicitur, qui totum debitum ſoluere poteſt.*

Soluendo eſt, qui nomina debitorum habet.

3 *Soluendo nō eſſe,quando quis præſumatur. & nu.4.*

NEmo dubitat, ſoluendo videri eum, qui defenditur.

ET per iſtum tex. glo.in l.ſoluendo.ff.de verb.ſign.dicit, quòd ſoluendo quis videtur per ſe, vel per alium. & not. Bart.in l.j ff. de cuſto.
1 reor. † dicens, quòd ſoluendo eſſe dicitur qui habet fideiuſ. ad idem tex.in l ſi plures.§.pręterea.el ij.ff.de fideiuſ.Et per iſtum tex.hic Bar.in l. item liberatur.§. qui paratus.ff.quib. mod. pignus vel hypothe. ſol. ibi decidit quæſt. quam hic indeciſam reliquit: & reſpondet ad text. in l. reſcripto.§.debitores. verſi. planè.ff. de muner. & honor. cum ſimil. vt tradit Alex.in l.iiij.§.ſi ex conuētione.col.j.de re iud. Et Angel. Aret.in tract. Malefi. in verſic. quas ſi non ſoluerit. & idem Alex.in l.j.ff qui ſatiſd. cogan. & Modern. ibi. Et And.
2 Sicul.in conſil. xv. col. ij.lib.ij. Et † eſſe ſoluendo quis intelligitur, quando in totum ſoluere poteſt. d.l. ſoluendo. de verb. ſignific. & inſtit. de

obligat.quæ ex delicto. in §.fulloni
vero.in fi.
Et ſoluendo eſſe videtur,qui habet no-
mina debitorum : quia non dicitur
ſuſpectus:vt notat Baldus.per illum
tex.in l.facere.ſuprà ſol.matrim.
Et hoc intelligitur quando debitores
ſũt boni & de facili exigibiles: aliâs
ſecus,vt cõcludit Alex.in d.l.facere.
poſt alios quos ibi refert.
Et idem Alexan. in conſil.xxxvij. viſo
& opportunè diſcuſſo. col.iiij.verſ.
3 tertio per hoc adduco. libr. ij. † Et
quando quis dicatur non poſſe ſol-
uere , vt quia imponitur pœna cor-
poralis, ſi pecuniariam pœnam im-
poſitam ſoluere non poterit , notat
Bald. in l.quicunque.colum.penult.
verſic.ſed pone ſtatutum. C. de ſer.
fugit. Angel. in l.j. ſuprà de iniuſto,
rupto.cum ſimilibus. vt proſequitur
Angel. Aretin.in dicto tractatu Ma-
leficiorum. in verſicul. præallegato:
vbi latè refert Imol. in l. ſuus quo-
que.verſic.ſed ſi filio.colum.penult.
ſuprà de hæredib.inſtit.
Et ad prædicta vide Bart. in l. tres tu-
tores.in fi.ſuprà de adminiſtrat.tut.
4 vbi dicit, † quod non præſumitur
ſoluendo ille cuius bona vendun-
tur : & qualiter probetur quod quis
non ſit ſoluendo,not. Bald.in auth.
hodie.verſicu. ſecundo quæro. C.de
actio.& obligatio.

In l.In ambiguis oratio-nibus.Argumenta.

1 *Interpretatio ad eum ſpectat , qui condere poteſt.*
2 *Iudices in partium præiudicium leges interpretari poſſunt.*
3 *Papa priuilegium à ſe conceſſum ſolus interpretatur.*
4 *Papa gratias à ſe indultas declarare ſolet.*
5 *Reſcripta ſua interpretatur ſolus Papa.*

REGVLA XCVI.

IN ambiguis oratiõibus maximè ſententia ſpectanda eius eſt qui eas protuliſſet.

ET hæc regula exemplificari po-
teſt in principe ad quem recur-
a ritur pro interpretatione [a] legis,
1 quia † eius eſt interpretari , cuius eſt
condere. l. fin. C. de legibus.c. inter
alia.de ſenten.excom.
Et ideo pro interpretatione ſtatuti ad
populum qui fecit ſtatutum recur-
ritur : vt not. Bart. in l.omnes popu-
li. ff. de iuſt. & iur.in penult.char.in
verſic.tertio quæro.Et dicit Bart.ibi
hoc procedere in ſubſidium, quãdo
alia interpretatio quæ congrua ſit,
haberi non poteſt, aliâs ſecus : nam
quando eſt dubiũ arduum , & inex-
plicabile , ad principem recurritur:
vt not.Abb.in c.j.in j. notab. de iur.
cal. & in c. cùm veniſſent. de iudic.
2 Et ideo † iudices prius habent pote-
ſtatem interpretandi leges in præiu
dicium partium : vt not.Innoc.in c.
cum ſpeciali.de appel.& Abb.ibi ſe-
quitur. & in d. c. cum veniſſent. &
in d.c.j. de iur.calum.& in c. capel-
lanus.col.j. de fer. cum ſimil. vt tra-
dit Felin.in d.c.inter alia.Et hoc in-
telligitur niſi eſſent verba clara:
quia tunc nõ poteſt iudex aliter in-
terpretari,quàm verba dicãt:vt not.
Bart.in l.ab executore.in princ. col.
penult. ſuprà de appel. Bald. in l. ea
quæ.C.commin.vel epiſt. Aretin.in
conſil.lvj.poſt abſolutum. & in l.v.
§.ſtipula.io.de verb. oblig. Alex.in
conſ.ccxv. nec arguendi.in fi.lib.ij.
Similiter iſta regula exemplificari po-
teſt in priuilegiis : vt eſt text. in c.
3 cùm veniſſent.de iudic. † vbi pro in
b terpretatione priuilegij,ad papam [b]
recurritur. Et hoc intelligitur de in-
terpret

terpretatione concernente validita-
tem priuilegij : vt not. Bald. in l. hi
qui in princ. C. de appel. & Paul.de
Caſtr.ibi in fi. facit quod not. Oldr.
in conſi.ccxxx. Vrbanus epiſcopus.
circa fi. Et ideo ſtatuta inualida cõ-
firmata à ſummo Pontifice, quia
tolli ab imperatoribus nõ poſſunt,
à ſummo pontifice interpretari de-
bent: vt not.Bald.& Ang.in l.ex fa-
cto.de vulg. & pupil. Et quando ad
papam recurritur , eius interpreta-
tioni & declarationi ſtandum eſt,
dato ꝙ a principio eius intentio ta-
lis non fuiſſet:vt not.Ang.in conſil.
cclxxiij. non eſt dubium. col. ij. &
idem Paul. de Caſt.in l.hæredes pa-
làm. §. ſi quid poſt.col.ij.ff. de teſta.
4 vbi † inquit,quòd papa ſæpenume-
ro facit multas declarationes circa
gratias ab eo factas. Et præiudicat
illis quibus erat ius quæſitum , per
illum tex. quaſi illud quod declara-
tur fuiſſet à principio dictum , quo
caſu nõ fuiſſet alteri ius quæſitum:
& dicit hoc procedere in propria
declaratione quæ cõſiſtit circa ali-
quod verbum dubium: ſecus ſi non
eſſet verbum dubium: quia tũc eſſet
noua diſpoſitio quæ non tolleret
c ius alteri quæſitum [c]. Et ad hoc vl-
timum dictum Paul.de caſtr.eſt no-
tabil.deciſio Per. de Anch.in conſil.
ccxcix. præmitto. col. fin. & idem
tradit Paul. de Caſtr. in conſil. clvj.
viſo. col. fin. & dixi in d.c.cùm ve-
niſſent.vbi videndum eſt.
5 Eodem modo † in reſcriptis recurri-
tur ad papam : quia ſecundum eius
intentionem interpretari debent: vt
not.Innoc. in d.c.cùm eccleſiaſticę.
de except. cum ſimil. vt dixi ibi. Et
idem eſt in iudice qui poteſt eius
d ſententiam [d] interpretari.l. ab exe-
cutore. in prin.ſuprà de appel. & ibi
Bart. cum ſimil. vt not. Alexand. in
l.ij.colum. fin.de liber. & poſthu.&
in l.actorem.de re iudi. Et ad regu-
lam hic facit text. in l. in prætorij.
de prætor.ſtipul.

ADDITIO.

a Interpretatione. Interpretatio quid
ſit , vide Bald. in rubr. C. de verbor.
ſignific. in princip. & Lanfranc. in
tract. interpret. ſtatuto. in j.col. in
verſic. quarto pręmitto &c. & Bald.
in ſua margar. in ver. interpretatio.
Paul.conſil. cccxl.in prin. præmiſſis
allegationibus. in j.vol. & Bart.in l.
ab executore.ff.de appel. H. C.
b Papam. Interpretatio à papa, de
quibus fiat: & an admittatur proba
tio in contrariũ,vide Card.in clem.
j.de conceſ. præben. & Bald. in l.ij.
C.de ſenten.ex peric. recit. & domi.
Philip.in c.ij.de offic.deleg.
c Quęſitũ.Deci.l.j.col.j.C. de impub.
& aliis ſubſtit. c. fi. col.v.de conſtit.
c.paſtoralis , in fi.de except. dixi ad
Alex.conſil.xj.nu.14.lib.vij. C.M.
d Sententiam. quam non poterit niſi
ſemel. interpretari.ita Bald.per glo.
ibi,in l.ij.C.de ſenten.ex peric. reci.
Imo.in l.ab executore in prin.ſuprà
de appella. Iaſ. in l.quid iuſſit,in xj.
col.ſuprà de re iud. H. C.

In l.Ea ſola.Argumenta.

1 *Deportatio ea ſola tollit quæ in fiſcum deferri ſolent.*
2 *Deportati bona in fiſcũ deferũtur.*

REGVLA XCVII.

EA ſola deportationis ſententia aufert , quæ ad fiſcum perueniunt.

NOta ſecundum intellectũ gloſ.
1 qui planior videtur, † ꝙ ſenten
tia deportationis ſolùm aufert ea
2 quæ in fiſcùm transferuntur † bona
enim deportati transferuntur in fi-
ſcum.l.deportatorum. C.de pœn.&
not.per gl.in §. relegati. inſtit.quib.
mod.ius pat.poteſt.ſol.vnde dicitur
hic , quòd per ſententiam deporta-

tionis ſolum auferuntur ea quæ in
fiſcum transferuntur: quia ſi fiſcus
recuſaret bona, quia fortè reputaret
quod non eſſent ſoluenda, iuxta l. j.
§. an bona. ff. de iure fiſci. illa repu-
diata non tranſirent in fiſcum. Vel
ſecundo regula declarari poteſt, quod
ea ſola ſententia deportationis au-
fert quæ in fiſcum transferuntur, vi-
delicet illa quæ tranſeunt in hære-
des extraneos: quia alia non tranſ-
feruntur in fiſcum: vt in l. j. vbi Bart.
C. de oper. lib. & Bart. in l. iura. ff. de
iure patron. cũ ſimil. vt tradit Alex.
in conſ. xxiij. opportunè cõſideratis
col. ij. lib. j. & in conſ. lxxxix. vtrum.
in prin. lib. iiij.

In l. Quoties. Argumenta.

1 *Prior tẽpore præferri ſolet in pari*
cauſa lucri.
2 *Beneficium prior impetrans, præ-*
fertur poſteriori.
3 *Conceſſio ſecunda feudi, non dero-*
gat priori.

REGVLA XCVIII.

QVoties vtriuſq; cauſa lu-
cri ratione vertitur: is
præferendus eſt, cuius in lucro
cauſa tempore præcedit.

1 NOta † quod in pari cauſa lucri
præfertur ille qui eſt prior in
tempore.
Sed ad declarationem regulę conſide-
randum eſt quòd ſi rei donatę facta
fuiſſet traditio illi qui fuiſſet poſte-
rior in titulo, ille eſſet potior, quia
prius dominiũ habuiſſet. l. quoties.
C. de rei vend. cum ſimil. vt dixi in
reg. l. contractus. ff. eod.
Et tali caſu regula nõ haberet locum:
vt not. per gl. in regula, qui prior. de
reg. iur. in vj. vnde regula intelligi-
tur cæteris paribus. & facit tex. in d.
reg. qui prior. & in l. in operis. ſuprà
locati.
Et regula etiam exemplificari poteſt
in beneficiis eccleſiaſticis: quia po-
2 tior † eſt qui prius [a] impetrauit, cap.
a eum cui, de præb, in vj. not. in c. ca-
pitulum ſanctę Crucis, de reſcript.
Et ad iſtam regu. quamplures quæſtio-
nes ſimiles proſequitur Roman. in
conſ. xlvij. viſis neceſſariis, vbi prin-
cipaliter loquitur de illo comite, qui
obligauit ſe duobus principibus. Et
in terminis regulæ in pari cauſa lu-
cri plura iura, & ſimilia Rom. indu-
cit in conſil. ccxcviij. circa præmiſ-
ſa. & idem tradit Paulus de Caſtr. in
conſil. clvj. viſo & examinato pun-
3 cto. col. iij. vbi concludit, † quòd ſe-
cunda cõceſſio facta de quibuſdam
bonis feudalibus non derogat prio-
ri. & in ſimili caſu tradit Alexan. in
conſi. iij. ex his quæ in themate. lib.
v. & in conſil. xxxiij. viſo proceſſu.
ead. col. lib. v.

ADDITIO.

a Prius. Vide Dyn. in reg. qui prior. in
princ. vbi eius addit. ſatis remiſſiuè,
in verbo, potior. & ad id quod dicit
de prioritate vnius horæ, vide Socl.
& Iaſ. in l. j. ff. ſol. matrim.

In l. Non poteſt videri. Argumenta.

1 *Moroſus an dicatur, qui negat cen*
tum à ſe petita in re implicita.
2 *Negans ſe debere viginti, an cen-*
ſeatur negare decem.
3 *Debitor, à quo plus debito petitur,*
iuſtè ſuper toto litigare poteſt.
4 *Summa minor in maiore cõtinetur.*

REGVLA XCIX.

NOn poteſt videri impro-
bus qui ignorat quantũ
ſoluere debeat.

Ibi,

IBi, qui ignorat quantum ſoluere
debeat. videndum eſt quod ſuprà
dixi, in l. qui ſine dolo. & in l. nulla
intelligitur. ſuprà eod.
Et Bar. hic infert ad quęſtionem quam
dicit hic Piſis de facto habuiſſe.
1 Et concludit per illum text. † quòd
a non dicitur [a] eſſe in mora ille qui
negat, centum petita ab eo. ſi aga-
tur de re implicita, quia ignorat quã
tum debeat vt hic, & in l. ſi fideicom-
miſſi. in prin. ſuprà de vſu. in l. ſi quis
ſolutioni. ff. eod. tit.
Secus ſi ſciret ſe debitorem præciſè in
certa parte: quia tunc non ſoluendo
eſſet in mora. Et ſic vult Bartolus
2 quòd † debitor de decem à quo vi-
ginti petita ſunt, non poſſit negare
illam maiorem ſummam: quia vi-
deretur etiam negare illam mino-
rem ſummam de decem. Et ideo eſ-
ſet periurus, vt idem Baldus. dicit in
l. ſi pupillus. §. ſi. ſuprà de verb. ſign.
& per hoc dicit Bart. in l. j. §. ſi ſtipu-
lanti. circa fin. ſuprà de verb. oblig.
b quòd confunditur practica [b] aduo-
catorum. qui volunt quòd totum ne
gari poſſit ſi plus debito petatur. Et
in hoc ibi latè inſiſtũt Ale. & Mod.
& reſident cum opinione Bart. ibi
tanquam communi.
Pro qua allegatur tex. in l. qui ſeruum.
§. ſi. de interrogat. act. vbi interro-
gatus de toto fundo, an eum poſſi-
deat, teneatur etiam de parte re-
ſpondere.
Sed ille text. parum facit: quia intelli-
gitur quando etiam de parte inter-
rogatus ſit, ſecundum glo. ibi. Et ad
hoc facit, quia qui vult ſibi reſpon-
deri ſuper toto & ſuper parte, debet
interrogare ſuper toto, & ſuper par-
te. l. non alienum. ſuprà, de interro-
gat. actio.
Et ideo verior videtur opinio, quam
idem Bart. tradit, in l. qui ſolidum.
in princ. ſuprà de lega. ij. vbi vide-
tur tenere contrarium, dum con-
3 cludit, † quòd ſi quis petat plus de-
bito, habeo iuſtã cauſam litigandi
ſuper toto: niſi actor dicat ſepara-
tim partem recipere, per illum text.
qui bene probat.
Et pari ratione videtur, quòd poſitio
c facta de maiori ſumma, in totum [c]
negari poſſit: vt per gloſſ. in l. ij. in
gloſſ. magna. de confeſ. in vj. ſequi-
tur Bald. in l. ij. §. quod obſeruari.
colum. penult. verſic. ſed quid ſi po-
ſitio. C. de iuramen. calumn. cum ſi-
milibus. vt Alexand. refert in d. §. ſi
ſtipulanti. & idem Alexan. in conſi.
clxxxiiij. viſo puncto. colum. fin. li-
bro quinto. Non obſtat quòd ille
qui negat totum, videtur etiam ne-
gare partem, quia reſoluendo hoc
in quo tota vis cõſiſtit, conſideran-
dum eſt: quia verum eſt, quod in
toto pars continetur, & in maiori
d ſumma minor [d] ineſt. l. ſi quis cum
totum. de exceptio. rei iudic. l. ſi is
qui ducenta. §. vtrum. de rebus dub.
& in l. j §. ſi ſtipulanti. de verborum
obligat. in l. qui concubinam. §. qui
ita. de legat. iij.
4 Sed † illa pars in toto continetur
ad integrandum illud totum: & mi-
nor ſumma in maiori cõtinetur ad
integrandum maiorem ſummam:
ſed per ſe illa minor pars vel mi-
nor ſumma non videtur petita. ita
not. declarat Bartol. in l. ſcire debe-
mus. in fin. princ. de verbor. obligat.
vbi inquit, quòd ſi promiſiſti cen-
tum, non poſſum petere quinqua-
ginta tanquam promiſſa: quia illa
pars de quinquaginta non fuit pro-
miſſa, licet ſub generalitate illo-
rum verborum includatur. Et ita in
propoſito videtur, ſi poſitio eſt fa-
cta de centum, non dicitur facta de
quinquaginta, licet in ſumma de
centum quinquaginta includantur:
& ideo qui negat poſitionẽ de cen-
tum, non dicitur negare poſitio
nem de quinquaginta: vnde non

dicitur periurus.& pari ratione non
videtur eſſe in mora, quia non recu-
ſat ſoluere quod debet. Et hoc mo-
do explicatur illud in quo Docto-
res moderni laborant in dicta lege
j.§.ſi ſtipulanti. & in effectu quod
Bartolus hic dicit non videtur ve-
rum per ſupradicta. Et ad hoc facit
illud quod dicam in regula. l. in eo.
infra eod.

ADDITIO.

a Dicitur. Vide Iaſ.in §. ſtipulāti.in fi.
verb.ver.iij.ſucceſſiuè.hic alleg.

b Practica. Imò in hoc regno practi-
camus opin. Bar.Imò fortius, quia
debitor à quo plus petitur, ſi nihil
obtulerit, in omnes impenſas con-
demnatur,ex veteri ſtylo, quem nūc
non ita ad vnguem ſeruant, ſed iu-
dices arbitrantur,vt dixi in praxi iu
diciali. C. M.

c In totum. Contrariam ſententiam
tenent Cyn. Ray. Bart. Ioan. Imol.
Alex. qui dicunt eam communem.
& Aret.ibi pen. col. dicit eam com-
muniorem, & omnes Moder.in §.ſi
ſtipulanti. hic alleg. eam etiam te-
nent Inno, Hoſt. Ioan. And. Philip.
Franc. In cap. præſentium. in v.co-
lum. de teſtib. lib. vj. Felin. in cap.
nam concupiſcentiam.de conſti.ſi.
colum. vbi ponit tres limitationes,
& quamplures alij quos refert Ale-
xand. in ij. colum. & Abb. in cap. i.
de plus petit. licet dicat opin.gloſſ.
ſeruari in practica ab aduocatis
tantum ad euitandas iſtas opi. Do-
cto. aduocati hodie ſeruant aliam
practicam, quam refert Iaſ.in d.§. ſi
ſtipulanti. poſt Angel. Paul. & Cu-
man. Hier. Cuch.

d Minor. Quid in ſententia,an in ma
iori inſit minor, vide latiſſimè Ia-
ſon. in l.inter partes. ſuprà de re iu-
dic.colum.ij.in iiij. not. & Iaſ.in §.
ſtipulanti.hic alle.col.iiij.verſ. circa
iſtam materiam.vbi ponit regulam
cum ſeptem fallen.

REGVLA C.

OMnia quæ iure cōtrahun-
tur,cōtrario iure pereūt.

DE iſta regula dictum fuit in re-
gula.l.nihil tam naturale.ſupra
eo.vbi videndum eſt.

In l.Vbi lex. Argum.

1 *Menſis qualiter intelligi debeat in*
dilationibus dandis.

2 *Menſis vtilis triginta dierum eſſe*
dicitur.

3 *Menſis dictio, ſimpliciter prolata*
pro triginta diebus accipi debet.

REGVLA CI.

VBi lex duorū mēſium fe-
cit mentionē, & qui ſexa
geſimo primo die venerit, au-
diēdus eſt:ita enim imperator
noſter Antoninus cum Diuo
fratre ſuo r. ſcripſit.

ISta regula ſecūdum Bart.in l.cum
biſſextus. in fi. ſuprà ti.j.reducitur
1 ad communem opi.quæ habet,† ꝙ
a menſis[a] intelligatur ſecundū quali-
tatem mēſis in quo data ſit dilatio.
Vnde ſi die xxiij.Auguſti data ſit di-
latio vnius menſis, incipit in dicto
die xxiij. & terminatur in xxij. Se-
ptēbris:vt Bar. concludit in d.l.cum
biſſextus.&hoc idem gl.in c.quā ſit.
in ver.mēſe.de elec.in vj. & ſequun-
tur Bal. & Imol.in d.l.de diuiſione.
ſuprà ſol.ma.Ang.in auth.iubemus.
C.de iud. cum ſi vt tradit Alex.in d.
l.de diuiſione. vbi dicit ꝙ iſta eſt cō
munis op.& idē Alex.in l.fi.in prin.
col.pe.C.de iure deli.& in conſ.xlij.
in caſu & lite col.ij.lib.iij. Et ſecun-
dum Bar.in d.l.cū biſſextus in fi.reg.
iſta reducitur ad queſt. gl.præalleg.
Sed non videtur quod reduci poſſit,
niſi ſecūdum quod inferius dicam,
& Bal.in l.eos. §. ſinautem. circa fi.
C.de app.dicit iſtum text.hic proce-
dere

dere ex benignitate, non quòd hoc
ſit de proprietate verborum.
Et concluſio gl.in d.c. quàm ſit.proce-
dit in menſibus cōtinuis qui habent
metā limitatam,&pro maiori parte
habent dies triginta vnū,& quidam
trigiata.Secus eſt in menſibus vtili-
bus,in quibus nō ſunt limitati dies,
& vnus mēſis vtilis poterit quādoq;
occupare tres continuos. Vnde illa
doctrina non poteſt ad menſes vti-
2 les adaptari : & ideo vnus † menſis
vtilis intelligitur de trigiuta diebus:
vt Alex. tradit in conſil. cxiiij. viſa
ſcriptura.colum.fin.lib.v.
Secundo, concluſio ſuperius facta in-
telligitur quando principium mēſis
deſignatur, quia dicitur à præſenti
die infra menſem.Secus ſi de menſe
abſolutè mentio facta ſit : quia tunc
menſis pro duodecima parte anni
accipitur:vt no.Dom.poſt Pau.in d.
c.quàm ſit. in gl. in verb.mēſem. Et
iſta duodecima pars anni pro tri-
ginta diebus declaratur: & tali caſu
menſis indiſtinctè pro triginta die-
bus accipitur:vt no.Bal.in d.l.eos.§.
ſinautē. circa fi. C. de app. & idē no.
Bal. in Auth. qui ſemel. circa fi.ver.
in gl.fi.C. quom. & quan. iud. & idē
Bal. in c.j. in prin. quo tēpore miles
vbi approbat gloſ. in l. fi. §.j.in ver.
ſexaginta. C. de iure delib. & cō. lu-
3 dit, ꝙ † ſi nomen menſis proferatur
ſimpliciter,de triginta diebus intel-
ligitur. & idem Ant. de Butr.in c.li-
cet. de ſupp. neg. prælæ. Alex. in d.
conſi. cxiiij.lib. v. Et hoc modo vi-
detur procedere text. hic, videlicet
quando facta ſit mentio duorum
menſium abſolutè:quo caſu de ſexa
ginta diebus intelligitur: tamen hic
ex benignitate additur vnus dies. &
videtur hoc intelligendum eſſe in
materia fauorabili.

ADDITIO.

a Menſis.Alex.conſ.cxiiij.num.11,lib.
v.vbi dixi. C. M.

In l. Qui vetante.

Argumenta.

1 *Prætore vetante factum, perinde*
eſt,ac ſi fiat contra ipſius edictum.

2 *Aduerſus aliquando pro contra*
accipitur.

REGVLA CII.

QVi vetāte Prætore fecit,
hic aduerſus edictum fe-
ciſſe propriè dicitur.

1 NOta † quod patia ſunt, aliquid
fieri vetāte prætore, vel aduer-
ſus edictum eius. ad idem facit text.
in d. l. aduerſus. ſuprà de arbitr. vbi
dicitur, quod aduerſus ſententiam
arbitri fieri dicitur, ſi pecatur ab eo,
2 à quo arbiter peti vetuit. † aduerſus
enim exponitur, contra.l.non ſolū.
§.fin.ſuprà de iniur. & in clement.j.
vbi gloſſ. in ver. aduerſus. de reſtit.
in integr.

EIus eſt actionem denega-
re,qui poſſit & dare.

AD iſtam regulam facit quod ſu-
pra dictum eſt in regula, l. eius
eſt velle.in regula, l.nihil tam natu-
rale.& in regula.l.nemo qui conde-
mnare.

In l.Nemo de domo

Argumenta.

1 *Domus ſua intelligitur, quam quis*
inhabitat.

2 *Pœna offendenti aliquem in domo*
ſua impoſita, non eſt de hoſpitio in-
telligenda.

3 *Nauis prædio vrbano æquiparatur*

4 *Extrahi de domo ſua quis poteſt*
ex cauſa, vt iuſtitia fiat.

REGVLA CIII.

NEmo de domo ſua inui
a tus extrahi[a] debet.

b 1 REgula intelligitur, de domo [b] ſua † quam habitaret, ſecus ſi illam non habitaret, licet eſſet propria: quia ab illa extrahi non prohibetur: vt not. Bar. in l. nec in ea. ſuprà de adult. & facit text. in l. quod ait. §. ſufficit. verſic. ſed ſi pater. ſuprà de adult. & not. Alber. in trac. ſtatutorum, in ij. parte. in xxxv. q. incip. item quæritur. verſ. quid ſi aliquis.

Et in effectu hic ſuo largo modo accipitur, videlicet pro habitatione. l. qui domum. vbi Bar. ſuprà de adult. & in l. lex Cornelia. §. domum. ſuprà de iniur.

Et iſto caſu etiã habitatio ad tempus ſufficit, vt colligitur in d. §. domum. dum ibi dicitur, de ſcholari qui habitat Romæ cauſa ſtudiorum.

Et hoc propter ſubiectam materiã de qua agitur, vt quis tutus ſit in domo aliàs verò habitatio tẽporalis non ſufficeret: vt no. Salic. Rom. & Alex. in l. cùm filius. ſuprà ſi cert. pet. cum ſimil. vt dixi ibi. Et idem videretur

c eſſe in hoſpitio [c]: quia videretur illud conductum eſſe, & eadem videretur vt ſit tutus in domo.

Secus vbi eſſet diuerſa ratio, prout loquitur text. in l. j. §. habitare. de his qui deiec. vel. effu. Et licet Bald. ibi videatur tenere contrarium, dicens

2 per illum text. † quod pœna impoſita offendenti aliquem in domo, non habet locum in hoſpitio, & facit quod not. Bald. in l. ea quæ in fi. C. quomodo & quando iudex.

Nam reſponderi poteſt, quòd reſpectu citationis, prout loquitur Bald. in d. l. ea quæ diuerſa ratio videtur: & pariter in d. l. j. §. habitare. non videtur congruum, quòd ille qui reperitur in hoſpitio accidentaliter, debeat teneri, ſicut ille qui habitaret. Et ſi ibi agitur de præiudicio hoſpitis, in caſu noſtro agitur de fauore. Et ita etiam reſpondetur ad l. penult. §. in factum. ſuprà nau. caup. ſtab.

Sed in caſu iſto eadem ratio videtur vt quis ſit tutus. Et pari ratione idẽ

d videtur in naui [d]: quia videtur ordinata ad habitandum. & bene facit text. in l. pen. §. ſi de naue. de his qui deiec. vbi Alber. hoc tenet. Et idem Alberic. in tract. ſtatutorũ. in ij. parte. q. xxxv. in fi. ibi idem dicit de mo-

e lendinatio [e] & nauta. Et facit quia

3 † nauis ęquiparatur prędio vrbano:

f vt no. Bal. [f] in l. certi iuris. verſ. quid ergo. C. locati.

Contrarium tamen in naui tenet Roman. in l. j. §. domini appellatione. ad Sillan. per text. in l. j. §. ſi quis de naui. de vi & vi arma.

Sed reſponderi poteſt, quòd ibi agitur

g de pœna [g], quæ reſtringi debet: & ideo cùm illud interdictum pœnale loqueretur de his quæ de ſolo deiicerentur, ſub verbo ſoli non comprehenditur nauis, nec vehiculum, vt ibi dicitur.

Et dum dicitur de domo ſua, ſecus ergo videtur in aliena: vt à contrario ſenſu hic colligitur. & not. Ale. poſt Abb. in d. l. plerique. limitando hoc, niſi dominus domus prohiberet ingreſſum: vt in l. diuus ſuprà de ſeru. ruſt. pręd. in l. iniuriarũ. §. fi. de iniur. in l. qui domum alienã. de iniuriis.

Sed tamen videtur aduertendũ: † quia

4 illa iura non loquuntur, quando iuſtitia impeditur & ex cauſa, vt in fure: vt not. in l. ij. vbi Bald. C. de ſeru. fugit. & quia tali caſu ceſſat ratio quæ eſt in domo ſuæ habitationis, & domino domus, nõ videtur data iſta facultas vt poſſit impedire capturã eius qui de iure capi poteſt. reliqua vide per doct. in d. l. plerique.

ADDITIO.

a Extrahi. Sed an poſſit iudex pręcipere alicui ne exeat domũ, vide Bald. in c. quintauallis. in j. col. qui dicit quòd non. de quo latè Iaſ. in l. quod iuſſit. ſuprà de re iud. col. iiij. verſ. aduerte tamen. Hier. Cuch.

Domo

b Domo. Quid domus appellatione. Alex. conſi. ccxiij. nu. j. (vbi dixi) lib. vj. C. M.

c Hoſpitio. Imò ſecus. C. M.

d Naui. Iaſ. l. quoniam. ſuprà de flu. l. plerique, de in ius voc. Et quòd nauis computetur inter mobilia, rectè decidit d. Io. And. Tiraq. tract. Retract. prox. §. j. gl. vij. nu. 89. cum ſeq. Limito in molendinis conſtructis ſuper nauibus cohærẽtibus in flumine publico, quando ex cõceſſione principis vel reip. perpetuò habere licet, hęc enim inter immobilia cenſent, vt ſcripſi in cõſu. Pariſ. §. cxlv. C. M.

e Molendinario. Molendinum an ſit prædium vrbanum, vide Bal. in d. l. certi iuris. in iiij. q. vbi tenet quòd non ſicut furnus ruralis.

f Bald. Sequitur Iaſ. in repe. l. quominus. de flu. ſ. col. xxvj. ver. vlti. adde.

g Pœna. Solue melius, quod ibi illud interdictum non eſt conceſſum niſi ad res ſoli. d. l. j. §. hoc interdictum. verſi. ad ſolum aliàs vbi lex non reſtringeret, veniret nauis appellatione domus. Io. Ign. l. j. §. domini appellatione. ij. nu. 70. cum ſeq. ſuprà ad Sillan. C. M.

In l. Si in duabus.

Argumenta.

1 *Solutio cenſetur facta in dubio in cauſa remouendi infamiam.*

2 *Condemnatus ad reſtitutionem rei furtiuæ qua in dubio dicatur teneri actione.*

3 *Solutio, in dubio in cauſam grauiorem facta præſumitur.*

REGVLA CIIII.

SI in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt: præponenda eſt cauſa exiſtimationis. Vbi autẽ æquiparantur famoſa iudicia, & ſi ſummã rei diſparem habeant, pro paribus tamen accipienda ſunt.

1 NOto † quòd in dubio videtur facta ſolutio in cauſa quæ remouet infamiam. ad idem text. in l. ſi quid in princ. cum ſim. alleg. in gl. in dubio enim capitur præſumptio vt infamia euitatur. l. hæc enim. §. quid ergo. ſuprà, de ſuſpect. tut.

2 † Et ad hoc facit, quia cõdemnatus ad reſtitutionẽ rei furtiuæ in dubio non intelligitur cõdemnatus actione furti, ſed cõdictione furtiua quæ non infamat. l. ceſſat. ſuprà de act. & oblig. vt in not. q. dicit Io. de Anan. ſe Venetiis conſuluiſſe in c. qualiter & quando. §. ad corrigẽdos. col. iij. ver. caſus fuit talis. de accuſ.

Et regula iſta videtur etiam procedere ſi aliud debitum eſſet maioris ſummæ: quia qualitas infamiæ videtur præponderare, vt probatur hic: nam cauſa iſta quę reſpicit, infamiã ſemper in dubio reputatur grauior. d. l. ſi quid in princip. ita Bart. dicit in l. cùm ex pluribus. ſuprà de ſolut. & ibi videtur limitare hoc, niſi ageretur de grauiori cauſa quę reſpiceret conſeruationem mẽbri vel vitę arg. l. j. ſ. de bon. eorũ qui mor. ſibi conſ. l. & facit text. in l. cæterũ. ſuprà de

3 ſolut. qui facit regulam, † quòd in dubio videtur facta ſolutio in cauſam grauiorem. & not. Bar. in l. j. de ſolu. Ro. in conſ. xciiij. viſis his, col. j. & ibi materiã proſequitur de qua Alex. ſcribit in conſi. lxxv. ponderatis narratis. & aliquid. Paul. de Caſt. in conſi. clij. videndũ eſt primũ. col. ij. ver. pone ergo ꝙ ex interuallo.

In l. Vbicunque.

Argumenta.

1 *Magiſtratus quilibet prætor dici poteſt.*

2 *Citatio partis neceſſaria eſt in cognitione cauſæ.*

3 *Cognitio cauſæ quando fieri poßit abſque citatione.*

REGVLA CV.

VBicunque cauſæ cognitio eſt, ibi Prætor deſideratur.

HIc prætor pro iudice accipitur:
1 †quia largo modo quilibet magiſtratus prætor dici poteſt: vt not. Bal. in l. fi. in j. q. C. de ædil. act. quaſi dicat: vbi cauſę cognitio requirit͏̃, ibi debet eſſe iudex qui cognoſcat.
2 Et vlterius † in cauſæ cognitione partis citatio neceſſaria eſt. l. in cauſæ. la j. §. cauſa cognita. ſuprà de mino. nam per illũ text. dicit Bart. in l. prolatã. col. fi. C. de ſen. in ver. quæro vtrum. ꝙ cauſæ cognitio dicitur fieri, quando fit partibus præſentibus vel abſentibus per contumaciam. Alibi tamẽ dicit Bar. in l. iij. §. ſi cauſa cognita. ff. de bo. poſſ. quòd
3 † cauſa cognita dicitur fieri quantum ad inſtructionẽ iudicis abſque citatione. & hoc vbi non agitur de pręiudicio: ſecus vbi agitur de præiudicio, quia tunc citatio requiritur in cauſę cognitione: vt not. Bar. in d. §. ſi cauſa. & ſola citatio non facit cauſę cognitionem: quia tex. in l. in cauſæ. la j. §. cauſa cognita, copulatiuè loquitur cauſa cognita & præſentibus aduerſariis. ſuprà de mino. & dixi in c. eccleſia. de conſti. col. ix. ver. ij. q.

In l. Libertas.
Argumenta.

1 *Seruis nil gratius præſtari poteſt libertate.*

2 *Corpus liberi hominis æſtimationẽ non recipit.*

3 *Patria poteſtas inæſtimabilis quædam res dicitur.*

4 *Libertas quando certo pretio æſtimari poßit.*

5 *Homo liber vendi non poteſt.*

6 *Pœna apponi debet in cautione rati, vbi agitur de libertate.*

REGVLA CVI.

a LIbertas inæſtimabilis res eſt. a

IDem dicitur in l. non eſt. § infinita. infrà eo. cum ſi. alleg. in gl. hic. ad idem text. in l. procurator. §. fi. ſuprà rem ratam habe. in §. penul. in ver. cùm libertas. inſtitu. qui manumit. non poſſunt.
1 †Et nihil gratius ſeruis præſtari poteſt, quàm libertas. l. Paulus. in prin. ſuprà de fideic. lib. & non priuata, ſed publica eſt cauſa libertatis. l. ſi quis rogatus. ſuprà de fideic. lib. & inæſtimabilis res eſt intereſſe reipublicę: vt no. per gl. in l. j. §. ſolu. mat.

Et quod dicitur de libertate, idem di-
2 citur de homine libero, †cuius corpus non recipit æſtimationem. l. j. §. ſed cùm liber homo. & in l. ſi. ſuprà de his qui deiec. vel effu. & in l. ex hoc. ſuprà ſi quad. pau. fec. dic. in l. ij. §. corporũ. ad l. Rho. de iact. Eodẽ
3 modo † inæſtimabilis eſt patria poteſtas: vt dicit text. in l. filius familiâs. §. ſecundum vulgarem. de legatis ij.

Et quod dicitur hic de libertate, limitatur ſecundum gloſſ. hic, niſi quis vendat ſe ad pretium participandũ:
4 † quia tunc libertas certo pretio æſtimatur: vt habetur in §. pen. inſtit. de iur. perſ. & in tali venditione plura requiruntur: vt gloſſ. ibi in verſic. maior proſequitur. & in l. ſeruorum in princ. ſuprà de ſtat. hom. in ver. venire.

Sed in tali caſu conſiderandum eſt,
5 † quòd non ſit venditio tanquã de homine libero: quia nõ valeret venditio. l. liberis. §. ſi quis ſciens. ff. de lib. cau. & not. per gl. in locis præalleg. & ſic venditio debet fieri tanquam de ſeruo: & libertas non æſti-
6 matur. Et † vbi agitur de libertate, vel alia re inæſtimabili, in cautione rati debet pœna apponi: vt not. per gl. & ibi Paul. de Caſt. in l. non ſolũ. §. ſi ſtatus. in ver. ratũ. de proc.

ADDITIO.

a Inæſtimabilis. Albe. Bru. conſil. xij. colum. xxx. cum ſeq. C. M.

REGVLA CVII.

CVm ſeruis nulla actio eſt.

DE iſta regula dictum fuit in l. in perſonam. ſupra eodem.

In l. Ferè in omnibus.
Argumenta.

1 *Pœna minui debet ob ætatem & imprudentiam.*

2 *Pupillus homicidium committens non decapitatur.*

3 *Minor vigintiquinque annis mitius punitur in delictis.*

4 *Iudex pœnas mitigat pro perſonarum qualitate.*

5 *Pœna quandoque minuitur ſenectutis ratione.*

6 *Delictum imprudẽter commiſſum mitius eſt puniendum.*

7 *Delictum mitius punitur, quod impetu committitur.*

REGVLA CVIII.

FEre in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur.

1 NOta † quòd propter ætatem &
a imprudentiam pœna minui a debet. Primo circa ætatem conſiderandũ eſt, quòd iſta remiſſio pœnæ nõ cadit in pupillo qui propter ætatem non obligatur ex delicto. l. j. § impuberes. C. de fal. mo. l. infans. ſupra de ſicar. facit tex. in l. j. §. impuberes. in l. excipiuntur. ſupra ad Sillaniam. & in l. j. §. impuberes. ſupra commod. in l. pupillus. in eod. tit. in cle. j. de homici.

Et hoc intelligitur quando non ſit doli capax: vt quia infans vel infantiæ proximus: ſecus ſi ſit proximus
b pubertati: b quia tunc ex delicto tenetur. l. impuberem. ſupra de furt. vbi tex. iſta diſtinguit, & in l. pupillum. infra eo. & in d. l. excipiuntur. §. j & not. per gl. & Bart. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Et tali caſu cum pupillus teneatur ad pœnam delicti, regula iſta verificatur, quòd ætati ſuccurratur: quia pœna minui debet. & ideo dicit Bal. in l. & ſi ſeuerior. col. ij. ver. ex prædictis. C. in
2 quibus cau. infa. irrog. † ꝙ ſi pupillus committat homicidium, licet ſit doli capax, non tamen debet decapitari: & licet pupillus doli capax poſſit multari, vel excommunicari tamen ſentẽtia retractari debet per appel. vel reſti. in integ. vt not. Ang. in l. neque impuberes. ſupra de in ius vocan. vbi alleg. Spec. in tit. de contuma. §. fi. in fi. Et quòd in pupillo debeat pœna mitigari, not. Salic. in l. adminiſtrãtes. § qui corporis. in fi. de exc. tu. & eſt tex. in c. j. in fi. de delic. puer. vbi dicitur, quòd in pueris delicta nõ debent ita puniri ſicut in maioribus. & gl. ibi per illũ text.
3 † Et idem eſt dicendũ in minoribus xxv. annis: quia licet in delictis non habeant reſtitutionẽ in integrũ l. ſi ex cauſa iudicati. §. nunc videndũ. ver. & placet. & in l. auxilium. §. in delictis. ſ. de mi. l. j. C. ſi aduer. deli. pœna tamen quandoq; debet mitigari: vt dicit tex. in d. l. auxiliũ. §. in delictis. ver. niſi quatenus. interdum miſeratio ætatis ad mediocrẽ pœnã iudicem

4 iudicem producit. † & ita videtur
quòd hoc ſit in arbitrio iudicis, at-
tenta qualitate perſonæ, vt in nota
bili caſu tradit Cuma. in conſil. xcv.
Chriſtoph. circa finem. & facit text.
in l. ſi adulteriũ. §. fratres. ff. de adul-
te. vbi propter ætatem Imperatores
Claudiæ pœnã inceſti remiſerunt.
Et non ſolum minoribus propter æta-
tem minorem quandoque pœna mi
5 nuitur: † ſed etiam ætate c confe-
c ctis propter ſenectutem pœna mo-
deratur: vt not. per glo. hic per l. ij. ff.
de termin. moto. vbi tempus relega-
tionis in ſenibus minuitur. facit tex.
in l. ſi quis in graui. §. ignoſcitur. ff.
ad Sillania. vbi ignoſcitur illis qui
ætate defecti ſunt: & in pœnitentia
iniungenda habetur ratio ſenectu-
tis. xxvj. q. vij in c. tempora plenitu-
dinis. vbi gloſ. & in voto peregrina-
tionis defertur ſenectuti. in c. ma-
gnæ. de voto.
6 Secundo † dicitur hic de imprudem-
tia propter quam etiam pœna miti-
gatur: nam imprudenter delictum
committitur, quando inaduertenter
& inconſideratè fit. vnde dicitur o-
bligari ex quaſi maleficio. l. fin. C.
de var. & extraord. cog. in l. ex ma-
lefic. §. ſi iudex. ſupra de act. & obl.
& facit text. in l. nam & ſeruus §. fin.
ſupra de neg. geſt. ideo in tali caſu
in quo conſideratur culpa, non do
lus, meritò pœna debet mitigari: vt
hic dicitur. & ad hoc facit text. in l.
iiij. §. j. ſupra de ſicar. in verſi. ſed ex
ſenatuſconſulto. vbi mulier relega-
ta fuit quæ medicamentum dedit,
non malo animo, ſed ad cõceptio-
nem. & inde mors fuit ſequuta. & in
l. lege Cornelia. §. cum quidam. de
ſicar. vbi in exilium fuit miſſus qui
homicidium non dolo, ſed per la-
ſciuiam perpetrauit. & facit text. in
l. reſpiciendum. §. delinquunt. ſupra
7 de pœnis. † vbi delictum impetu
cõmiſſum minus punitur: & in no-
tabili caſu tradit Cuma. in conſil.
cxxxiiij. viſis denuntia. in fin. & per
totum. Alex. in conſil. cxl. videtur in
caſu propoſito. lib. ij. & Aret. in con-
ſil. lxxx. ſicut decet. cum ſim. vt dixi
in conſi. ix. & in propoſito ad iſtam
regulam facit text. in l. j. C. ſi quis
imper. maledix. & lubricum linguæ
ad pœnam facile trahi non debet:
vt dicitur in l. famoſi. ſupra ad leg.
Iuli. maieſt. & not. in c. j. de malefic.
vbi gl. & latè Ioan. de Ana. col. iiij.

ADDITIO.

a Minui. Vide quæ poſui in l. conſilij.
ſupra eo. ſuper ver. mitius. & d. Phi.
in c. ex literis. de conſtit. H. C.
b Pubertati. Adde quod vult Ioan. de
Ana. in c. j. de delict. pue. in iiij. col.
referendo Ang. quando ad hoc vt
proximus pubertati teneatur de de-
licto, requiruntur duo copulatiuè,
videlicet, quòd ſit doli capax, & proxi-
mus pubertati: aliàs vnũ non ſuffice
ret: & an & quando minor excuſe-
tur à delicto, vide Hip. de Marſ. in
l. de minore. penul. & fin. col. ff. de
quæſtionibus. H. C.
c Aetate. Multa priuilegia. ſenibus cõ
ceſſa, vide cumulata per Lud. Rom.
in repet. l. ſi verò. §. de viro. ſupra
ſol. mat. in liij. fallent. col. xlix.

In l. Nullum crimen.

Argumenta.

1 *Crimen non prohibens cum poßit,*
tenetur.
2 *Famuli factum quando ſit domi-*
no imputandum.
3 *Domini tenentur de delictis fa-*
miliæ.

REGVLA CIX.

NVllum crimẽ patitur is
qui non prohibet, cum
prohibere non poſsit.

1 ERgo à contrario ſenſu † ſi pro-
hibere poteſt, videtur eſſe in cri
mine, & tenetur: quia qui prohibere
potuit, tenetur ſi non fecerit. l. ſcien
tiam. in princip. ſupra ad le. Aquil.
in l. in omnibus. ff. de noxa. l. flumi-
num. §. quanquàm. de damn. infect.
Et ideo ſi ſeruus ſciente domino &
non prohibente hominem occide-
rit, dominus tenetur: quia ipſe occi-
diſſe videtur. l. ij. in prin. ff. de noxal.
2 † Et hoc idem videtur procedere
in famulis & ſeruitoribus: quia fa-
ctum ab illis domino ſciente & nõ
prohibente, domino imputatur: vt
not. Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi
prætori. de oper. no. nuntia. in x. q.
vbi alleg. bonum. text. in c. conſtitu
tis. de teſt. Et de delicto commiſſo
à filiis patre præſente & non prohi
bente, in not. caſu tradit Franc. de
Curt. in conſil. xlj. viſo proceſſu. Et
notandum eſt ſingulariter, quòd dicit
Car. poſt. Laur. in cle. ne in agro. §.
3 porro. in iiij. no. de ſtat. hom. † quòd
eſt mala præſumptio contra illos
qui tenent malam familiam: quia ſi
aliquod malum à familia commit-
tatur, ipſi domini tenentur: nec ex-
cuſantur allegantes ignorantiam,
quia cogitare debuerunt illud eue-
nire poſſe. arg. c. negligere. ij. c. vij.
& in c. licet. in princ. de ſimo. quod
notandum eſt cõtra nobiles qui re-
tinent in domo homines malæ con
ditionis & famæ. Et ſupra dicta lo-
cum habent in eo qui poteſt & te-
netur prohibere: vt no. Bal. in d. l. ij.
in princ. ff. de noxa. & idem ibi Flo.
dicit. & de hoc dicendum eſt vt ſu-
pradictum fuit in reg. l. culpa caret.
ſupra eodem titul.

In l. In eo quod plus.

Argumenta.

1 *Ineſt verbum, proprietatem & eſ-*
ſentiam denotat.
2 *Pars continetur in toto.*
3 *Promittens viginti, an cenſeatur*
decem ſeparatim promittere.
4 *Summa minor quando in maiori*
contineatur.
5 *Actus non valens in maiori ſum*
ma, in minori quãdoq; cõſeruatur.
6 *Hæres grauatus expẽdere centum*
in funere, nõ poteſt minus exponere.
7 *Numerus minor, quando in maio-*
ri contineatur.
8 *Negatiua quomodo potentior dica-*
tur quàm affirmatiua.
9 *Mandans quid vendi centum, nõ*
videtur in minori conſentire.
10 *Fideiuſſor pro maiori ſumma obli*
gatus, cenſetur in minori.
11 *Negatiua ſigno vniuerſali poſtpo-*
ſita ſuo contrario æquipollet.
12 *Obligatio fideiuſſoris quando va-*
leat abſque iuramento.
13 *Prebenda minoris valoris non de-*
bet dari loco maioris.
14 *Argumentum à maiori ad mi-*
nus, non valet in mandatis.
15 *Mandatum à voluntate mandan*
tis ita regulatur in ſuperioribus ſi-
cut in priuatis.
16 *Teſtis deponens de ſumma maiori,*
non cenſetur de minori conſentire.

REGVLA CX.

IN eo quod plus ſit ſemper
ineſt & minus.

HÆc regula declaratur vt dictum
fuit. ff. in reg. l. nõ debet. ff. eod. ti.
& aliquid etiã dictũ fuit in reg. l. nõ
poteſt videri improbus. ſupra eo. ti.
Et regula iſta primo videtur proce-
dere de proprietate ſermonis, dum
dicit: ſemper ineſt. & ad idẽ text. in
l. j. § ſi ſtipulãti. de ver. obl. ibi: in vi-
ginti decem ineſſe. & in l. qui quar-
tam

tam.in prin.de leg.j.in l.qui concu-
binam. §.cũ ita.de leg.iij.in l. ſi qui
cum totum.in prin.de excep. rei iu-
1 di.verbũ enim † ineſt,denotat pro-
prietatem & eſſentiam:vt not. Bart.
in l. ſi maritus. la ij. §. legis. ff. de
adult.in l. mercis. de verb. ſig.& ad
hoc facit te.in l.iij.§.ſi pluſquã. ſ. de
ſtatu lib. vbi cõditio dandi decem,
impleri dicitur dãdo viginti: ergo vi
detur de proprietate ſermonis: quia
cõditio debet impleri in forma ſpe
cifica.l.Mæuius.l.qui hęredi.in prin.
de cõdi.& demon. Et videmus in ſti
pulatione quę eſt ſtrictè interpretã-
da.l.quicquid aſtringendæ.de verb.
obl.& tamen in maiori ſumma mi
nor cõtinetur.d.§.ſi ſtipulãti. Et idẽ
in ſẽtẽtia in d.l.ſi quis cũ totũ.& ſen
tẽtia etiã ſtrictè interpretatur: vt not.
in l.j.C.ſi plures vna ſent.& ita tenẽt
Aret. & Mod.in d.l.j.§.ſi ſtipulanti.
Et iſta cõcluſio veriſſima videtur con-
2 ſiderando † ꝙ illud minus veniat
ad integrãdum illud quod plus eſt:
quia in toto pars cõtinetur. reg. l.in
toto.j.eo.Secus videtur ſi pars ſepa-
rata ſit à toto: quia tunc nõ videtur
propriè cõtineri,vnde qui petit cen-
tũ, nõ videtur petere quinquaginta
ſeparatim & formaliter:vt not.Bar.
in l.ſcire debemus. in ſi. prin de ver.
obl. dum concludit quòd ſi promi-
ſiſti centũ,non poſſum petere quin-
quaginta tantum promiſſa: quia il-
la pars de quinquaginta promiſſa
non fuit, licet ſub generalitate in-
cludatur: vnde quinquaginta petun
tur tanquam debita, ſed nõ vt pro-
miſſa,& dixi ſ.in reg.l.nõ poteſt vi-
deri improbus. & facit gl. in l. j in
verſ.inter,§. de ſerui.vrb. præd. quæ
dicit declarando text. ibi qui dicit,
qui actum habet, iter habet: quod
verum eſt quantum ad commodi-
tatẽ.ſed non ꝙ ſit ſeruitus:& ſic iter
in actu continetur ad integrandum
actũ,& nõ vt ſpecies ſeruitutis, put
de ſe ſeparatim iter cõſideratur.
Et ſecũdũ iſtud dictũ Bar. eſſet dicen-
3 dũ, † ꝙ ille qui promittit viginti,
nõ dicatur promittere decẽ ſepara-
tim, cuius tamẽ cõtrariũ ꝓbatur in
d. §. ſi ſtipulãti. vbi ſi ſtipulãti decẽ
reſpõſum ſit de viginti, vel econtra
valet ſtipulatio in decem. ergo illa
minor ſumma etiã ſeparatim vide-
tur promiſſa.& facit text. in l. inter
ſtipulãtẽ.§.ſi ſtipulãte. de verb. obl.
vbi dicitur, quòd ſemper in ſummis
id quod minus eſt, videtur ſpõderi.
Sed pro defenſione Bar. cõſideran-
4 dũ eſt, † ꝙ ipſe loquitur quando in
maiori ſumma actus valet, quia
promiſſa fuerũt cẽtũ:& tali caſu be-
ne dicit, quia quinquaginta nõ fue-
rũt promiſſa, ſed includũtur ad in-
tegrãdũ ſummã de centũ quæ debẽ-
tur. Secus quando actus in maiori
ſumma nõ valet,prout loquitur tex.
in d. §. ſi ſtipulãti.& in d.l.inter ſti-
pulãtem.§.ſi ſtipulãte. quia tunc ne
actus ſit inutilis conſeruatur in mi-
nori ſumma, ex quo nõ poteſt vale-
re in maiori ſumma, prout agebatur:
& ſic actus in minori ſumma
ex quo nõ poteſt valere in maiori
ſumma, conſeruatur ex illa æqui-
tate: quia in dubio interpretatio de
bet fieri vt actus valeat. l. quoties
de verborum obliga.
Ex quo inferri videtur, quòd de pro-
prietate ſermonis in §. ſi ſtipulanti.
in maiori ſumma minor non con-
tinetur, quando minor ſeparata eſt
à maiori,per rationem Bar.
5 † Sed ex æquitate & per interpreta-
tionẽ iuris ex quo actus in maiori
ſumma nõ valet, in minori ſumma
cõſeruatur. & tex. in d.§.ſi ſtipulan-
ti. nihil facit: quia ibi ſumma ma-
ior erat ſeparata à minori,& diſtin-
cta: quia ſtipulatus fuit decẽ vel vi-
ginti, merito valet in decẽ: quia in-
terrogatio & reſpõſio facta fuit de
decem: aliud eſt vbi agitur de vna
ſumma

ſumma, in qua dicẽdũ eſt vt ſ. dixi.
Secundo,regula limitatur nõ procede
re quãdo cõſtaret, ꝙ ille qui loqui-
tur in maiori ſumma, vel in eo qđ
plus eſt,non conſentiret in minori.
ita dicit Aret. in d. §. ſi ſtipulãti. per
gl. ibi in ver. nõ erit. & ad hoc alle.
text. in l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc
ſummã. de ver. obl. ad idẽ text.in l.
6 cũ in teſtamento.de verb. ſig. † vbi
hæres grauatus exponere centũ in
funere, nõ poteſt minus exponere.
& idem no.Paul.de Caſt.in d.§.ſi ſti-
pulãti. vbi propter hoc reprobat gl.
ſi qua eſt,in c.j.de arbi.in vj.& idem
Alex.& Aret.in d.§.ſi ſtipulanti.
Et hoc procedit etiã ſi tacitè conſtaret
de mẽte partiũ, exẽplũ colligitur in
l. ex facto. §.j. ff. de vulg. & pupil.
7 † vbi quãdo eſt facta diſpoſitio ſpe
cialis de minori: tũc in maiori mi-
nor numerus nõ includitur, vt not.
ibi Albe.Bald. Imol. & Doct. ꝙ qui
cõſentit in maiori, nõ ſemper con-
ſentit in minori: quia in minori eſt
facta ſpecialis prouiſio: ideo expreſ-
ſum facit ceſſare tacitũ. l.cũ filio.§.
filio.ſ. de vulg. & pup. & text.in d.l.
ex facto. §.j.inducit Do.in d.c.j.de
arbi.in vj.& ille tex.procedit quan-
do fuit facta prouiſio de maiori
ſumma & minori ab eodem fonte,
prout loquitur tex. in d.l.ex facto.§.
j.ſecus ſi à diuerſis: quia tũc ſpecies
non derogat generi: vt Alex. tradit
in cõſ. clxxix. viſo proceſſu. in ſi.li.v.
de quo dixi ſ.in re.l.in toto.ſ.eo.
Tertio regula procedit prout loquitur
in oratione affirmatiua.ſecus eſt in
negatiua:quia non ſequitur,non ha
beo centum, ergo non habeo vigin
ti: vt patet ad ſenſum. & ita dicunt
Bar,& Doct.in d.§.ſi ſtipulanti.
8 Sed obſtare videtur, † quia nega-
tiua potentius negat quàm affirma-
tiua affirmet: vt not.per gl.& Doct.
in c.cum dilectus.de conſue. not.in
l.hoc genus.de condi.& demon.
Si ergo minor ſumma continetur in
maiori affirmatiuè, à fortiori idem
videtur in negatiua. Paul.de Ca.re-
ſpõdet in d. §.ſi ſtipulãti ꝙ argumẽ-
tũ procedit reſpectu tẽporũ vel ca-
ſuũ: & nõ in ſumma,in qua alia ra-
tio videtur: & hoc declarari poteſt,
quòd in oratione affirmatiua mi-
nor ſumma cõtinetur: quia hoc ten
dit & ordinatur ad cõſtituendũ ma
iorẽ ſummã: nõ ſic videtur in nega-
tiua, quia ꝙ minor non cõtineatur,
hoc ad orationẽ negatiuã maioris
ſummæ nihil facit.
Quarto regula fallit in caſu. l. ſi decẽ.
ff.locat. in cuius intellectu Doct. la-
borãt: ſed vera videtur ſolutio Bal.
in l. diẽ proferre. §. ſi plures. vbi di-
cit,ꝙ regula intelligitur quãdo ma-
ior ſumma abſolutè profertur:ſecus
ſi reſpectu alicuius corporis. d. l. ſi
decẽ. vbi dicitur de maiori ſumma
reſpectu rei locatæ.& idem Bal. in l.
ſi.in prin.C.de ſen.quę ſine.& ſequi-
tur Alex.in cõſ. lxiiij.viſa conſulta-
tione. col.pe.li.ij. & hoc cõprobari
poteſt, vt dicamus ꝙ in d. l. ſi decẽ.
locator q dicit de maiori ſumma,
nõ videtur cõſentire in minori prout
natura rei de qua agitur ſatis oſtẽdit.
per ea quę ſuperius dicta ſunt. & ad
hoc facit tex.in l.diligẽter. in prin. in
9 ver.itẽ ſi mãdauero.ff.mãd. vbi † q
mãdat ꝙ domus vel fundus vẽdatur
cẽtũ, nõ videtur in minori quãtita-
te cõſentire. Nõ obſt. tex.in l.diem
proferre. §. ſi plures. ff. de arbit. in
c. j. de arbi. in vj.vbi arbiter qui iu-
dicat de maiori ſumma,videtur cõ-
ſentire in minori. Sed dic illud eſſe
ex interpretatione legis,vt finis liti-
bus imponatur: ſed ille qui dicit de
maiori, non videtur in minori tan-
tum cõſentire: ſed cõſentit in mino
ri ad integrandũ maiorẽ ſummam.
10 † Quinto fallit in fideiuſſore qui
in maiori ſumma ſi obligatur pro
principali, etiã in minori ſumma in

qua erat obligatus. principalis non
tenetur.l. Græcè. §. illud. ff. de fide-
iuſ. ibi : ſi fuerint in duriorem cau-
ſam adhibiti,placuit eos omnimo-
do non obligari:id eſt nullo modo
11 obligantur, † quia negatiua poſt-
poſita ſigno vniuerſali æquipollet
ſuo contrario:vt not. Bar.in l. legi-
timos.§. in legitimis.ff. de legit. tu.
in l.obligari.in prin.ff.de auto.tu. &
no.Bar.poſt glo .in d.§.illud.& not.
per gl.in d.§. fideiuſſores. in gl.j.in-
ſti. de fideiuſ. & hoc intelligitur ni-
ſi iuramentũ interponatur: quia fa-
cit valere actum eo modo quo po-
teſt.l.cum pater.§.filius matrem.vbi
Bar. de leg. ij. & not. Bar.in l.ſi quis
pro eo.col.fi.verſic.viij.prohibetur.
a ff.de fideiuſ.& tradit Alex. [a] in conſ.
xxxij.in cauſa executionis. li.j.in fi.
12 † Et etiam abſque iuramento vide-
b tur quòd de iure valet [b] obligatio
fideiuſſoris in minori ſumma in
qua erat obligatus principalis : quia
hoc eſt in conſtituto: vt eſt text.in l.
hactenus. in fin. ff. de conſtit. pecu.
Non obſtat quòd loquatur in con-
ſtituto:vt dicit.Bar.in d.§.illud.quia
non videtur quòd ratio diuerſitatis
aſſignari poſſit, & ad hoc facit text.
in d.§. illud. vbi generaliter dicitur,
quòd in omnibus qui pro aliis obli-
gantur, ſi in duriorem cauſam adhi
biti ſunt,placuit eos omnimodo nõ
obligari: nam ſi illud dictum nega-
tiuum intelligeretur generaliter etiã
reſpectu minoris ſummæ in qua o-
bligatus erat principalis , hoc non
eſſet verũ in omnibus qui pro aliis
obligantur,prout text.ibi dicit:quia
in conſtituto hoc non eſſet , d.l.ha-
ctenus.§.ſi. vt ergo illud dictum ne-
gatiuum verificetur in omnibus qui
pro aliis obligantur,prout text. vni-
uerſaliter loquitur , eſt neceſſarium
dicere, quòd illud dictum negatiuũ
intelligatur & referatur ad durio-
rem cauſam, ita quòd in illa durio-
ri cauſa in qua principalis non eſt
obligatus,nullo modo fideiuſſor o-
bligetur : ſed per hoc negatur quin
obligetur in minori ſumma in qua
erat obligatus principalis , & hoc
etiam ſuadetur per rationem Iuriſ-
conſulti ibi , qui cõſiderant cauſam
duriorem : vnde quatenus agitur de
cauſa duriori , illud dictum intelli-
gitur : quia dictũ à ratione debet re-
gulari. l. adigere. §. quanuis.de iure
patron. Sed cum durior cauſa eſſet
in minori ſumma pro qua principa
lis tenetur,in illa minori ſumma vi-
detur fideiuſſor obligari, & ita vide
tur de iure , licet Doct.aliter dicant.
Sextò fallit in caſu. c. cui de non ſa-
13 cerdotali. §. fi.de præben. in vj. † ſi
mandatur prouideri alicui de præ-
benda certi valoris , de præbenda
minoris valoris etiam illo volente
prouideri non poteſt: quia manda-
tum debet diligenter obſeruari , &
non habet locum niſi in caſibus ex-
preſſis.& per illum tex.dictũ fuit in
14 reg.l.nõ debet.ȝ.co.† q; in mandatis
non valet argumentũ de maiori ad
minus:& pariter nõ valet argumen-
tum de maiori quantitate ad mino-
rem valorẽ beneficij , per rationem
quæ ibi aſſignatur : quia mandatum
debet diligenter obſeruari. & facit
tex.in c.fi.de verb. ſign. & in l.ſi pu-
pillorum.§.ſi prætor. ff.de reb.corũ.
vbi mandatum prætoris ad venden-
dum , nõ habet locũ in obligatione
quæ minoris eſt præiudicij :& hoc
videtur procedere in mandato ſupe
rioris , prout iura ſuprà allegata lo-
quuntur. Secus videtur in mandato
priuati : quia illud impleri poteſt in
æquipollenti. l. ſi quis mihi bona.§.
ſed quid ſi mandauit. ff. de acquir.
hæred.in l.fi.§.fi.ff.mand.in princ.&
in l.ſi vltra.C.de fideiuſ.& loquũtur
iſta iura inter priuatos. Secus vide-
tur in mandatis ſuperiorum: per ſu-
pradicta. Sed tamen iſta differentia
non

non videtur habere rationem di-
15 uerſitatis : † quia mandatum ita in
ſuperioribus ſicut in priuatis regu-
latur à voluntate mandantis : vnde
in quolibet mandato debet perſcru
tari voluntas eius qui mandauit : &
ideo in d. c. cui de non ſacerdotali.
conſiderandum eſt, quia ibi voluit
papa prouidere alicui ſpecialiter de
beneficio certi valoris,& in minori
valore nõ eſſet illi prouiſum, prout
papa cogitauit , & facit quod not.
Pet.de Anch.in d.c.cui.
16 Septimo fallit † in teſtibus deponen
tibus ſuper valore rei: quia dixit de
maiori ſumma , non videtur in mi-
nori conſentire : vt not. Doct. poſt
Io. Andr.in c.de arbitris.in vj.col.j.
verſic. ſed quid ſi actor.in fi.cum ſi-
milib.vt tradit Alex.in l.j.in §.ſi ſti-
pulanti.de verb.oblig.in l.qui quar
tam.de legat.j & in l.inter pares. de
re iud.& latè Alex.in conſil.lxiiij.vi
ſa conſultatione.lib.ij.& Aret.in cõ
ſil.lxv.in præſenti conſultatione.

ADDITIO.

a Alex. & conſil.xxix.in fi. lib.vij.vbi
dixi. C. M.
b Valet. Hæc veritas , & ita obſeruatur.
eſt etiam purior litera Gregor.
Halo. in d.§. illud habet non omni-
no obligari. & ita firmiter tenen-
dum. C. M.

In §.Nemo alienæ rei.

Argumenta.

1 *Satiſdatio quid ſit.*
2 *Defenſor etiam immobilia poſſi-
dens ſatiſdare tenetur.*
3 *Defenſor alterius quando admit-
tatur ſine ſatiſdatione.*

NEmo alienæ rei expro-
miſſor idoneus videtur,
niſi cum ſatiſdatione.

ET iſta eſt regula antiquorum: vt
not.glo.per illũ tex. in §.ij.verſ.
quia nemo.inſtit. de ſatiſd.ad idem
text.in l.qui proprio. §.qui alium.ȝ.
de procur.facit tex.in l.rectè d. fen-
di ȝ.de iudic.in l.hæc autem §.rectè
defendi.ex quib. cauſ.in poſſ. eatur.
l.item ait prætor. in fin.ȝ. ex quibus
cauſis maior.ȷ. eod.l.qui rem.
Et iſta regula procedit etiam ſi ſit fi-
lius qui velit patrem defendere. l.fi-
liusfamiliâs.ſuprà eod.
1 Et † ſatiſdatio dicitur,quando quis
facit aliquem ſecurũ datis fideiuſ-
ſoribus.l.j.in fi. ſuprà qui ſatiſd. co-
gan.idem econtrà ſi pater filiam de-
fendat. l.& ideo.§. ſi filiusfamiliâs.
ſuprà rerum amot.
Secundo ampliatur etiam in procura-
tore qui haberet mandatum. l. ſi ad
defendendum. ſuprà iudic. ſ. l.& in
l.j.C.de ſatiſdan.
2 Tertio ampliatur † etiam ſi defen-
ſor poſſideret immobilia : quia ta-
men tenetur ſatiſdare,vt not.Bar.in
l.ſciendum.§.tutores ȝ.qui ſatiſdare
cog. Et etiã ſi locupletiſſimus ſit de-
fenſor, ſatiſdare tenetur.l. minor.§.
fi.cum duabus legibus ſeq.ȝ.de pro-
cura.& hoc videtur procedere,quia
lex ita procedit diſponendo : aliter
ſecus videtur , per ea quæ tradunt
Alex.& Moder. in l.j. ff.qui ſatiſda.
cogan.& in l.qui rem.ȷ.eod.
Et regula iſta ſecundum glo.limitatur,
3 niſi † quis ſuſciperet defenſionem
alterius allegando cauſas abſentiæ:
quia tũc admittitur ſine ſatiſdatio-
ne:vt gloſ.hic dicit, quæ eſt ſing.ſe-
cundum Paul.de Caſt.in d.l.filiusfa-
mil. poſt gloſ. ff. ibi : & Bart.etiam il-
lam ſequitur in l. ſi verò. §.de viro.
in fin ſ.ſol.mat.& not.Bar.in l.pen.
§.ad crimen.col. pen.de publ.iudic.
cum ſimil. vt tradit Alex. in l.filiuſ-
familiâs.in prin. Et hoc procedit in
cauſa criminali, vbi agitur de vtili-
tate publica,vt not.Bart.in l.vbi pa
ctum.col. pen.C.de tranſact. & in l.
ſeruum quoque.in §.publicè. col.ſi.

de procu.& ibi rationem efficacem adducit: quia cùm iudex debeat ſuſcipere defenſionem pro innocẽtia abſentis.l.ſi non defendantur.ℨ.de pœnis.& in d.§.publicè. pariter videtur ꝙ quilibet alius defenſor pro innocentia abſentis poſſit cõparere, & debeat admitti: vt notat Inn.in c.veniens.de accuſa.& not.Anton.de Bur.in c.cum parati.de appel.

Et ſecundum iſtam concluſionem latè fuit conſultũ per do.Anto.Roſel, in conſil. inſerto inter conſilia Barthol.Veronen.in conſ.xlvj. quidam do.Zacharias, cum conſiliis quampluribus ſucceſſiuè ibi ſequentibus. & idem dicitur in conſil. lxiij. primum dubium, in princ. inter dicta conſilia Barthol. Veronen. & idem dicit Corn.pluries ſe conſuluiſſe in conſil.ccliij.pro deciſione. in princ. lib. j. & ita reperitur in conſil.xvij. licet moris ſit. lib. iij, & in conſilio cclxxiiij.viſa inquiſitione. eod. lib. iij. & hoc procedit in cauſa criminali, & in ſatiſdatione, & iudicato ſoluendo, prout loquitur gloſſ.hic, & doct. in locis præallegat.ſecus in cauſa ciuili ſecundum Paul.de Caſt. in d.l.filiusfam.& ita finaliter Alex. ibi reſidet.Et de iſto executore quo modo admittatur, not.Bar.in trac. ad reprimendum. in verbo neglexerit. & in l. quæſitum. de iudic. cum ſimil.vt tradit ibi Alex.Et alias limitationes ad iſtam regulam tradunt Angel.Alex.& Moder.in d.l.filiusfamiliàs. & Modern.in l. exigendi.in prin.C.de procur.

In §.Pupillus.Argum.

1 *Pupillus quando per patientiam non obligetur.*
2 *Furioſus conſentire non poteſt.*
3 *Pupillus agere poteſt ratione iniuriæ ſibi illatæ.*
4 *Pupillus quantum ad primum decretum pati dicitur.*

PVpillus pati poſſe non intelligitur.

1 NAm in caſibus † in quibus patientia inducit conſenſum, &
patiẽtibus infertur præiudicium: vt
in l.decreto.de aqua plu.arcen.cum
ſimilib.alleg.in gloſſ.in illis caſibus
non obligatur pupillus, vt hic dicitur.add: text.in l.qui ad certũ.ℨ.locati. vbi ex patientia contractus locationis renouatur: quia ex patien-
2 tia tacitus conſenſus arguitur: † &
hoc nõ habet locum in furioſo qui cõſentire non poteſt, vt ibi dicitur: & pariter nec in pupillo qui nõ poteſt conſentire: quia per patientiam non videtur conſentire qui conſentire non poteſt: vt dicit tex.in l.ſi tibi.§.vnius.de opt.leg.& ideo pupillus præſens pro abſente habetur.l.ſi pupillus,ex quibus cauſis in poſſ.ea. vnde cùm pupillus non poſſit contrahere ſocietatem expreſſè. l. & in conditionibus.ff pro ſocio. pariter nec tacitè contracta videtur, vt not. Angel.in conſil.lx. morte dicti filij. in prin.not.Bart.in l.Titium & Mæuium.§.altero. de adminiſtr. tutor. col.ij. in l.ſi patruis.col. fi.C.cõmu. vtriuſq; iudic.de quo dixi in conſil. xxj.Rom.conſi.cccxiij. quo ad primum.in vj.dub.Andr. Sicul.in conſil.xxxj.col.ij.lib.j.

Et regula intelligitur quantum ad hoc
3 vt pupillus non obligetur: † ſed reſpectu iniuriæ quæ ſibi inferatur, pupillus pati dicitur, vt agere poſſit actione iniuriatum.l.illud.ℨ.de iniuriis.alleg.in gloſſ.vbi dicitur, quòd pupillus dicitur pati iniuriam, licet illam facere non poſſit. Et prædicta
a habet locum niſi pupillus [a] ſit proximus pubertati: quia tunc obligatur ratione furti,& iniuriæ.l. pupillum.infrà eo.de quo ibi videbimus.
4 Vltimo † etiam pupillus dicitur pati quantum ad primum decretum quod contra ipſum interponitur ſi non defendatur. in l.apud Iulianũ. §.ſi.ſuprà ex quib.cauſ. in poſſeſ.ea. in l.ſi pupillus. de priuileg. cred. de quo Rom. in conſil. cccclxiij. in re præſenti. not.Bart.in l.j.§.ſufficit.ℨ. de adminiſtr.tutor.circa fin.

ADDITIO.

a Pupillus. Adde eundem & quæ ibi poſui in apoſtil. in l.ferè in omnibus. ſuprà eod.

In §. Vbi verba. Argumenta.

1 *Alternatiua ad ſui veritatẽ requirit alterutram partem eſſe veram.*
2 *Copulatiua vtrunque copulatorũ requirit eſſe verum.*
3 *Verba ſi nec coniuncta ſunt, nec diſiuncta, qualiter ſint accipiẽda.*
4 *Punctum loco copulæ habetur in oratione ſoluta.*

VBi verba coniuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum.

AD declarationem tres concluſiones firmari poſſunt.

1 Prima, † quod in alternatiua [a] ſuffi-
a cit alteram partem eſſe veram: vt in regul. in alternatiuis. de regul. iur. cum ſimilib. vt dixi in c.inter cæteras.de reſcript. in iij.notab.
2 Secunda concluſio, † quòd ad verificationem copulæ requiritur concurſus copulatorum.l.ſi hæredi plures. de condi. inſtit. cum ſimilib. vt dixi in c.ij.col.iiij. de reſcript.

Tertia concluſio videtur ſecundum regulam hic, † quòd vbi verba non
3 ſunt coniuncta nec deſiuncta, ex mente pronuntiantis vel diſiuncta vel coniuncta accipiuntur: vt dicit tex. in l.alienationis verbum. §.fin. de verb.ſign.& ſi de mente pronuntiantis non apparet, ſufficit alterum fieri, vt hic dicitur. Et ad hoc facit quia in obſcuris, quod minimum eſt, inſpicitur.ſuprà eod.l.ſemper.& not.per gloſ. hic.

Contrarium tenet gloſ. in l.alienationis.præalleg.§.fi. quæ dicit, quòd in dubio coniuncta præſumitur. per l. triplici. §.videamus.de verb.ſignifi.
4 vbi probatur, quòd † in oratione ſo-
b luta punctus eſt loco copulæ [b], not. per glo. in l.pretia rerum. ad legem Falcid. cum ſimilib, vt tradit Alex. col.ij.in l.placet.in fi.C.de ſacroſan. eccleſ.Imol. in l.cum teſtamento.§. hæc verba.in fin. ſuprà de hæred.inſtit.in l.ſi ita quis.poſt Ang. eod.tit.

Sed poteſt reſponderi quòd ibi in d.§. videamus.conſtabat de mente propter ſubiectam materiam. & aliter reſpondet Dyn. in regu. in alternatiuis.in fi.eod.tit.in vj.& not.Bar.in in l. ſtipulationes non diuiduntur. in vij.de verb.obl.& in l.re coniuncti.in iij.oppoſit.de leg.iij.

ADDITIO.

a Alternatiua. Adde Felin. in c.inter cæteras.col.fin. hic alleg. qui ponit regulam cum ſuis fal.Dyn. & Doct. in regul.in alternatiuis hic alleg. & ibi eius addi.ſuper verb.ſatis.& ver. adimpleri.& circa not.quæſt.quam ponit do. Philip.in d. c.inter cæteras. verſic.poſtremo. adde Iaſ. in l.ſi ſe non obtulit.§.ſi ex conuentione. in ij.col.in ver.tenendo tantum. ſuprà de re iud.
b Copulæ. Deci. in rubr.in princ.ℨ.ſi cert.pet.lect.j.vbi dixi. C. M.

In §. Mulieribus. Argumenta.

1 *Mulieribus quando ſubueniendũ.*
2 *Deceptis ſubuenitur, non autem decipientibus. & nu.3.*

MVlieribus tunc ſuccur-
rendum eſt, cum defrau
1 dantur: non † vt facilius ca-
lumnientur.

AD idem text. in l. ij. §. verba ita-
que. ad Velleian. alleg. in gl. ibi,
2 † mulieribus deceptis, nõ decipien- 1
tibus iura opitulantur. Adde text. in
l. ſi ſine. in l. fœminis. C. ad Velleian. a
in l. ſi decipiendi. ſuprà ad Velleian. b
facit text. in l. ſi in alterius. C. ſi min.
ſe maior. dix. & in l. ſi probaueris. C.
3 ſi res alie. pign. da. ſit. Et † generali-
ter dicitur quod deceptis, & non de-
cipientibus iura ſubueniant. c. cum
vniuerſorum. de rer. permut. in c. in-
ter dilectos. de do. na. no. Ang. in cõſ.
clx. domina Catharina. col. pen. &
quod not. Fulgo. in conſ. lxj. domi-
na Catharina. col. fin. Alex. in conſi.
clxx. viſo proceſſus. col. pen. in ver.
plus dico. lib. iiij. Et facit quod not.
Guliel. de Cuneo, in l. qui iuraſſe. in
prin. ſuprà de iureiur. limitando il-
lum text. cum ſimilib. vt tradit ibi
Alex. Et limita d. l. ſi in alterius. vt
per Roma. in conſil. xij. viſo facto.
col. fi. ver. reſpondendũ eſt breuiter.

In l. Pupillum.

Argumenta.

1 *Pupillus quando dicatur puber-
tati proximus.*
2 *Doli capaces qui præſumantur.*
3 *Pupillus pubertati proximus pro
furto & iniuriis tenetur.*
4 *Pubertati proximus ex delicto &
iuramento obligatur.*
5 *Pubertati proximus ne ad pias
quidem cauſas teſtari poteſt.*
6 *Teſtari poteſt pubertati proximus,
ſi ſtatuto inducatur.*

PREGVLA XCI.
Vpillum qui proximus ſit
pubertati, capacem eſſe, & fu-
randi & iniuriæ faciendæ.

VIdendum eſt de duobus. Primo
quando dicatur pupillus proxi-
mus pubertati. Secundo, in quibus
caſibus ex delicto teneatur.
Circa primum dicit glo. hic, † quòd
maſculus à x. anno, cum dimidio
ſuprà dicitur proximus [a] pubertati
in fœminis, in nono [b] cum dimidio:
vt etiam not. per glo. inſtit. de inutil.
ſtip. in §. pupillus. in ver. proximus.
& in l. j. §. de noua. in gloſ. fi. & Bart.
ibi ſequitur, & ita communiter tene-
tur, vt dicit Ang. Aret. in d. §. pupil-
lus. idem glo. in §. in ſumma. in verſ.
proximus. & ibi Aret. inſti. de oblig.
quæ ex delict. & Bald. idem tenet in
l. ſi quis in tantam. col. ij. C. vnde vi.
Non omitto tamen quod Salic. in l.
impunitas. C. de pœnis. declarando
dicit verũ eſſe quod dicitur de pro-
ximo pubertati habito reſpectu ad
infantiam: quia minus diſtat à pu-
bertate, quàm ab infantia. Sed per
hoc non infertur quòd ſit doli ca-
pax: & ideo ſecundũ eum, cùm non
ſit hoc determinatum à iure arbi-
trio iudicis cõmittitur. l. j. ff. de iure
delib. & idem Ant. de But. in c. atte-
ſtationes. de deſponſ. impube. Abb.
refert in c. continebatur. de deſpon.
2 impuber. Et † doli capaces ſunt qui
ſunt prope pubertatem: vt dicit tex.
in l. apud Celſum. §. ſi quis non tu-
tor. verſi. deniq; Iulianus, de except.
doli. Et cùm hoc nõ ſit declaratum,
arbitrio iudicis relinquitur: vt con-
cludit Ioan. de Ana. in c. j. de delict.
puer. & ad hoc facit, quia etiam pro-
ximus infantiæ poteſt eſſe doli ca-
pax, imò etiam infans: vt not. per
gloſ. in d. c. j. de delict. puer. & Abb.
ibi, & in hoc tota vis conſiſtit: ideo
cùm in hoc certa ætas firmari non
poſſit, debet arbitrio iudicis decla-
rari. Et ad idem facit, quia text. hic,
cum

cum ſimilibus, loquuntur de proxi-
mis pubertati ſimpliciter: ergo de-
bent intelligi ſimpliciter, & non re-
ſpectu infantię. & ad hoc facit quod
not. Bald. per illum text in l. exci-
piuntur. ſuprà ad Sillan. vbi inquit,
quòd illa diſtinctio de proximo in-
fantiæ vel pubertati, non habet lo-
cum in delictis atrociter punien-
dis: quia tunc ille dicitur proximus
pubertati, qui parum diſtat à puber-
tate, per illum text. Sed certè ratio
Baldi videtur pariter in caſu no-
ſtro procedere: quia text. etiam ſim-
pliciter loquitur de proximo puber
tati, ibi: qui proximus ſit puberta-
ti. & eodem modo alia iura loquun
tur: & cum iſta proximitas non ſit
determinata; conſonat quod ar-
bitrio iudicis intelligatur, per ſu-
pradicta.
Circa ſecundum regula hic ponitur,
3 quòd † pupillus proximus puberta-
ti obligatur pro furto & ratione in-
iuriæ: & idem dicitur in l. impube-
rem. ſuprà de furt. & gloſſ. ibi dicit
idem eſſe in quolibet delicto. facit
text. in l. non excipiuntur. ſuprà ad
Sillania. & not. per glo. & Bart. in l.
ſi quis in tantam. C. vnde vi.
Et iſta diſtinctio etiam adhibetur in
contractibus: vt probatur in §. pu-
pillus. inſtit. de inutil. ſtipul. not. per
gloſ. in l. j. ſuprà de noua. declaran-
do, vt ibi per Bart. & Angel. Aret. in
d. § pupillus. Sic etiam proximè cin
gendus habetur pro cincto. l. penul.
de teſtam. milit. Sicut proximus ad
pubertatem habetur pro pubere.
Et per iſtum text. cum ſimil. in quibus
4 dicitur † quòd proximus pubertati
obligatur ex delicto, pariter infer-
tur quòd obligetur ex iuramento [c]:
vt not. Bar. in auth. ſacramenta pu-
berum. C. ſi aduerſ. vend. cũ ſimil. vt
tradit Alex. in l. qui iuraſſet. in prin.
de iureiur. & latè Moder. in authen.
ſacramenta puberum. & hoc com-
muniter tenetur ſecundum Abb. in
con. xxxix. duo ſunt. in lib. j. & idem
Abb. in conſil. cviij. illud in effectu.
lib. ij. Fulg. conſil. cxxvij.
Adde tamen quod iſta æquiparatio de
proximo pubertati ad pupillũ non
ſemper procedit: patet; quia licet
pubes teſtari poſſit l. qua ætate. de
5 teſtamen. † tamen proximus puber-
d tati nõ poteſt teſtari etiam ad pias [d]
cauſas: vt not. Bart. in l. ſi. in ij. q. de
ſacroſan. eccleſ. cum ſimilib. vt l. tè
tradit And. Sicul. in conſil. lviij. lib.
j. Aret. in d. l. ſi. in fi. C. de teſta. mil.
Benedict. Capra conſil. lxxxv. cum
viſo. & Philip. Franc. in rub. de teſt.
in vj. in iij. q. Et aduertendum eſt
e quia in pupillo proximo pubertati
videtur quòd poſſit diſpenſari [e], vt
not. Ange. & Alex. in l. fi. C. de teſta.
milit. & ſecundum Bar. in l. ſi quæ-
ramus, ſuprà de teſtamen. valet ſta-
6 tutum, † quod proximus pubertati
poſſit teſtari, de quo Andr. Sicul. in
conſil. xix. col. j. lib. j.
Vltimo not. quòd licet pupillus obli-
getur ex delicto, tamen pœna miti-
gari debet, vt dixi ſupra in regu. l. fe-
rè in omnibus. ſuprà eod.

ADDITIO.

a Proximus. Iaſ. auth. ſacramenta pu-
berum. C. ſi aduer. vend. l. properan-
dum. §. & ſi quidem. C. de iudiciis,
Soci. l. j. §. adipiſcimur, de acquirend.
poſſeſ. C. M.
b Nono. Sed quod ſolum in ſemeſtri
ante pubertatem, vt tenet Io. Igneus
late, l. j. §. impubes, nu. ro cum ſeq.
ſuprà ad Sillania. C. M.
c Iuramento. Non ſequitur, ſed potius
ſequitur, quòd puniendus eſt, ſi temerè
iuret, & huic morbo affuc fiat nã &
hoc plane delictum eſt. & diligẽter
curanda eſt diſciplina morũ etiam
in iunioribus à rectoribus Reipubl.
vt per Ariſt. Politi. lib. viij. male er-
go inferũt Doct. de obligatione pœ-
næ, ſeu coercitione pro ætatis mo-

do, ad ciuilem vel aliam obligationem, alioquin æquè colligi poſſet, q; ſi obligari poteſt ex delicto ergo ex contractu, quod eſt falſum. C.M.
d Pias. Idem not. Iaſ. in l. reſcripta. C. de prec. imp. off. col. fin.
e Diſpenſari. Adde Iaſ. in l. reſcripta. C. de prec. imp. offe. col. fin. in verſ. concludendo puto, &c.

In §. In hæredes. Argumenta.

1 *Actiones pœnales quot modis extinguantur.*
2 *Cadauer ad furcas ſuſpendere non licet.*
3 *Hæres nõ tenetur ex delicto defuncti, niſi de eo quod ad ſe peruenit.*
4 *Pœna iure ipſo impoſita defuncto, tranſit ad hæredes.*
5 *Lite cum defuncto conteſtata, tranſit proceſſus ad hæredem.*
6 *Hæres quibus actionibus teneatur ratione hæreditatis.*
7 *Pœna quando in hæredem trãſeat lite non conteſtata.*

IN hæredes non ſolent actiones transire quæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, damni iniuriæ, vi bonorum raptorum.

AD idem text. in §. non autem omnes. inſti. de perpet. & temp. act. & in l. j. ſuprà de priua. delic. & ad hoc facit, † quia per mortem, delictum & pœna extinguntur. l. defuncto. de pub. iud. l. in ſenatus. §. ſi propter mortem. ſuprà ad Turp. & in l. fin. C. ſi reus vel accuſ. mot. fue. & ideo poſt mortem quis accuſari non poteſt: ſecundum Dyn. in cap. quorundam, cum ſimi. ibi alleg. in

2 glo. † vnde non eſt licitum cadauer mortui ad furcas ſuſpendere: vt dicit Angel. in l. ij. a in verſic. vltimo ſcias. §. qui teſtam. face. poſſ. poſt Petr. & Cyn. ibi.
a Et idem Ang. in l. defuncto. dicit, quod errant aſſeſſores qui in defunctos faciunt executionem pœnæ capitalis, & quòd caueant: quia poſſent conueniri in ſyndicatu, tanquam inferentes iniuriam cadaueri. l. j. §. quoties. ſuprà de iniur.
Et idem Ang. in l. fi. C. ſi reus vel accu. mor. fue. in princ. & ſequitur Imol. in l. qui à latronibus. §. ſi quis. col. v. de teſt. & idem tenet Bald. in l. j. col. j. C. ne ex delic. defunct. cum ſimil. vt tradit Alexan. in d. l. ij. col. fin. C. qui teſta. face. poſſ. Angel. Aretin. in tract. Malef. in ver. qui iudex vides. columna vj.
3 Et regula iſta limitatur † primo non procedere in eo quod ad hæredem ex delicto defuncti perueniſſet, quia pro eo tenetur hæres, & conueniri poteſt. l. in hæredem. ſuprà de calum. l. in hæredem. ſuprà de dolo. cum ſim. alleg. ſuprà in reg. l. ſicuti pœna. ſuprà eod.
Et ratio ibi naturalis allegatur: quia ſicut hæres non tenetur ad pœnam ex delicto defuncti: ita pariter ex tali delicto lucrari non debet.
Et quia ſolum conſideratur quòd hæres non lucretur, pro eo quod ad eũ peruenit, datur actio in factum, & non actio quæ ſonet delictum. l. j. §. fin. de vi & vi ar. & in l. j. §. fin. ſuprà vi bo. rapt. vbi pro eo quod ad hæredem peruenit, non datur actio vi bonorum raptorum: quia putauit prætor ſufficere condictionem ad iſtum effectum ne hæres lucretur. Et ſufficit ad hæredem perueniſſe, quia tenetur: licet illud conſumpſerit. l. videamus. ſuprà quod met. cau. Et tali caſu obligatur etiam hæres hæredis, dato quod ad eum nihil peruenerit

uenerit: vt eſt text. nota. in l. videamus. quem ad hoc Angelus dicit ſingul. & in d. l. j. in fin. ne ex delictis defunct.
4 Secundo † reg. fallit, ſi pœna ipſo iure defuncto impoſita ſit: quia tunc tranſit ad hæredem, vt no. Bart. in d. l. j. de priua. delic. per l. Caius. ſuprà ad Sillan. & in l. commiſſa. de publ. & idem Ang. in d. l. j. C. ne ex delic. defunct. col. j. verſi. addo tibi alium caſum. alleg. etiam l. fi. ſuprà de his qui mort. ſibi cõſci. & idem Bal. ibi alleg. c. j. de homic. in vj. ad idẽ tex. in l. iij. §. quod autem. & ibi Bart. 3. quod quiſq; iur. Et hoc limitatur: vt per Imol. in c. fi. col. viij. de donat.
5 Tertio fallit, † ſi lis conteſtata ſit cum defunct. d. l. j. C. ne ex delict. & in §. pœnales. inſti. de perp. & temp. act. & not. Bar. in d. l. j. de priuat. delict. vbi rationem adducit. Et hoc procedit in actionibus ciuilib⁹ quæ
6 dantur ex delicto, † ſecus eſt in criminalibus & publicis iudiciis, in quibus hæres non tenetur niſi data fuerit ſententia. l. ex iudiciorum. ſuprà de public. iudi. not. Bart. in d. l. j. C. ne ex delict.
Quarto regula intelligitur quãdo pœna imponitur per modum agendi: ſecus ſi per modum excipiendi:
7 † quia tunc pœna tranſit in hæredem etiam lite non conteſtata, l. iij. §. quod autem. ſuprà quod quiſque iur. ſecundum vnum intellectum. & not. Angel. in d. l. j. C. ne ex delic. defunct. col. ij.
Quinto regula procedit de iure ciuili.
b Secus eſt de iure canonico b c. fin. de ſepul. vbi glo. & in d. c. in literis. de rap. vbi gloſ. de quo latè ibi inſiſtit Ioan. de Anan. qui omnes alios refert. & adde Domin. in conſil. iij. ſuper dubio præmiſſo.
Et de ſucceſſore in benefic. not. Card. in conſi. cxxxxiij. pro diſcuſſione. in princip. & aliæ limitationes colliguntur ex doctrina Bart. in d. l. j. de priua. delict. & Ang. qui etiam plenè loquitur in d. l. j. C. ne ex delict. defunct. & tradit Angel. Aretin. in d. §. non omnes autem. inſtit. de perp. & temp. actio. & Ioan. Bertac. in tract. ſuo de gabel. in iiij. lib. column. penult. & fina.

ADDITIO.

a In l. ij. Vbi poſt Alex. vide latè Iaſ. in ij. not. qui ponit etiam caſus in quibus cadauer poteſt puniri. & Hipp. de Marſil. in l. fin. in vj. col. in verſ. item crimina. ſuprà de quæſt.
b Canonico. Pet. de Anc. c. peccatum. de regul. iur. in vj. conſil. cccxxj. col. j. Alexan. conſil. iiij. col. x. lib. ij. Bertac. tract. gabella. part. ij. q. xxj. Iaſ. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. in fin. col. j. ſuprà ſi quis cau. Tamen Panor. in d. c. fin. de ſepult. & in repet. c. eccleſia. col. viij. de conſtitution. ſequitur ius ciuile, dicens canonicum non differre & bene dicit, ſed malè intelligit, accipiens ius ciuile vt hactenus omnes intellexerunt. Ego nouè dico, has leges ciuiles de non tranſmiſſione actionis ex delicto de pœnalibus intelligẽdas, non autem de rei perſecutoris, vt ſuo loco plenius dixi. Et idem quod Panor. ſentit Carolus Ruin. conſ. xx. lib. iiij. C.M.

REGVLA CXII.

NIhil intereſt, ipſo iure quis actionẽ non habeat: an per exceptionẽ infirmetur.

DE iſta regula dictum fuit in regula, l. non videtur cepiſſe.

In l. In toto. Argum.

1 *Pars cum toto dupliciter conſideratur.*
2 *Totum vniuerſale qualiter ſe habeat ad partem ſubiectiuam.*

3 *Plebs à populo differt, veluti ſpecies à genere.*

REGVLA CXIII.

a IN toto & pars [a] continetur.

b EAdem regula [b] habetur in regula, in toto.eo.tit. in vj.cum ſi.ibi in gl.allegatis.& facit regula.ſ.eo.l. ſemper in generalibus ſpecialia inſunt.

Et hoc propriè.l.ſi quis cum totum.in princ.vbi Socin. Et hoc idem dicit Bald.de ſpecie contenta ſub genere. In l.ij.C.de iure aur.annul.

1 Et ad declarationé reg.no.q † pars & totum conſideratur dupliciter:vt notat Bart.in l.ſi mater.§.ſi inter.de excep rei iud.Quædam eſt pars integralis & totũ integrale. Quædã eſt pars ſubiectiua,alia quantitatiua,& eodem modo totũ vniuerſale, totũ integrale,& pars integralis eſt, prout in domo quæ conſtat ex ſolo, pariete & tecto.l. cũ q. ædes.ſ.de vſuc.

Et eodem modo in vſufructu qui dicitur pars integralis fundi: quia proprietas cum vſufructu facit plenum dominium:vt not.per gloſ.in l.rectè dicimus.de verb.ſign.

Et per gl. & in l.iiij. ſuprà de vſufruct.

2 † Totũ verò vniuerſale & pars ſubiectiua dicitur,prout eſt gen⁹ & ſpecies, quo caſu poſita ſpecie ponitur genus: ſicut ſi dicatur,eſt homo,ergo eſt animal: non ſic in toto integrali, quia ad poſitioné partis non ſequitur totum:vnde poſito pariete, non ſequitur domus: & poſito vſufructu,nõ ſequitur ergo dominium: vt not.per gloſ.in d.l.rectè diximus. not.Bar.in d.§ ſi inter.& latius Bar. in l.coniuncti.col.iiij.verſ.iiij.dubitaui.de leg.iij. & in l.qui vſumfructum.de verb.oblig.

Et hoc modo declaratur text. in §.i.de
3 iure na.u §.plebs.vbi dicit, † quòd plebs differt à populo,tanquam ſpecies à genere: nam poſita ſpecie ponitur genus, & tamen poſita plebe nõ ponitur populus.nam ibi loquitur de toto integrali, quo caſu non valet argumentum: quia plebs non eſt pars populi ſubiectiua, ſed integralis:vt dixi in l.ij.§.j.ſ. ſi cert.pet.

Et ad regulam hic illa in vtroque toto videtur habere locum: quia in toto integrali,domus,paries,& ſolũ continetur: & in pleno dominio vſuſfructus continetur:& in toto vniuerſali generis ſpecies comprehenduntur.l. hoc legatũ. l.ſi chorus. de leg. iij.l.ſi ita.ſ.de vſu & habit.& in regula,ſemper in generalibus.

Et regu.intelligitur q continetur in effectu per viam commoditatis,& nõ formalitatis: vt dixi ſuprà in reg.l. in eod.& no.Dy.in ead.reg.in toto. eod.tit.in vj.vide Ang.in d.l. qui vſufructu.de verb.oblig.vbi bene diſtinguit de toto.

ADDITIO.

a Pars. Idem econtra quãdo qualitas adiecta cõuenit toti: & quãdo non, poſſumus dicere q magis de vna parte videatur intellectũ, quàm de altera,vt incertitudo vitetur. tex.eſt cum gloſſ.in l.vxori.in princ. ſuprà de legat.iij. Hier. Cuch.

b Regula. Fallit poſita alternatiua inter totũ integrale, vel quãtitatiuum & ſuam partem, l.j.ſecundum lecturam ſecundam.& ibi Bart.Socin.ſuprà de reb.dub. C. M.

REGVLA CXIIII.

IN obſcuris inſpici ſolet quod veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet.

ISta regula declaratur in l. ſemper in ſtipulationibus ſ.eod.

In l.Si quis obligatione. Argumenta.

1 *Pecuniam accipere, & obligatione liberari,paria ſunt.*

Simonia in remiſſione debiti poteſt committi,ſicut in datione.

2 *Dare & remittere paria ſunt.*

3 *Remittẽs debitum non liquidum, facere potius quàm dare dicitur.*

4 *Remiſſio ob aliam cauſam non dicitur donatio.*

5 *Remittere loquẽdo propriè non eſt dare.*

Dare quid ſit.

6 *Remittens dare dicitur,ſi pecunia non fuit ſolutioni parata.*

7 *Inſinuatio requiritur, quando ex cauſa donationis quid remittitur.*

REGVLA CXV.

SI quis obligatione liberatus ſit,poteſt videri cepiſſe.

ET gloſ.ponit exemplum in l.qui etiam. ſuprà de calum.vel paria
1 ſunt, quòd quis pecuniã acceperit, vel obligatione liberatus ſit.& adde q text.in c.veniẽs.el,j.de teſtib.vbi ſimonia committitur in remiſſione debiti ſicut in datione. & idẽ habe-
2 tur v.ij.q.iij.c.talia.† & ſic paria [a]
a ſunt, dare vel remittere. ad idẽ text. in l. ſi fundum §. Titio fundum. de leg.j. in l.ſi mulier. ſuprà de condictio.ob cauſ.not.Bar.per illum tex. in l.peculium.la j.in prin.de pecul.

Et per glo.in l.ſi interim.in verſ.donationis.vbi Bal.C.de ſol.facit text. in l.iij.§.ſi ſtipulanti. de dona.inter virum.in l.promittendo.§.j.in l. licet, in princ.de iure dot.

Et concluſio ſuprà facta intelligitur quando ex tali remiſſione aliquid acquiritur illi cui fit remiſſio: prout iura ſuprà alleg.loquuntur: ſecus ſi nullũ commodũ parti acquiratur, vt quia exceptio declinatoria remittatur:vt not. Abb.in d.c.veniens.

3 Secundo limitatur † quando remiſſio fit non debito liquido: ſecus ſi debitum non ſit liquidũ,ſed dubioſum:quia tunc ille qui remittit dicitur potius facere quàm dare: vt idẽ Abb.dicit in d.c.veniens.& gloſſ. ac Bart.in l.actione.ſ.de tranſact. cum ſim.vt Alex.tradit in d.l.ſi mulier.

Tertio limitatur,niſi remiſſio facta ſit de debito pœnali ex delicto: vt declarat Bal.in d.l.ſi mulier.in fi.

4 Quarto † niſi facta ſit remiſſio ob aliam cauſam: quia tunc non videtur donare,qui remittit:vt not.Pau. de Caſtro in l.contra iuris.§.j.ſuprà de pact.in verſi.item nota.

Quinto & vltimo cõcluſio declaratur procedere largo modo impropriè.
5 Sed † propriè & verè [b] remittere
b non eſt dare.l.Iulia.de cond.& de-
c mon.vbi conditio [c] dandi x. hæredi,non dicitur impleta per acceptilationem, ſed quaſi extiterit conditio legatum debetur. & ad hoc facit, quia dare eſt accipientis facere. §.ſic itaque.inſtit.de act.& hoc non verificatur in remiſſione.

Et quandoque licet dare, & donare,& nõ remittere:vt per glo.in c.ſtatutũ. §. notarium. in verſ. remiſſione. de reſcr.in vj. quia facilius fit remiſſiò, quã donatio:vt not.Bart.in l.ſi duo.
6 de verb.obli.† Et iſta limitatio procedit niſi pecunia parata fuiſſet ſolutioni: quia tunc ille qui remittit, dare intelligitur: quia pecunia fingitur ſibi data & reddita. l. ſingularia,ſuprà,ſi cer.pet. & ita dicit Paul. de Ca. in d.l.Iulia,per tex.in l.ſi ſpõſalibus.§.j.in fi.ſupra,de iure dot.

Soci.ibi dicit in d.l.Iulia.quòd illa loquitur in ſpecie debita, quia ancilla ibi erat debita in ſpecie: ſed nos loquimur in quantitate pecuniæ, quæ licet ſit parata ſolutioni, non erat debita quia erat debitum in genere.

Sed tamen idem videtur dicendum in quantitate: quia licet illa quantitas non eſſet debita,tamen ex quo erat parata ſolutioni,videtur producere

eundem effectum,quia eius ſolutio-
ne debitor liberatus fuiſſet. Aliter ta
men concludendum videtur: vt di-
camus quòd quantum ad factum,
remittere non eſt dare.& iſto reſpe-
ctu conditio dandi, ex remiſſione
pro impleta habetur: quia verè a-
ctus ſolutioni non interuenit.
Sed quo ad affectum videtur ex quo
nullum intereſſe conſiderari poteſt
inter ſolutionem & remiſſioné de-
biti liquidi. iſto reſpectu remittere
videtur dare. & ad hoc facit text.in
d.l. ſi fundum. §.Titio fundum. vbi
conditio dandi quæ debet impleri
in forma ſpecifica, dicitur impleta
per remiſſionem.
Ex ſupradictis infertur ſecundum gl.
7 hic, † quòd in remiſſione facta ex
cauſa donationis requiratur inſinua
d tio [d] & no.Bar.in l.Modeſtinus.ſu-
prà de donatio. cum ſimil. vt tradit
Alex.in l. ſi mulier. infrà de cond.
ob cauſ. & in l.creditori. C.de pact.
vbi dicit iſtam eſſe cõmunem opin.
& dicit Ang. in l. pacta quæ contra.
C.de pact.quòd vidit ita iudicari Pe
ruſij.& notat Bald.in conſi.ccj.præ-
ſuppoſito lib.iij.& in conſi.ccxxxj.
primo quæritur.eodem lib.iij.& A-
lexand.in conſi.cxxxvij. in cauſa &
lite.circa fin.libr.ij. Andr. Sicul. in
conſil. xlj.charta fin.col.j.& libro j.
& Anto.de Canario in tractatu inſi-
nuationis. in quæſt. xlvj. & xlvij.&
Socin.in d.l.creditori.

ADDITIO.

a Paria. Matthe. Afflic. deci.Neapol.
ccxxxij. C. M.
b Verè. Idem Felin. in c.veniens.el j.
de teſti.j.col.& remittere litem non
eſt dare. ita Bald. in l.j. C.de bonis
mat. in j. colum. ſequitur Iaſ. in l.ſi
pro fundo. C. de tranſact. pen. col.
remittere tamen rem vel actionem
bene eſt dare :vt ibi per eos, & per
Iaſ.in l.ſi mulier.hic alleg. H. C.

c Cõditio. Adde Iaſon.in l.ſi fundum
ſub conditione.§.Titio.de leg.j.
d Inſinuatio.Idem Ioan. Imol.in l.A-
quilius. in ij.col. verſic. extra gloſſ.
adde.ſuprà de donat.

NOn poteſt videri acce-
piſſe, qui ſtipulatus po-
teſt exceptione ſubmoueri.

DE iſta regula ſuprà dictum fuit
in regula.l.non videtur cepiſſe.

REGVLA CXVI.

NIhil conſenſui tam con-
trarium eſt (qui & bonæ
fidei iudicia ſuſtinet) quàm
vis atque metus:quem cõpro-
bare,contra bonos mores eſt.

DE metu dictum fuit ſuprà in re-
gula. l. in omnibus cauſis pro
facto accipitur.

In §. Non capitur.
Argumenta.

1 *Ius publicum eſt,quod cõmune eſt.*
2 *Reſtitutio in integrum nõ datur,*
niſi duobus concurrentibus.
3 *Libellus petitionis in integrum re-*
ſtitutionis qualiter formandus.
4 *Minor quando citra aliam læſio-*
nis probationem reſtituatur.

NOn capitur qui ius publi
cum ſequitur.

1 IVs publicum, † id eſt cõmune.&
concordat tex.in l.non videtur.C.
de in integr.reſt.& l.verũ.§. reſtitui-
tur. ſuprà de min.quæ iura gloſ.hic
adducit.& not.Bartol.ibi in d.l.ve-
2 rum in §.ſciendum. † duo enim re-
quiruntur vt concedatur reſtitutio
in integrum.l. nam & poſtea.in §.ſi
minor.ſuprà de iureiur. vbi dicitur,
quòd non ſtatim quod minor ſit,
datur

datur reſtitutio.Sed opus eſt proba-
re quod læſus ſit, & quòd ſit læſus
eius facilitate. d.l.verũ.§.ſciendum.
3 Ex his † forma libelli colligitur in
petendo reſtitutionem in integrum.
& not.Bart.in l.fi.C.de in integ.reſt.
in fi.vbi inquit, quod debet narrari
quòd ſit minor & læſus ſui facilita-
te:& non ſufficit dicere,quòd ſit mi-
nor læſus,quia libellus non conclu-
deret.& idem Bart.in d.§.ſciendum.
non tamen requiritur quòd expri-
mat cauſam læſionis,vt not.Bart.in
l.minor autem.§.j.ſupra de min.
Et ſecundum prædicta conſuluit Ioan.
de Ana. conſil. xlviij. circa præſen-
tem cauſam. & quod not. Abb. in
conſil.lxxvij. in quæſt. col.iij.lib.ij.
4 † Nota tamen vnum caſum in quo
minor reſtituitur abſque alia proba
tione erroris & læſionis, videlicet
quãdo in cauſa criminali confitetur
maleficium, de quo non conſtat ali
ter quam per cõfeſſionem: nam de-
bet reſtitui, quia eo ipſo apparet de
læſione,ita dicit Ang. in l.certum.§.
in pupillo.ſupra de confeſ. in verſi.
& ideo dicitur.alle. ad hoc Io.And.
in c.ij.de reſt.in integ in vj & dicit
eſſe dictum not.& quotidianum.&
a refert Alex.& ſequitur [a] in d.§.ſi mi-
nor.col.pen.& idem Alex.in conſil.
cxvj.in cauſa inquiſitionis. lib.iij.

ADDITIO.

a Sequitur. & etiam Iaſ. in l.error. in
ij.col.verſi.quinto limita. C.de iuris
& facti ignoran.

In §.Non videntur.
Argumenta.

1 *Error maximè omnium conſenſui*
eſt contrarius.
2 *Errantis nulla voluntas eſt, aut*
conſenſus.

NOn videntur conſentire
qui errant.

1 NIhil enim eſt † tã cõtrariũ con-
a ſenſui,quã error. l.ſi per errorẽ. [a]
ſupra, de iuriſd.om.iud. & error nõ
habet conſenſum. l.ij. in princ.ff.de
iudi. quæ iura allegata ſunt in gl. &
2 † nullus eſt errantis conſenſus.l.non
idcirco. C.de iur.& fact.igno.& nul
la errantis voluntas. l.ſed hoc ita.de
aqua plu.arcen. & proprium erroris
eſt approbare falſum pro vero.xxx-
viij. diſt. in c.quamuis. & errare eſt
aliud pro alio putare.xxij.q.ij.in c.
in quibus.Et iſta regula non videtur
habere aliquam limitationem,quia
vere non conſentit,qui errat.

ADDITIO.

a Si per errorem. Vbi vide Iaſ. in ij.
col.ver.not.regu.& Alex.in princ.&
Iaſ.in §.itẽ ſi quis inſt.de act.col.xij.

In l.Prætor bonorum.
Argumenta.

1 *Poſſeſſores bonorum in omnibus*
habentur loco hæredum.
2 *Libellus in hærede, locum habere*
poteſt in bonorum poſſeſſore.
3 *Libellus quare latam recipiat in-*
terpretationem.
4 *Statuta ſtrictè ſunt interpretãda.*

REGVLA CXVII.

PRætor bonorum poſſeſſo-
rem hæredis loco in omni
cauſa habet.

PRo iſta regula facit text. in l.ij.ff.
1 de bon.poſſ. † vbi dicitur, quòd
in omnibus vice hęredum bon.poſ.
habentur.& ideo conditio illa,ſi hę
res erit, verificatur in bon.poſſ. l.in
conditionibus.§.patronus.de cond.
& demõ.Et mandatũ factũ alicui vt
adeat hæreditatẽ,verificatur in bo.
poſſ.l.ſi quis mihi bona.§.ſed ſi mã-
dauit.de acq.hær. Et ſuccedentes de
iure prætorio largo modo dicũtur
hæredes:vt not. Bart.per illũ text.in
l.j.

2 l.j.C.vnde liberi. † vbi propter hoc
infert ad libellum qui in hærede lo-
quitur,quòd in bon.poſſ.ſaluari po-
teſt. Et iſta concluſio in libello de
3 plano procedit: † quia libellus latè
interpretari debet vt ſaluetur: vt no.
Bar.in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi
iurauero.ſ. de iureiuran. cum ſimil.
4 Sed † in ſtatuto quod ſtrictè debet
intelligi,eſſet maior dubitatio.Barr.
tamen idem concludit in ſtatuto,in
l.j.§.bonorũ.per illum tex.ſ.ad Tre-
bel.de quo ibi Alex.& latè Soc.ſcri-
bit in l.j.ſ de vulga.col.iij. vbi con-
cludit poſt Aretin. hoc non habere
a locum in materia odioſa.[a]

ADDITIO.

a Odioſa.Imò vt per Alciat.l.hæredi-
tatis appellatione.ſ.tit.j.adde Iaſ.l.j.
§.bonorum.ſupra ad Treb. C. M.

In l.Creditor.
Argumenta.

1 *Creditor ius pignoris remittit, qui eiuſdem alienationi conſentit.*

2 *Conſenſus tunc non præiudicat, ſi actus non valeat.*

3 *Debitum non cenſetur remiſſum, iure pignoris remiſſo.*

4 *Priuilegio renũtiare quando quis præſumatur.*

5 *Vxor poteſt marito pignus remittere.*

REGVLA CXVIII.

CReditor qui permittit rẽ
vænire,pignus dimittit.

ET reg.iſta intelligitur quòd con
1 ſentiat, † quia creditor conſen-
tiendo alienationi pignoris, vide-
a tur ius pignoris [a] remittere. l.iiij.§.
ſi in venditione.l.ſicut.§.ſi volunta-
te.ſ.quibus mod.pig.vel hipo. l.fin.
C.de remiſ.pign.ſi autem eſſet præ-
ſens,& non contradiceret, non vi-
deretur pignus remittere. d. l.ſicut.
§.non videtur. niſi in quibuſdam ca-
ſibus: vt not.Bar.ibi in d.l.fi.C.de re-
miſ.pig.Alex.in l.quæ dotis.circa fi.
in prin.ſupra ſolut.matrim.

Secundo regula intelligitur ſecundum
gl.hic, niſi creditor cõſentiret cum
releuatione iuris ſui. d.l.iiij. §.ſi in
venditione. & not. Rom. in conſil.
xciiij.§.viſis his. col.iij.
2 Tertio intelligitur † quando vendi-
tio vel alienatio cui creditor con-
ſenſit, valet: ſecus ſi non valet: quia
conſenſus non præiudicat. d.l.iiij.§.
ſi quibus mod. pig. & in d. l debitũ.
C.de remiſ.pign. facit l.fin. ſupra in
quibus cauſ.pig.

Et ad hoc facit, quòd remiſſio facta à
parte in compromiſſo,intelligitur ſi
compromiſſum habet effectum, ita
quòd laudum ſequutum ſit: vt not.
Bald. in l.ſi diuerſa. C. de tranſact.
col.ij.ver. ex prædictis apparet, cum
ſimil. vt tradit Alex. in conſil.xxij.
viſo inſtrumento,in princ.lib.1.
3 Quarto regula declaratur; † quòd
quãuis ius pignoris remittatur, de-
bitum tamẽ non videtur remiſſum:
b quia etiam ſi pignus [b] reddatur de-
bitori, nõ videtur debitum remitti.
l.poſtquàm. ſ. de pact. & in not.ca-
ſu tradit Cuman. conſi.xix.quidam
nobilis. & ratio videtur: quia debi-
tor conſequitur vtilitatem ex poſ-
ſeſſione pignoris: vt not.per gl.in d.
l.poſtquàm. & in c. eccleſia ſanctæ
Mariæ.el ij.vt lit.pend.& facit,quia
4 † ille qui facit actum contrarium
priuilegio, nunquam videtur velle
priuilegio renuntiare vbi poteſt eſ-
ſe alia cõiectura: vt not. Ant.de But.
in c.accedentibus.de priuileg.col.ij.
verſi.& per prædicta.Alexan.conſil.
xxxiij.ponderatis. libro v. dixi in c.
cum acceſſiſſent. de conſt.
5 Et iſta ratione † vxor marito pi-
gnus remittere poteſt: quia non eſt
donatio. l. ſi pignus. de his quæ in
fraud.credit.l.etiam.C.ad Velleian.
l.Luc

l.Lucius. infra quibus mod. pig.vel
hypo. & not. Bar. in l.j §.j.eod.titu.
quibus mod.pig.

ADDITIO.

a Pignoris. Idem Iaſ. in l. ſi fundum
per fideicommiſ. col. ix. verſi. ſimi-
liter.de leg.primo.
b Pignus. Secus tamẽ ſi reddat inſtru-
mentũ debiti.vt per Iaſ. in l.ſeruum
filij.§.eum qui de leg. j. in col.quod
qualiter intelligatur, vide not. diſt.
Abb. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ.
in ij.col.ver.reaſſumẽdo nunc,&c.

In l.Non vt ex pluribus.Argumen.

1 *Debitum eſſe poteſt quid ex pluribus cauſis.*

2 *Contraria eidẽ ſubiecto ſimul ineſſe nequeunt.*

3 *Meum eſſe nil poteſt ex pluribus cauſis.*

4 *Dominium ex vna cauſa quæſitum non poteſt ex alia quæri.*

REGVLA CXIX.

NOn vt ex pluribus cauſis
deberi nobis idẽ poteſt,
ita ex pluribus cauſis idem
poſſit noſtrum eſſe.

1 DVo ſunt dicta. † *Primum eſt*,
quòd eadem res ex pluribus
cauſis deberi poteſt: ſed eadem res
ex pluribus cauſis noſtra eſſe non
poteſt. Et de vtroque dicto eſt text.
in l.iij. §.ex pluribus. de acquir.poſ.

Et primum dictum limitatur dupliciter,
ſecundum Paul. de Caſtr. in d.§.
ex pluribus. poſt Bartol. ibi. primo
quando cauſæ ex quibus res debe-
2 tur,eſſent contrariæ; † quia contra-
ria ſtare non poſſunt in eodem ſub-
iecto. l.ij. §.ſi ſupra pro empt. in l.ſi
ancillam. ſupra pro ſuo.

Secundo limitatur ſi eſſet cauſa inua-
lida: quia ex illa deberi non poteſt.
l.cum res. C.de contrahend.emp.&
eſt regula communis, quòd non vi-
detur in conſideratione quod nul-
lum eſt. l. iiij. [a] §. condemnatum.
de re iud. in l. non putabat. §.non
quæuis.de contratab.
3 Secundum dictum limitatur † in
b pluribus cauſis [b] diuerſo tempore
concurrentibus: ſecus ſi eodem tem
pore concurrant: vt not.Bar.in d.§.
ex pluribus. in iiij. oppoſi. per iura
alleg.ibi in glo. in l.cũ quis peculio.
ſupra de ſol.in l.ſi creditori. §.Mar-
cellus.de leg. j. not. in l.in numera-
tionibus.ſupra de ſolutio.
4 † Et ratio videtur manifeſta: quia ſi
dominium acquiſitum fuit ex vna
cauſa, vlterius ex alia cauſa acquiri
non poteſt: quia quod meum eſt, vl-
terius meum effici non poteſt. §.ſic
itaque. inſtit. de actio. §. ſi cui fun-
dus.verſi.ſed ſi rem legatarij. inſtit.
de leg. & not. in l.ſi rem meam. de
verb. obl. & ratio iſta ceſſare vide-
tur, quando eodem tempore plures
cauſæ acquiſitionis concurrunt.

Secundo regula in ſecundo dicto li-
mitatur, quando res facta ſit noſtra
pleno iure: aliâs ſecus videtur: vt di-
xi ſupra in regula, neque pignus.

ADDTIO.

a l.iiij. Vbi plura exempla Doct.præ-
maximè Iaſ. in l.mora.
b Cauſis. Vide Socin. in tract. fallen.
in reg.c.Iaſ. in §.ſic itaque. hic alle.
vbi late poſt alios. & quæ poſui in
regula, neque pignus: hic allegata.

REGVLA CXX.

ALiud eſt vendere, aliud
eſt vendenti conſentire.

1 ET ideo † qui prohibetur manu-
mittere, non prohibetur manu-
mittenti conſentire.l.ij. l.ſi pater. in
fi.ſupra de manu. vindi. Et venden-
ti,non autem conſentienti datur re-
med

medium.l.ij.C.de reſcin. vend. vt
not.Bald. ibi in quæſt.xx.
a †Et prohibitus alienare non prohi-
betur alienanti conſentire: vt not.
per gl.& Bar.in l.cum pater. §.liber-
tis. de leg.ij. vide quæ dixi in c. ij.
col.vij.ver.vigeſimonono caſus.in
fin.de iudi. & not.Bald.in rub. C.de
pact.in fi.vbi inquit, quòd aliud eſt
contrahere, aliud eſt contrahenti
conſentire.vnde mulier quæ prohi-
betur contrahere, non prohibetur
contrahenti conſentire.
a Limita † niſi eſſet eadem ratio: [a]
quia tunc ille qui alienare vel ven-
dere prohibetur, prohibetur etiam
conſentire:vt not.Bald.& Salic.in l.
ij. C.ſi aduer.donat. vbi loquitur in
ſtatuto prohibente minorem alie-
nare: nã etiam alteri alienanti non
poterit conſentire: quia de facili
fraus poſſet fieri.& ita ibi tenet con
tra Iac.But.& no.And.Sicul.in con-
ſil.xlj. col.vij. lib. iij.& idem And.
Sicul.in c.ſi quis preſbyterorum.per
illum text. iuncto c.præcedenti, de
rebus eccle.& in c.peruenit. circa fi.
de empt.& vend.
Et facit alia regula quæ infra habetur,
in l.cum quis.in princ.infra eod.vbi
dicitur, quòd qui poteſt alienare,
poteſt etiam alienanti conſentire.
Et in ead. l. §.cum autem. dicitur,
quòd qui donare non poteſt, pariter
nec donanti conſentire poteſt. & fa
4 cit, † quia ſicut minor non poteſt
alienare rem immobilem ſine de-
creto, pariter alteri non poteſt con-
ſentire: vt not.Bald.in l.illud. aliâs
in l.ſi prædium. C. quando decret.
opus non eſt.
Et concludendum eſt, quòd ille qui
non poteſt contrahere, non poteſt
etiam alteri facienti conſentire,
quando eſt eadẽ ratio, aliâs ſecus:
vt not. Bald.in l.fin. col.ij. in verſic.
collige ergo. C.de pact. & vide glo.
in reg.l.cum quis poſſit.j.eod.& quę
ibi dicit reſoluuntur in eo quod di-
ctum eſt, an ſit eadem ratio.

ADDITIO.

a Ratio.Deci.in rub. in fin.C.de pact.
Rep.c.ij. col.v. de iud. Andr. Tiraq.
Rep.l.ſi vnquam. in verſi.donatione
largius.q.xxj.C.de re.do. C.M.

In §.Refertur.Argum.

1 *Actus à parte maiori factus, ad omnes eſt referendus.*
2 *Conſenſus omnium quando explicitè requiratur.*
3 *Conſenſus omnium in conſuetudine non eſt.*
4 *Concorditer aduerbium, quid ſignificet.*

Refertur ad vniuerſos quod publice fit per maiorem partem.

Eadem regula habetur in l.quod
1 maior. ff.ad municip. ibi: † pro
eo habetur, ac ſi omnes egerint. &
ſic hoc procedit per fictionem: vt
notat Abb.in capit.cum olim. in fi.
de re iudica. & alibi etiam habetur
quòd maior pars reputatur pro to-
to: vt not.Bar. in l.cum de lanionis.
§.Sabinus. per illum text. de fundo
inſtrum.in l.propter litem. vbi Bal.
ff.de excu.tut.in c.j.§.illum.de reſti.
ſpol.in l.j.
Et ratio iſtius regulæ videtur ſecun-
dum gl. hic, quia negotia vniuerſi-
tatis non poſſent de facili expediri,
ſi omnes deberent conſentire: vnde
quamuis dicatur in aliquo actu de
conſenſu omnium: idem tamen eſſe
videtur de conſenſu maioris partis,
vt not.Bar.in l.quicunque.in fin.per
illum text.cum glo. C.de omni agr.
deſer lib.xj. & no.Bal. in l.reſcriptũ.
in princ.per illum tex.ſ.de pact. Iſta
enim videtur interpretatio paſſiua,
quæ etiam haberet locum in mate-
ria odioſa, vt not.in l.j. §.lex Falci-
dia.ff.ad l.Fal.

Et hoc intelligitur niſi conſtaret de
a mente diſponentis, † quòd præciſè
conſenſus omnium requireretur. &
ita videtur procedere gl. no.quæ ha
betur in c.vbi periculũ. §.idẽ quoq;.
in ver.ſingulis.de elect.in vj.& not.
Bald.in c.non poteſt. de re iudic. in
prin.vbi inquit, quòd maior pars at-
tenditur, niſi expreſſe ſtatutum ſit,
quòd omnes debeant conſentire: &
illi de vniuerſitate ſtatuere poſſunt,
a [a], quòd in aliquo actu omnium cõ-
ſenſus præciſè requiratur: vt notat
Abb.in c.cõſtitutus.col. pen.in verſ.
3 ex quo notabis.de appel. † Secus ta
men eſſet in conſuetudine quæ non
valeret, quòd omnes præcisè debe-
rent conſentire: quia vtilitas eccle-
ſiæ ſæpenumero impediretur, cum
homines facilè diſſentiant. ita ſing.
Abb. dicit in c.j. in not.antepenult.
de his quæ fiunt à maio.par.cap.
Sed aduertendum eſt, quia ratio Abb.
ita videtur habere locum in ſtatuto
ſicut in conſuetudine: & tamen in
ſtatuto communiter doct.tenent va
lere ſtatutum, vt ſupra dixi. Et ideo
quantum ad hoc non videtur diffe-
rentia inter ſtatutum & conſuetudi-
nem.arg.l.de quibus.ſupra de legi.
Sed probabiliter diſtingui poteſt, quod
in aliquo vel in aliquibus caſibus
particularibus valeret ſtatutum &
conſuetudo: ſed generaliter dero-
gando huic regulæ non valeret ſta-
tutum & conſuetudo, per rationem
gloſ.hic.& Abb.in d.c.j & dixi in c.
4 cùm omnes de conſt.in ij lect. † Et
licet ſtatutum à maiori parte videa-
tur factum ab omnibus: non tamen
dicitur factũ concorditer: quia ver-
b bum concorditer [b] importat nemi
ne diſcrepante: vt Abb. concludit
contra Card.in c. non poteſt. de re
iud.col. pe. verſ.ſed dubitari poteſt.
vbi plura iura inducit.& idem tenet
Card. in clem.ne Rom. in verſic.co
ipſo.in viij.quæſt.de elect.per illum
tex.in ver. ſi hoc cœtui concorditer.
expedire videbitur. & ita declarat
ibi text.de elect.dum ibi dicitur, de
electione facta in concordia. & ad
idem eſt gloſſ.in c.cupientes.in §.ad
hæc. in verſi.concordent.de elec.in
vj.& ibi Dom.col.ij.cum ſim.vt tra
dit Alex. in l. iuriſgentium.§.hodie
tamen.ſupra de pact.
Et hoc intelligitur habita relatione
ad ſingulos. Secus videtur ſi verbũ
concorditer ad collegium ſeu vni-
uerſitatem referatur: vt no.Bald.di-
ſtinguit in d.c. non poteſt. de re iu-
c dic. & etiam propter ſubiectam [c]
materiam verbum in plena concor
dia verificatur in maiori parte: vt
not. Abb.in d.c.cùm olim. in fin. de
re iud. & de his plenius Feli.ſcribit
in d.c.non poteſt.col.penul.
Et pro pleniori declaratione huius re-
gulæ recurrendum eſt ad ea quæ
ſcripſi in c. cùm omnes. de conſtit.
& Mod.tradunt in d.l. iuriſgẽtium.
§.hodie.ſupra de pact.

ADDITIO.

a Poſſunt. Contrarium tenet Panor.
in diſp.ſuper concil.Baſilienſi, inci.
quoniam veritas.Alc.l.collegarum.
de ver.ſignifi. C. M.
b Concorditer.Alex. conſilio cxxiiij.
nu.2.lib.ij.vbi dixi. C. M.
c Subiectam. Bald. c.fi. in fin. de præ-
ſumpt.Ant.Butr.cap. ad aures.quod
metus cauſa. C. M.

In §.Abſurdum eſt.

Argumenta.

1 *Ius autoris ſi reſolutum ſit, reſoluitur ius acceptoris.*

Abſurdum eſt plus iuris habere eum cui legatus ſit fundus, quàm hæredem, aut ipſum teſtatorem ſi viueret.

Ad

AD idem tex. infrà eod. in l. in omnibus. §. non debes melioris conditionis eſſe, quàm autor meus
1 à quo ius in me tranſit. Et † ideo dicitur ꝙ reſoluto iure autoris, etiam ius habentis cauſam ab eo reſoluitur. l. lex vectigali fundo. ſuprà de pignor. in c. j. §. rurſus. quibus modis feud. amit. facit tex. in l. ij. C. ſi pign. in l. debitor. in fin. ſuprà de pign. act. & not. Alexand. in conſil. xj. ponderatis his. de quibus col. vij. verſicu. nec potuit. lib. iij.

Et in conſil. xxxviij. conſideratis his. col. ij. verſicu. alia ratione. lib. ij. & Imol. in conſil. viij. in caſu præmiſſo. col. fin. Baldus in conſil. cccxxiij. Maſſiolus. lib. iij. aliâs eſt, lib. j. ccclxxj. idem Socin. in conſil. lxxxv. viſo compromiſſo. col. fin. in princip. Quod limitatur, vt per Bald. in c. j. in ix. notab. de alien. feud. vbi limitat hoc duobus modis. & vide Alex. in conſilio clxxij. aliâs clxxiij. viſo themate. col. ij. lib. ij.

In l. In iure ciuili.

Argumenta.

1 *Conditio quando pro impleta haberi debeat.*

2 *Conditio in vltimis voluntatibus & in contractibus quãdo pro impleta habeatur. & nu. 6.*

3 *Conditio verè impleri debet, ſi teſtator hoc voluit.*

4 *Citatio requiſita in aliquo actu, quando conſideranda.*

5 *Cõditio an habeatur ꝓ impleta ab eo, cuius intereſt, impedita. et nu. 7.*

REGVLA CXXI.

IN iure ciuili receptum eſt quoties per eũ, cuius inter-
1 eſt conditionẽ non † impleri, non fiat quominus impleatur, perinde haberi ac ſi impleta conditio fuiſſet: quod ad libertates & legata, & ad hæredum inſtitutiones pducitur: quibus exẽplis ſtipulationes quoque cõmittuntur: cum per cõpromiſſorẽ factũ eſſet quo minus ſtipulator conditioni pareret.

EAdem regula habetur in reg. cũ ſtat per eum. eo. tit. in vj. Et not.
2 † quòd reg. habet locum in vltimis voluntatibus & in contractibus, vt hic. & idem eſt in diſpoſitione ſtatuti: nam ex forma ſtatuti debetur ſalariũ poſt latam ſententiam ſi nõ ſtat per iudicem. & ita ſi proteſtetur ſalariũ debetur: vt Ro. concludit in conſ. lxxxv. euidenter oſtenditur. & idem Ro. in conſ. ccccxxxiij. in eo in quo quæritur. col. fi. verſ. quo ad tertium. Et ad regulam hic concordat
a text. in l. in iure ciuili. [a] de condi. & demon. in l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam. in fin. de contrah. emp. in l. ſed ades. §. fi. in l. qui operas. ſuprà loc. & in l. j. §. diuus. ſuprà de extraordi. cog. in l. j. C. de his quæ ſub modo. & in l. j. C. de inſti. in l. executione. in fin. de verb. oblig.

Et iſta ratione ſi partes cõcordant, aduocato ſalarium debetur: vt not. per gloſſ. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. in verſ. communiter. de reſcript. in vj. & idem Spec. in tit. de ſala. §. j. dixi in conſil. lxx.

3 Et reg. iſta limitatur, † niſi teſtator voluiſſet verè cõditionem impleri: quia tunc nõ ſufficit ꝙ pro impleta habeatur: vt not. Bald. in l. ſi pater. in iij. q. in fi. C. de inſtit. & ſubſtit. & idẽ Bart. in l. vter ex fratribus. de cond. inſti. in fi. & ad hoc facit text. in l. in cõditionibus. §. i. de cõdi. & demon. vbi conditio regulatur à voluntate teſtatoris: & pariter idẽ eſſet dicendum in cõtrahentibus ſi ita cõuenirent, quia hic vltima volũtas & contractus à pari procedunt, per iſtum textum.

Secundo regula procedit quando impeditur ab eo cuius intereſt. & hoc intelligitur principaliter: ſecus ſi in conſequentiam, ſecundum gloſ. & hic ſequuntur Imol. & Moder. in d. l. iure ciuili. de condi. & demonſtr. & ad hoc bene facit gloſſ. in d. l. de vnoquoque. in prin. de re iudic. vbi
4 † citatio quæ debet in aliquo actu fieri ſolum cõſideratur in eo, de cuius intereſſe principaliter agitur. & not. Bart. in l. in diem. de aqua plu. arcend. cum ſimil. vt tradit Alex. in d. l. de vnoquoque. in prin. circa fi.

In quo tamen aduertendum eſt, quia quantum ad validitatem actus, ſatis eſt, ꝙ ille citatus ſit cuius principaliter intereſt. Sed quantum ad hoc quòd præiudicium inferatur illi qui in conſequentiã habet intereſſe, videtur citatio neceſſaria ſaltem per proclama: vt not. Bart. in l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pign. cum ſimil. vt per Alexan. in d. l. de vnoquoque. & ideo in caſu noſtro videtur ꝙ ſicut conditio pro impleta habetur quo ad illum de cuius intereſſe principaliter agitur, quãdo ipſe impediuit conditionem: eadem ratione videtur, quòd conditio habeatur pro impleta, quando ille impediuit, de cuius intereſſe agitur in conſequentiam, quãtũ ad illud intereſſe quod in conſequentia conſiderari poteſt, quia eadem ratio omnino videtur.

5 Tertio regula intelligitur, † quãdo impeditur directo ab eo cuius principaliter intereſt: ſecus ſi per indirectum: vt quia hæres impediuit lucrari ſeruum qui dando decem erat factus liber. l. iij. §. ſi quis ſeruum. ſ. de ſtatu liber.

6 Quarto † limitatur, niſi natura conditionis ſit talis ꝙ impediri poſſit. exemplum ſecundum glo. hic, Promitto tibi decem, ſi me viceris. Si ergo reſiſtam, & facto meo cõditio impediatur, non habetur pro impleta. & idem tenet glo. in l. in executione. §. fin. in fin. de verb. obligat. & hoc intelligitur quando ludendo quis impeditur. Secus ſi quis recuſaret ludere: quia tunc videtur ſtare per illum, & conditio habetur pro impleta. glo. in l. ſi gratuitam. §. fi. de præſcrip. verb. in verb. victori. not. Bart. & Doct. in l. in executione. §. fi. de verb. obl. & facit quod not. Paul. de Caſt. poſt Guliel. de Cu. in l. illud. §. ſi cuius. de tribu. vbi concludit, ꝙ ſi ego & tu egimus, quòd qui minus currit ſoluat decem. Si tu nõ vis currere, teneris ad decem: quia ſtat per te. & ad prædicta vide quæ not. Bal. in l. j. in x. q. C. de inſtit. & ſubſtit.

7 Quinto † declaratur, quòd conditio pro impleta habetur quantum ad hoc, vt diſpoſitio reddatur pura: nõ autem quòd non teneatur ſoluere quod ſemel obtulit, quia tenetur ſoluere: aliâs per vim exceptionis repellitur: vt not. Paul. de Caſt. in d. l. iure ciuili. de cond. & demonſtr. per text. in l. cui fundus. de cond. & demonſtr. vbi etiam Paul. de Caſt. in fi. poſt Bar. & alios ibi.

Et hoc intelligitur, niſi diſpoſitio perfectam habuiſſet executionem: quia tunc non cadit quòd res per viam exceptionis retineri poſſit. l. fi. C. de condi. inſer. vbi Bartol. & latius inſiſtunt Modern. in d. l. iure ciuili. de cond. & demonſtr.

Sexto limita, vt per Alex. in l. centeſimis. §. ſi ita ſtipulatus. vbi Iaſ. in iij. notab. de verb. oblig.

ADDITIO.

a In l. iure ciuili. vbi latè per Imol. & Socin. & in l. in teſtamento. ij. eod. tit. & per Doct. vbi Iaſ. in ij. col. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. in executione. §. fin. hic alleg. per Alex. in conſi. cij. col. j. in j. vol. Dec. conſ. d. xxix. in fi.

In l. Quæ propter. Arg.

1 *Neceßitas ipſa legi non ſubiecta, legem facere dicitur.*

2 *Neceßitas licitum facit quod aliàs eſſet illicitum. & nu. 3.*

4 *Mulieri nõ permittẽda fornicatio aut adulteriũ neceßitatis prætextu.*

5 *Mulier bannita occidi licitè poteſt adulterio autem violari nõ debet.*

REGVLA CXXII.

QVæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi.

1 SCriptum eſt, † ꝙ neceſſitas non
2 habet legem[a]: ſed ipſa legẽ facit:
j. q. j. in c. remiſſioné. de cõſec. diſt. j.
in c. ſicut in c. quanto. & de conſue.
in c. ij. de obſer. ieiu. in c. ſi quis pro-
pter neceſſitaté. de furt. in l. qui po-
tuerunt. ff. de manu. teſta. cum ſimil.
vt latè Rom. tradit in l. ſi verò. §. de
viro. in liiij. fallen. ſolu. matrim. vbi
xxxviij. mediis hoc probat. Et Albe.
in l. j. in fi. de offic. & in l. ij. in princ.
C. de patr. qui fil. diſtrax. Et Luc. de
Penna, in l. curiales. de decur. lib. x.
& not. glo. per illum text. in l. j. ff. de
offic. conſul. in auth. vt hi qui obli.
2 §. pen. in ver. neceſſitatis. Et † quod
non eſt licitum lege, neceſſitas facit
licitum. c. quod non eſt. de reg. iur.
facit text. in c. licet. de fer. in l. j. §. j.
de offic. eius. & in l. diuus Pius. de
pet. hæred. cum ſimil. vt And. Sicul.
tradit in c. j. de pign. & Fel. in c. cum
acceſſiſſét. col. viij ver. tertio reſtrin
gitur. de cõſti. & in c. ij. col. fi. de de-
ſpon. Et adde tex. in l. Cæſar. de pub.
& Feli. in c. ſignificauit. de Iud. in fi.
3 Et † prædicta procedunt durãte ne-
ceſſitate: aliàs ſecus. d. l. j. de off. eius.
nam quod pro neceſſitate ſtatutum
b fuit, ceſſante neceſſitate tollitur[b].
j. q. j. quod pro neceſſitate. cũ ſimil.
vt dixi in c. cum ceſſante. de appel.
vnde quod ſtatuitur prætextu neceſ
ſitatis, illud debet tolerari quatenus
durat neceſſitas: vt not. Batt. in l. j. §.
nunciatio. col. j. de oper. no. alleg. l. j.
in fin. de feriis. & l. ſenatus. de offic.
præſid. & iſtud eſt quod hic dicitur,
quòd recepta propter neceſſitatem,
non trahuntur in argumẽtum. Item
excuſatur quis à caſu neceſſitatis,
niſi culpa præcedat caſum. in l. ſi fi-
deiuſſor. §. ſi neceſſaria. qui ſatiſd.
cog. cum ſimil. ibi alleg. in gloſ.
4 Vltimo notandum eſt, † ꝙ prætextu
neceſſitatis turpitudo adulterij vel
fornicationis non permittitur mu-
lieri. l. palàm. §. non eſt ignoſcen-
dum. ff. de ritu nupt. ſecus eſt in fur-
to, quod propter neceſſitatem per-
c mittitur[c]. d. c. ſi quis propter neceſ-
ſitatem. de furt. & glo. ibi rationem
diuerſitatis adducit.
Et ratio videtur: quia mediante furto,
immediate prouidetur neceſſitati
famis: non ſic videtur in coitu illi-
cito, quia ex illo fames nõ ſatiatur,
& facit quod not. Bald. in l. fin. C. ſi
contra ius vel vtil. publi. vbi inquit,
5 quòd † licet mulier bannita occidi
poſſit, tamen adulterari non poteſt:
de cuius dicti veritate dixi in c. quæ
in eccleſiarum. de conſtit. col. vj.

ADDITIO.

a Legẽ. Vide aliqua per Iaſ. poſt Alex.
& Doct. in l. ſi ex toto. de leg j. in ij.
col. verſi. vltimo inducitur ita lex,
&c. & finaliter vide gl. & ibi Alex.
qui eam commendat in j. col. in c.
quoniam. xlviij. diſt. quæ ſingulari-
ter dicit, ꝙ illud quod non eſt lici-
tum, neceſſitas facit licitum: intelli-
gitur quãdo reperitur autoritas ali-
qua approbans ex neceſſitate illud
poſſe fieri ſaltem approbatione ge-
nerali, licet nõ ſpecialiter: aliàs non
eſt veniendum cõtra l. propria au-
toritate. de quo vide vltra alle. hic,
Felin. in c. querelam. de iureiur. col.
pen. ver. in glo. in ver. neceſſitate. &
eundem in c. cum in eccleſia. de ſi-
monia. Rom. conſil. ccxix. incip ex
themate. & in conſil. cxviij. & per
Hipp. de Marſ. in l. j. §. præterea. col.
xix. vſque in fi. §. & Albe. in Dictio.
in ver. neceſſitas. & Iaſ. in l. Marcel-
lus. §. res quæ. ij. col. ad Trebel. & Gi
rard. de Petra ſancta. in ſingul. 100.
quod eſt finale in ordine. vbi mul-
ta congerit per duas col. H. C.
b Tollitur. Bal. l. j. C. de nau. fœn. Ang.
conſil. liij. Hipp. Marſ. l. vnica. nu. 23.
C. de raptu virgin. Franc. Ripa trac.
de peſte. fol. 42. C. M.
c Permittitur. Intantum ꝙ etiam in
foro iudiciali nõ erat puniendus, ſe
cundum Abb. in d. c. ſi quis propter
neceſſitatem. Sed aduerte ad d. l. pa
làm. §. non eſt ignoſcendũ. quia lo-
quitur quando mulier eligit vitam
turpem prætextu paupertatis, perſe
uerãdo in dicta turpitudine: vt pro-
batur in verb. vitam. non tamen lo
quitur ꝙ extrema neceſſitate famis
coacta ſibi promiſit per fornicatio-
nem: nam tunc videtur ꝙ poſſit, nõ
per regulam traditam ibi per Doct.
ꝙ tempore neceſſitatis omnia ſunt
cõmunicanda, vt in c. diſcipulos, de
conſec. diſt. v. & in clxvij. diſt. & ſic
cum humana creatura nõ veniat in
fructu, vt in §. in pecudum. de rerũ
diuiſ. non ſit cõmunicanda: ſed per
aliam reg. ꝙ neceſſitas nõ habet le-
gem. j. q. j. c. remiſſionem, de cõſecr.
diſtinc. v. c. ſicut. l. qui potuerunt. de
manu. teſta. & ſic qđ illicitũ eſt, ne-
ceſſitas faciet licitum, nam propter
neceſſitatem quis excuſatur: puta ſi
potens mihi mandauit ꝙ occidam
Titiũ, aliàs ꝙ me interficiet: ſi occi-
dam, ſum excuſatus: vt ſatis remiſſi
uè per do. Phil. j. in l. is damnum. §.
eius verò. ff eo. & cogita ſi poſſet di-
ci in caſu noſtro, nõ reperitur auto
ritas aliqua approbãs hoc poſſe fie
ri ex neceſſitate ſaltẽ approbatio-
ne generali, quæ requiritur ad hoc,
vt procedat illud, quod regulariter
dicitur, ꝙ illicitum neceſſitas facit
licitum, ſecundũ glo. in c. quoniam
xlviij. diſt. quam ſuprà in j. apoſtil.
commendaui. Hier. Cuch.

In l. Cui ius eſt. Argum.

1 *Donatio & venditio inter alienationis ſpecies numerantur.*

2 *Alienatio fieri etiam dicitur, ſi res in emphyteuſim concedatur.*

3 *Emphyteuta rem emphyteuticam vendere non valens domino irrequiſito, donare poterit.*

4 *Donatio prohibita dicitur, ſi venditio prohibeatur.*

REGVLA CXXIII.

CVi ius eſt donandi, eidem & vendendi & concedendi ius eſt.

1 NAm † donatio & venditio ſunt
ſpecies alienationis. c. nulli. de
reb. eccleſ. non alien. & plenior vi-
detur alienatio quę fit per donatio-
nem, quia illa abſolutè facta vide-
tur, & nullã habet recompenſatio-
nem, ſicut in venditione contingit,
vbi pretium venditori debetur: &
ideo bene dicitur, ꝙ ille qui habet
poteſtaté donandi, & vendendi po-
teſtatem habere videtur: & pari ra-
tione videtur habere poteſtaté con
cedendi rem, puta in emphyteuſim.
2 vt gl. hic dicit † quia etiã talis con-
ceſſio alienatio dicitur. d. c. nulli.
Et iſta regula videtur procedere ſub-
1 *Ignorantia iuris excuſat à dolo.*
2 *Doloſus dicitur, qui quid lege fa-*
cit reſiſtente.
3 *Iuris peritus non excuſatur à dolo*
per ignorantiam iuris.
4 *Ignorantia excuſatus, ſuperuenien*
te ſcientia non excuſabitur.

NEmo videtur dolo face-
re, qui ignorat cauſam
cur non debeat petere.

VIde dicta ſuprà, in regu. l. qui in
alterius. ff. eo. Et regula iſta etiã
videtur habere locum in illo qui
ignoraret cauſam per ignorantiam
1 iuris: † quia etiam ignorantia iuris
excuſat à dolo. l. ſed & ſi lege. §. ſci-
re. ff. de petit. hæred. vbi dicitur, do-
lo caret, licet in iure errauerit. & ad
idem text. in l. ſi quis in graui. §. ſi
quis ignorans. verſi. & ſi ſciens. ff. ad
Sillan. & ad idem text. in l. ſi quis id
quod. verſi. doli. de iuriſd. om. iudic.
vbi Alexan. & ad text. inſtit. vi bon.
rapt. in § quia tamen. vbi Ang. Aret.
2 Et † hoc intelligitur, niſi lex prohi-
beat & reſiſtat: quia tunc videtur in
dolo. l. quemadmodum. C. de agric.
& cenſi. lib. xj. & in reg. qui contra
iura. de regul. iur. in vj. & ita Bart.
concludit in d. § ſcire. cum ſimil. vt
tradit Felin. in c. de quarta. de præ-
ſcript. col. x. verſ tertia reſtrictio.
Et quod dictum eſt de errore iuris qui
excuſat à dolo, limita, vt tradit
Alex. in l. ſi quis id quod. de iuriſd.
omn. iudic. vbi inquit, † hoc non
a procedere in iure perito [a]. l. ij. vbi
Ang. ſuprà quod quiſque iur. Simi-
liter regula procedit in dolo vero:
ſecus eſt in dolo præſumpto, vt no.
Bart. per illum tex. in d. l. diuus Clau
dius. ff. de falſis. & not. Dyn. in regul.
iuris ignorantia. eod. tit. in vj. col. ij.
& adde quod excuſatur durante igno-
4 rantia. Secus † ſi ſuperueniat ſciẽtia:
quia ſi perſeuerat, non excuſatur. l.
cũ ancillis. C. de inceſt. nup. vbi Bal.

ADDITIO.

a Perito. Ange. l. j §. pueritiam. de po-
ſtul. Rom. conſil. cccxxx. in fin. vide
Deci. l. ij. col. j. in fi. ff. quod quiſque
iuris. C. M.

In l. Cum principalis.

Argumenta.

1 *Acceſſorium ſequitur naturam*
ſui principalis. & nu. 3.
2 *Acceſſorium reſcinditur reſciſſo*
principali.
4 *Contractu principali exiſtente in-*
utili, valet confeßio cõtenta in illo.

REGVLA CXXXVIII.

CVm principalis cauſa non
conſiſtit, plerunque nec
ea quidem quæ ſequuntur, lo-
cum habent.

COncordat text. in l. nihil dolo.
1 in §. cum principalis. ff. [illegible] † &
hinc ſumpta eſt regul. acceſſorium.
2 eod. tit. in vj [a] facit tex. in §. liberis.
inſtit. de vulg. & pupil. cum ſimil.
alleg. hic in gloſ. & in d. reg. acceſ-
ſorium. ad idem text. in §. ſeruus. in-
ſtit. de leg. in l. ij. ff. de pecul. leg. fa-
cit text. in l. Lucius. ff. qui potior. in
pignor. in l. Aurelius. §. legatum. de
lib. leg. in l. non dubium. C. de legi.
2 Et † ideo reſciſſo principali, reſciſ-
ſum videtur acceſſorium: vt no. per
gloſ. in l. ſi patronus §. ſi patronum.
ff. ſi quid in fraud. patron. Et ſi non
tenet

tenet cõtractus principalis, nec pre-
carium valet, quòd eo acceſſoriè
continetur: vt not. Bald. in l. ex te-
ſtamento. C. de fideicommiſ. Alex.
in conſilio lxxxj. lecto & diſcuſſo.
col. iiij. lib. ij. & not. Bart. in l. nemo
poteſt. col. iij. de leg. j. Rom. in con-
ſilio ccxlvj. clariſſime acceſſor. &
idem Roma. in conſi. xv. viſo com-
promiſſo. in ij. dubio. cum ſimilib.
quæ not. ſunt.
Et quandoque tamen regulà iſta non
procedit: vt innuit text. hic, dum di-
cit, plerunque: nam regula intelligi
3 tur † vbi eſt eadem ratio: ſecus ſi di-
uerſa, vt not. Bart. in l. ita ſtipulatus.
in xij. oppoſi. de verb. oblig. & Bal.
in l. non dubium. in xiiij. oppoſi. C.
de leg. Alex. conſil. iiij. circa primũ.
col. pen. lib. j. & hoc modo procedit
text. allega. gloſ. hic, in l. & ſi is. de
præd. minor. & in l. ſtipulatio iſta. §.
alteri. de verbor. oblig.
Et hoc modo adaptari poteſt, quod
not. Bartol. in l. certi condictio. § . ſi
nummos. ff. ſi cert. petat. vbi voluit,
4 quòd † licet contractus principalis
ſit inutilis, cõfeſſio tamen valet quę
in tali contractu continetur. idem
Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. in §. Chry-
ſogonus. de verb. oblig. cum ſimil.
vt tradit ibi. Alex. col. viij nã ſi ſti-
pulatio inutilis interponatur ſuper
alio contractu alias de ſe valido,
inutilis ſtipulatio nõ impedit oriri
actionem ex illo cõtractu de ſe vti-
li, vt not. Bart. in l. j. §. ſi quis ita. de
verb. obliga. cum ſimil. vt tradit ibi
Alex. tunc enim ſi non valet quod
ago vt ago, valet vt valere poteſt. l.
certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer.
pet. & d. §. Chryſogonus. bonus tex.
in l. ſi ſtipuler. §. fi. de verbor. oblig.
nam tali caſu contractus qui à ſe-
ipſo valere poterat, nõ videtur ac-
ceſſorius: vel eſt eadem ratio quòd
vitietur: quia ſtipulatio fuit interpo
ſita ad maiorem confirmationem:
vnde ſi non valet, nõ impedit oriri
actionem. arg. l. iij. de teſta. mil. &
eodem modo dicitur quòd vitiato
expreſſo nõ vitiatur tacitum, quan-
do non eſt eadẽ ratio: vt not. Bart.
in l. fideiuſſor. in princ. de legat. j. &
not. Bald. in l. ſi tibi. §. de pignore. ff.
de pact. & dixi in d. §. ſi nummos. in
dictis caſibus ille contractus, licet
videatur acceſſorius, eius validitas
non pẽdet à principali, qui à ſeipſo
valet. Secus eſt in terminis regulæ:
quia validitas acceſſorij pendet à
principali: vt colligitur ibi, nec ea
quæ ſequuntur.

ADDITIO.

a In vj. Vbi videas Doct. & ſatis re-
miſſiuè per add. Dy. vltra quæ vide
latè Iaſo. in l. j. C. de iudic. & in l. hu-
iuſmodi. §. legatũ. de leg. j. per Hip-
pol. de Marſil. ſin. xvij. & ſing. clxxv.
Alex. in c. ſi laicus. xxxj. diſt. & in
c. qui ſacrũ 50. diſt. & quod not. tra-
dit Soc. in conſi. xlj. incip. in præſen-
ti conſulta. col. vj. in iiij. vol. vbi per
totũ cõſilium tractat mat. l. Lucius.
hic alleg. & do. Phil. in c. præterea.
de offic. deleg. col. vj. verſi. in gl. fin.
in prin. & in c. prudentiã. §. non ve-
rò. ij. col. verſ. in gl. in verſ. principa-
li. & eundem in cõſ. cxcvij. in iij. col.
verſ. ij. ſecundo diligenter. & Bar. in
q. xvij. Ang. in repe. ca. acceſſorium.
iſto tit. lib. vj. Hier. Cuch.

REGVLA CXXXIX.

IN obſcura voluntate manu-
mittẽtis fauẽdũ eſt libertati.

DE iſta regula ſuprà dictum eſt,
in l. quoties. eo. tit. & in l. pro-
xi. §. fi. de his quæ in teſtam. delen.

REGVLA CXL.

QVod iuſſu alterius ſolui-
tur, pro eo eſt quaſi ipſe
ſoluiſſet, vel ipſi ſolutum eſſet.

VIde dicta ſuprà eo. in regula l.
Is damnum dat.

In l.Si nemo.Argum.

1 *Relicta in teſtamento confirmari*
poſſunt per aditionem coactam.
2 *Hæreditas ſi pro adita habeatur,*
omnia in teſtamento relicta de-
bentur.
3 *Legata ad pias cauſas an debean-*
tur hæreditate non adita.
4 *Teſtator diſponere poteſt, legata*
deberi hæreditate non adita.

REGVLA CXLI.

SI nemo ſubiit hæreditatẽ,
omne ius in teſtamento ſol
a uitur[a].

ADde text.in l.ſi nemo. la j.ſ.de
teſta.tut.& in l.eam quam.C.de
fideicommiſ. in l. ſed & ſi plures.§.
ſi ex aſſe.verſi. nec enim.ſ.de vulg.
& pup. Ampliatur etiam in liberta-
te vt per Bar.in l.j.in pen.charta, in
verſic.quarto quæro.C.de ſacroſan.
eccleſi. Et ſufficit quòd ab vno ex
pluribus adita ſit.d.l.nemo.cum ſi-
mil.vt per gloſ.hic.& no.Ang.in d.
§.ex aſſe. vbi etiam alleg. text. in l.
apud Iuliam.§.idem Iulianus. ad
1 Treb.† Et ibi Alex.dicit, quòd reli-
cta in teſtamento confirmantur ita
per aditionẽ coactam ſicut per vo-
luntariam.Alleg.etiam tex.in l.nam
quod.§.ſi quis compulſus. ad Treb.
2 Et regula iſta limitatur primo, niſi
hęreditas pro adita habeatur,in tit.
ſi quis omiſ. cauſa teſta. quia tunc
omnia debentur l.ij.§.planè.ſuprà
de vulg.& not.Bart.in l.j.§.fin.ſ. de
vulg.Secundo reg.fallit in milite.l.
miles ita hæredẽ §.fi.ſ.de teſta.mil.
Tertio quando habetur pro adita pro
pter exiſtentiam ſui hæredis. l. ſi fi-
lius qui patri.ſuprà de vulg. & ita
not.Imol.in dicto §.ex aſſe.
Quarto adde quòd regula non habet
3 locum † in legatis ad pias cau-
b ſas[b],vt not.Bart. in l.j.C.de ſacroſ.
eccl.char pe.in verſ.quarto quæro.
de quo not. Bal.in conſi. cclxxxvij.
dicta mulier in fi.lib.iiij.& in con-
ſil.xx.ſuper primo lib. v. & conſil.
xxxix.viſo teſtamẽto.col.ij. eodem
libro v.Rom.latè conſil.cccccxxvij.
in terminis propoſitæ quęſtionis.&
in conſi. cccxxiij. In caſu conſulta-
tionis. Io. de Anan.in conſil.xxviij.
viſis col.pen.Aret.in conſi. lxiiij.di-
ligenter. col. pen.& in l.ſi filius qui
patri.colum.j.de vulg.& pupil. poſt
Imol.ibi And.Sicul.conſil.viij.ſcri-
bitur.col.viij.verſ.circa iſtam hæſi-
tationem.lib.j.aliquid. Alex. conſi.
iiij.venderetur.lib.ij.col.vij.
4 Quinto† teſtator poteſt diſponere
quod legata debeantur hæreditate
non adita,Alex. in l. nemo poteſt.
col. iij. in verſic. & iſta faciunt ad
quæſtionem. vbi tamen diſtinguit
poſt alios quos ibi refert,de legat.j.

ADDITIO.

a Soluitur. etiam ſi ſit ad pias cauſas,
Alex.conſi.cix.num.6.lib.ij. vbi di-
xit Nic. Boër.deci. Burdega. xlj.nu.
4. tamen hæc regula non procedit
in patria conſuetudinaria, vt dixi
in conſuetu. Pariſ.§. cxx. adhuc in
terminis iuris vix procedit propter
clauſulas codicillares vel ſimiles
quæ ſolent apponi vt fere ſuperua-
cuæ ſint duodecim limitationes;
quas ad hanc regulam tradit Iaſ. in
l. eam quã nu. 20. C.de fideic.C.M.
b Pias cauſas. Vide Iaſ.in l. eam quã.
C.de fideicom. xj. verſi.item conſi-
dera. vbi dicit communem opi. ca-
non. & legiſtarum eſſe contra Bart.
in d.l.j.C.de ſac.ſanct. eccle. imò quod
etiam relicta ad pias cauſas non de-
bentur hæreditate nõ adita.quæ ta-
men opin. limitatur vt ibi per eum.
idem tenet etiam Iaſ.in d.l.j.in j.le-
ctur. col. vj verſi.extra.glo. & in ij.
lect.col.ſi.verſi. vlt.inquantum,&c.
de qua quæſt. videas latiſſimè, &
melius quàm alibi, Barb.in rubric.
extra de teſt.col. lviij.verſ. nunc ad
vltimam quęſtionem.vbi etiam po
nit xxj. limitat. ad regulã noſtram.
& in l.fin.incipit diſcutere quæſtio-
nem iſtam an legata ad pias cau-
ſas.&c. Hier. Cuch.

REGVLA CXLII.

QVod nullius eſſe poteſt,
id vt alicuius fieret nulla
obligatio valet efficere.

VIdebimus ſtatim in l.impoſſibi-
lium, infrà eodem.

In l. Et ſi nihil.
Argumenta.

1 *Sententia ſolenniter lata, nihil in*
ea eſt immutandum.
2 *Iudex non debet exequi ſententiã,*
ſi de innocentia conſtet.
3 *Exceptio innocentiæ nunquã cen-*
ſetur excluſa.
4 *Contumax innocens non debet con*
demnari.
5 *Innocentia exiſtente notoria, non*
eſt neceſſariũ ſuperioris conſilium.
6 *Delinquens non deliberatur, ſi pœ*
na innocenti infligatur.

REGVLA CXLIII.

ET ſi nihil facile mutandũ
eſt ex ſolennibus: tamen
vbi æquitas euidens expoſcit,
ſubueniendum eſt.

COncordat. & exemplum habe
tur in l.pen.ſuprà de in integr.
1 reſti.vbi not.Ang.quòd licet † poſt
latam ſententiam ſolenniter nihil
ſit in ea mutandũ, ſed illi inhæren-
dum vt verba ſonant. l. iudex poſt-
quam.de re iudi.tamen propter eui
dentem æquitatem ſuccurrendũ eſt
ei qui ſententiam paſſus eſt contra
ſe,vnde dicit ipſe, ſuccurritur capi-
taliter condemnato contra verita-
tem: quia iudex debet ab executio-
ne abſtinere, & imperatori reſcri-
a bere.l.j.§.fi.de quæſtionib⁹.&Bar.[a]
ibi in verſ.item nota,dicit recurren
dum ad dominos qui non recogno
ſcunt ſuperiorẽ.& ad hoc eſt bonus
text. in l. diui fratres.ſ. de pœnis.&
ad idem text.in c.j.de purg vulg.&
ibi Abb. circa fin.& not.Bald.in l.j.
2 col. fin.C.de confeſſ.† quòd iudex
etiam poſt confeſſionẽ & condem-
nationem ſi liquet de innocentia,
non debet executionem facere in
pœna corporali.alleg.Innoc.in d.c.
ij.Et iſta exceptio innocentiæ nun-
quam excluſa videtur:vt dicit Bald.
in l.addictos.col.ij.C. de epiſco.au-
diend. quòd nunquam iudex debet
exequi ſententiã capitalem,ſi videt
illam eſſe iniuſtã. Alex. & Ian.in c.
paſtoralis. §.quia verò, de off.dele.
3 Et † propter hoc exceptio innocen
tiæ nunquã excluſa videtur: vt not.
Bald.in l.edita.C. de eden. col.pen.
ver.ex tribus autem.quia eſt etiam
de iure naturali.& ſequitur Ioan.de
Ana.in c.ſi aduerſus. in fi. de hæret.
& in cõſil.lix.viſa inquiſitione.cum
ſimil. vt tradit Alex. in conſi. cxiij.
viſo themate,col.ij.lib.v.
Et propter innocentiam probandam,
admittuntur teſtes inhabiles:vt no.
Specul.tit.de acquiſit.§.j.verſic. ſed
nunquid. Ioan.de Anan. ſequitur in
d.conſ.lix.Alexan. conſi.xxiiij.ani
maduerſis.colum.penult.lib.ij.
Et propter innocentiam dicit Bart. in
l.abſentem.ſuprà de pœnis. col. fin.
4 † quòd licet contumax habeatur
pro confeſſo:tamen iudex cui con-
ſtat abſentem contumacem eſſe in-
nocentem: non poteſt cõdemnare
illum contumacem.& idem Bart.in
conſil.c.à domino.Cy.col.fi.& Bar-
tho.Veron.conſil.xxix.viſo proceſ-
ſu col.v.in conſil.xlvij. quanquàm.

col.fi.Aret.conſi. cxlvj.viſa conſul.
col.ij.& iij. & facit quod not. Ang.
in l.ij.C.qui teſt. cum ſimilib. vt ibi
tradit Alex.& M d.& dixi in c.at ſi
clerici in prin.col.iij in verſi. vj.li-
mitatur.de iudic.& Paul. de Caſtro
conſil. xxxiiij.ſuper primo quæſito.
& Nellus in tractatu bānitorum.q.
xxxiiij.in ij. parte ſecūdi temporis,
vbi limitat quod dictum eſt de in-
5 nocentia.† Et adde quòd nō vide-
tur opus conſulere ſuperiorem ſi
innocentia eſſet notoria: vt quia
condemnatus fuit pro Titio occi-
ſo,& apparet illum viuere.d.c.ij de
purg. vulg.& in l. inde Neratius. §.
fin.ff.ad leg.Aquil.de quo Aret.in c.
de his.de accu. & Feli. in c.conſan-
6 guinei.col.fi. de re iudi.† Et not.ꝙ
ſi innocens ſit punitus,per hoc non
eſt liberatus ille qui deliquit. l.ſer-
uum.ff.de interrog.acti. vbi Bald.&
idem Bal.in c.j §.iniuria.col. fin.de
pace iur.fir.& in l.res inter alios, in
fin.C.quib.res iudi.non noc.Ang.in
l.quoties.§.fin.ff.ſol.matri.Abb.in c.
pen.in vij.q.de re iudic. Et ad iſtam
regulam faciunt quæ ff.dicta ſunt in
l.ambiguis.§ quoties.ſuprà eod.

ADDITIO.

a Vbi videas Hipp. de Marſil. col.xv.
verſic.nota etiam iſtum textum qui
per tres col.multa dicta Doct. con-
gerit vltra ea quæ hic poſuit domi.
Philip. & adde quòd ſi princeps re-
ſcribat alicui iudici vt talem deca-
pitare faciat,vel ſuſpendere,& non
apparet de cauſa, debet iudex ſuſ-
pendere per xxx.dies,ita eſt text.ſin
gu.in l.ſi vendicari. C.de pœnis. in-
tellige tamen, niſi ſecunda iuſſio
principis veniret,vt in c.ſi quando.
de reſcri.vbi Can. & Iaſ.in l.puniri.
in fin.C.ſi contra ius vel vtili.publi.

In l. Impoſsibiliū. Arg.

1 *Obligatio naturalis ex re impoſſi-*
bili an oriatur.
Obligatio naturalis tollitur ani-
mo ſublato.
2 *Stipulatio pœnalis non valet diſ-*
poſitioni impoſſibili adiecta.
3 *Difficultas facit ne mora com-*
mittatur, cum factum eſt in obli-
gatione.
Fideiuſſor promittēs ſe facturum
& curaturum nō tenetur, ſi fecit
quod potuit.
4 *Promittens factum alienum, ſi fe-*
cit quod potuit, excuſatur à pœna.
5 *Promittēs ſe facturum in omnem*
euentum, non excuſatur propter
difficultatem.
6 *Contractus ex conuentione legem*
accipiunt.

REGVLA CXLIIII.

IMpoſſibilium nulla obliga-
tio eſt.

IDem dicitur ſuprà.eo.l. quòd nul
lius eſſe poteſt.in regu.nemo po-
teſt.eod.tit.in vj.ad idem tex. in l.j.
§.ſi id quod.ſuprà de act.& obli.idē
in iudicis præcepto.l.fin. ſuprà quæ
1 ſent.ſine appe.† & adeo hoc proce
dit, ꝙ etiam naturalis obligatio nō
oritur:vt no. per gl.in dicta reg.ne-
mo poteſt. in verbo, obligari,quæ
ponderat tex. hic in verbo,nulla.&
ſic vniuerſaliter loquitur.& hoc no.
Bart.per illum tex.in l.ſi ſub impoſ-
ſibili.de fideiuſſor. & ratio videtur:
quia non videtur habere animum
ſe obligandi l.non ſolum. de actio.
& obligat.l.cum hæres.§.j. de ſtatu
libe. vnde ſi deficit animus, remo-
uetur naturalis obligatio.
2 Et eodem modo † ſtipulatio pœna-
lis adiecta præcedenti diſpoſitioni
impoſſibili nō valet.l.ſi homo mor
tuus. de verbor. oblig. ſecus tamen
eſt in eo qui promittit factum alie-
num

num: quia licet promiſſio non va-
leat.l.ſtipulatio iſta. §.j.in verſ. ne-
mo.de verb.obli.§.ſi quis alium.in-
ſti. de inuti.ſtip. tamen ſi pœna ap-
ponatur, valet d.l.ſtipulatio iſta.§.
j.in ver.mora faciendi,vt not.Bart.
in l. ſi duo.§. hæc verba.de conſtit.
pec.in l.ſi ita ſtipulatus.in vij.oppo.
quintæ partis de verb.oblig.cum ſi.
vt dixi in conſi ij.
Et ſi fecit quicquid potuit,non dicitur
eſſe in mora.l.quod te. ſuprà ſi cert.
pet.col.j. & ibi etiam col.iij.conclu
3 dit, † quòd quando factum eſt in
obligatione, indiſtinctè difficultas
impedit moram committi. l. ſi ve-
henda.§.pe. ad legem Rho. de iact.
in l.j.§.iubet.verſi.ſi frater.de colla.
bono.& ideo Abb.in conſ.xc.vide-
tur quòd fideiuſſores. lib.j. conclu-
dit, quòd fideiuſſores qui promiſe-
runt ſe facturos, & curaturos ſub
pœna, non incurrunt pœnam ſi fe-
cerunt quod potuerūt.& idem Bar.
in conſil.ccxxxvj.Martinus promi-
4 ſit,vbi ponit caſum de eo qui † pro-
a miſit ſe facturum,[a] quòd Berta con
traheret matrimonium cum Titio
ſub pœna: ſi fecit quicquid potuit,
excuſatur à pœna.idem Fed. in cōſ.
cxxj. Martinus promiſit.& ſequitur
Abb.poſt Ant.de Butr.in c.gemma.
de ſponſ. col.iij. verſi.ad vnum ſin-
gulariter aduerte.idem Abb.in c.ſi-
gnificantibus.in fi.de offi dele. Are.
in conſi.cxliij. ex facto proponitur.
col.liij.verſ. venio igitur ad primū.
& ibi dicit hoc procedere etiam ſi
dictum ſit cum effectu,quia intelli-
gitur quòd curabit cùm omni dili-
gentia verè,& non fictè.Si tamen fe-
cit quicquid potuit,excuſatur.
5 Et hoc intelligo † niſi conſtaret de
b voluntate[b] partium.quòd voluerit
obligari ad pœnam, vel intereſſe
ille qui promiſit in omnem euen-
tum quòd non ſit factum quod fuit
promiſſum: vt quia promiſit conſer
uare indemnem,vel ſoluere de ſuo
proprio. & ita procedit quod not.
Aretinus in l.ſi ita ſtipulatus.§. poſ-
ſum. vbi tenet contra communem
opinionem & quod notat Socin.in
conſ.cclxxxviij.circa primam quæ-
ſtio.in v.q.Cuma.in conſil. clxxxvj.
viſo teſtamento.conſil. clxxxix.te-
ſtator. nam quando ita apparet de
voluntate partium, videtur obliga-
tus ſimpliciter ſub euentu condit.
quo caſu quando quis incipit à con
ditionis euentu, non conſideratur
mora: ideo obligat.l.in illa.de ver.
c ob.Bar.[c] in l.cōtinuus §.illud in fin.
de verb.ob.in d.l.ſi homo mortuus.
& in d.l.ſi duo.§. hęc verba de con-
ſtit. pec. & ideo in caſu d.l.ſi homo
mortuus. fuiſſet facta promiſſio ab
euentu conditionis, promiſſio va-
luiſſet: & pari ratione quando con-
6 ſtaret de voluntate partium,† quia
contractus ex cōuentione partium
legem accipiunt. regu. contractus.
eod. tit. in vj. & in ſimili caſu Abb.
tradit in conſil. xliij. quidam dom.
Anton.libr.j.
De impoſſibilitate, vide Bart.& Imol.
latè in l j.de condi.inſtit.Ang.Aret.
in §. impoſſibilis. inſtit.de hære.in-
ſtit.gloſſ.& Doct.in d.regula,nemo
poteſt. Et an gratia Papæ vitietur
propter impoſſibilitatem. Roman.
conſi.cclviij.quæritur.

ADDITIO.

a Facturum. Latè Alciat.l.iiij.§. Cato.
num.30.de verb.obl. C. M.
b Voluntate.Dec.conſil.cccxxv.con-
ſil. cccxlv. in fin. Iaſon. l. ſtipulatio
iſta. in princip. de verb. oblig. Ber-
trand.conſil.lxix.lib j.Ludouic.Go-
zadi.conſi.xxvij.col.ij. C. M.
c Bartol. In l.ad idem.eod.& ibi Ale-
xand.limitat vt procedat ſi debetur
quantitas, ſecus ſi ſpecies. ſequitur
Lancel.Galliau.l.iiij.§. Cato.colum-
na decimaoctaua, de verbor.obli-
gatio. C. M.

REGVLA CXLV.

VAni timoris iuſta excuſatio non eſt.

VIde ſuprà in l. in omnibus cauſis. ſuprà eodem.

REGVLA CXLVI.

NIhil peti poteſt ante id tempus quo per rerum naturã perſolui poſſit: & cum ſoluendi tempus obligationi additur, niſi eo tempore præterito peti non poteſt.

VIDE ſuprà in l. cum in tempus.

In l. Si quis prægnantẽ.

Argumenta.

1 *Decedere ſine liberis non dicitur, qui prægnantẽ vxorem relinquit.*

2 *Mulieri in dubio prægnantem ſe aſſerenti creditur.*

REGVLA CXLVII.

SI quis prægnãtem vxorem reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

1 NOta † quòd non dicitur deceſ-
ſiſſe ſine liberis, qui vxorem
prægnantem reliquit. Et ideo ſub-
ſtitutus decedenti ſine liberis, non
admitteretur: quia etiam ſi vnus tã-
tum naſcatur conditio verificatur.
l. non eſt ſine liberis. de verb. ſigni.
Et propter iſtam ſpem natiuitatis mit-
titur ibi in poſſeſſionẽ, l. j §. toties.
verſi. æquius. & verſi. ſatius. de ven-
tre in poſ. mit. Et ſi partus naſcatur
ſecto ventre, ſubſtitutus excluditur:
vt not. Bal. in conſi. cix. verba teſta-
menti. lib. iij. facit tex. in l. quod di-
citur. de liber. & poſthum. licet ipſa
non dicatur peperiſſe. l. anniculus.
§. falſum eſt. de verbo. ſignifi. Et li-
mitatur, vt per Bal in prædicto con-
ſil. cix lib. iij. vide Fel. in c. ſicut, in ſi.
2 de homic. † Et in dubio creditur
mulieri dicenti ſe eſſe prægnãtem:
vt not. Ange. in l. illud, per gloſſ. ibi,
ſuprà ſi pars hered. pet. & hoc vide-
tur intelligendum concurrentibus
coniecturis: aliàs illi non creditur.
d. l. j. §. j. ibi: nec dicere ſe prægnan-
tem ſufficit. de ven. in poſ.
Et not. gloſſ. hic quæ dicit. quòd ante
natiuitatem non dicitur conditio
liberorum impleta: quia non dici-
tur homo ante natiuitatem, nec pu
niretur de homicidio. vide Feli. in
c. ſicut de homici. col. j.

In l. Vbi repugnantia.

Argumenta.

1 *Contraria allegans, non eſt audiendus.*

Ruſticus non excuſatur, ſi contraria allegauerit.

2 *Reprobatio teſtium quæ prohibita præſumatur.*

3 *Actus repugnans non poteſt in eſſe produci.*

4 *Diſpoſitio qualibet ſic debet intelligi, ne quid cõtrarium contineat.*

REGVLA CXLVIII.

VBi repugnantia inter ſe in teſtamento inueniẽtur, neutrum ratum eſt.

EXemplificatur per gloſſ. in l. ſi
Titius. ſuprà de condi. inſtit. fa-
cit text. in l. ſcripturæ. C. de fide in-
ſtru. in capi. ſollicitudine. de appel.
1 & in l. j C. de furt. vbi † allegans cõ-
traria, non auditur: & vbi eſt con-
trarietas, ibi non cadit executio,
nec ſimplicitas. Ideo etiam ruſticus
non excuſatur: vt not. Bald. in l. ſcri-
pturæ. columna finali verſicu. quæ-
runt doctores. C. de fide inſtrumen.
Et ideo remota nullitate, vel exce-
ptione,

a ptione, non videtur tolli [a] nullitas
vel exceptio. quæ habet in ſe cõtra-
rietatem: vt no. Ang. in l. tale pactũ.
§. qui prouocauit. col. xv. verſi. vlte-
rius iuxta prædicta quæro. ff. de pac.
2 Sic etiam † prohibita reprobatione
teſtium non videtur prohibita re-
probatio, quæ inſurgit ex contrarie
tate ipſorũ teſtium. vt not. Dom. in
c. ij. §. fin. co. de teſti. in vj. allegat
gl. quæ hoc dicit. iiij. quæſt. iij. in c.
ſi quis teſtibus. in verb. arguere. &
dicit Angel. in conſil. clxxxvij. hic
punctus prima fronte. circa finem.
3 † quòd nec Legiſlator nec Deus ipſe
poteſt actum repugnantem in eſſe
producere. alleg. iſtam l. vbi repu-
gnantia. & hoc de contrarietate in
l. in libello. in not. caſu tradit Alex.
in conſil. cxxj. viſo proceſſu. lib. j. &
Ang. in conſil. xxxvj. pro deciſione
quæſitorum col. ij. & Pau. de Caſtr.
in conſil. cccxciij. viſo quodam li-
bello, ſecundum primam formam
de quibus conſiliis dixi in l. edicta.
col. xvij.
Et quæ ſupra dicta ſunt de contrarie-
tate procedunt, quando eſt præciſa
contrarietas quæ tolli non poteſt:
ſecus ſi remoueri poteſt diſtinguen
4 do: † quia diſpoſitio ſi fieri poteſt,
ita intelligi & interpretari debet,
b ne contradicat, [b] vt in inſtrumen-
to probatur in c. inter dilectos. de
fide inſtr. in §. cæterum. & in con-
tractibus not. Bar. in l. fin. §. idẽ quæ-
ſiit. ſupra de condi. inde. & in poſi-
tionibus not. Bal. in c. cum falſa. in
fin. C. de iur. & fac. igno. cum ſim. vt
tradit Alex. in l. j. in princ. col. ij. ſu-
pra ne quis eum. Et in ſtatutis not.
Abb. in c. gratum. in prin. in c. ſuper
quæſtionum. in princ. in iij. not. de
offi. dele. Et in verbis ſententiæ not.
Bart. in conſil. cxj. quæritur. col. iiij.
ver. ſuper ſecũdo. Et de ſecunda in-
ueſtitura ſcribit Paul. de Ca. in conſ.
clxij. circa id quod primo quæritur,
col. ij. verſic. circa ſecundum. Et in
c omnibus [c] diſpoſitionibus hoc ha-
bet locum, vt per diſtinctionem, ſi
fieri poteſt, contrarietas remouea-
tur: vt Alex. concludit in conſi. cxlj.
viſo teſtamento. col. iiij. lib. ij. vbi
ad hoc plura inducit.

ADDITIO.

a Tolli. Deci. c. paſtoralis. col. vj. de
excep. C. M.
b Contradicat. Deci. l. ſi idem. in fin.
ſupra de iuriſ. om. iud. l. fi. col. iij. C.
de bo. poſ. ſecund. tab. Alex. conſil.
cxlj. nu. 5. lib. ij. vbi dixi. C. M
c Omnibus. Deci. l. fi. in princip. C. de
edend. conſ. cclxxxiiij col. iij. conſi.
cccxvij. Iaſ. conſi. xxxviij. lib. j. C M.

QVæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt.

DE hoc ſupra in l. impoſſibilium. ſupra eod. tit.

In l. Pupillus nec.

Argumenta.

1 *Pupillus ignorat etiam viſa, nec diſcernere nouit.*

2 *Pupillus pubertati proximus, præſumitur doli capax.*

3 *Pupillus infans ne naturaliter quidem obligari poteſt.*

REGVLA CXLIX.

PVpillus nec velle nec nolle in ea ætate (niſi appoſita tutoris autoritate) creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris autoritas neceſſaria eſt.

ET alibi in l. j. C. de fal. mo. dici-
1 tur, quòd † pupillus quicquid vi-
det, ignorat: & in tali ætate pupillus
nec ſcire, nec diſcernere poteſt. l.
pupillus. de acquir. hær. & eo. tit. l.
more. §. fi. dicitur, quòd non eſt con
ſilij capax, & in omnibus rebus in-
firmũ eſt eius iudicium, ideo tutore
autore

autore regitur. l. fi. ff. de manu.vin. & quia non ſentit, ingratus æſtimari non poteſt. l. ſi quis in ſuo. §. legis. in fi. C. de inof. teſt. Et propter lubricum cõſilij repellitur à teſtimonio. l. iij. §. lege Iulia. ff. de teſtibus. Et teſtari prohibetur, quia nullum habet indicium. §. præterea. inſtit. quibus non eſt permiſ. fa. teſt. & ſtabilem mentem non habet. l. fi. C. de teſtam. mili.

Et iſta regula cum ſimi. alleg. intelligi
tur in pupillo qui infans ſit vel in-
2 fantiæ proximus. † Secus videtur ſi
pubertati proximus ſit, per ea quæ
ſupradicta ſunt in reg. l. pupillum. ff.
eo. vbi dictũ eſt, ꝙ ex delicto obli-
gatur. Et concludendo, pupillus an
poſſit habere officiũ, dictum fuit ff.
in l. fœminæ. §. itẽ impuberes. ff. eo.
ti. An ex delicto dictũ eſt ff. eo. in l.
3 pupillum in contractibus. † pupillus
infans vel infantiæ proximus non obligatur etiam naturaliter. l. quòd pupillus. ff. de cond. inde vbi gl. ad idem tex. in l. pupillus ſupra. de act. & obl. & facit text. hic cum ſimi. Si verò ſit proximus pubertati, obligatur naturaliter. l. j. ff. de act. & obli. & no. per gloſ. hic. & Bar. in l. j. ff. de nouat. cuius dicta refert Ang. Aret. in §. pupillus. inſtit. de inuti. ſtip. & vide quæ dixi in l. non omnis. §. pupillus. ſupra ſi cert. pet.

In l. Quod euincitur.

Argumenta.

1 *Euictum à nobis, non eſt in bonis noſtris.*

2 *Bona dotalia non ſunt in bonis mariti computanda.*

REGVLA CL.

QVod euincitur, in bonis noſtris non eſt.

GLoſ. in fi. intelligit quando eui-
1 ctum ſit. † tunc enim non dici-
tur eſſe in bonis, quia non ſum dominus, nec bonæ fidei poſſeſſor. l. bonorum. §. in bonis. de verb. ſig. ſupra, vbi etiam in bonis eſſe dicitur quod bona fide poſſidemus. & in l. rem in bonis. de acqui. re. dom. dicitur, quòd dicitur eſſe in bonis res pro qua exceptio cõpetit poſſidenti, & actio contra poſſidentem, & hoc largo modo: aliàs verò quædã dicuntur non eſſe in bonis nec extra bona. l. j. de vſufruct. leg. & ibi Bar. & bona data in feudum computãtur in bonis vaſalli: vt not. Bal in c. j. in princip. circa fin. in tit. per quos fiat inueſt.
2 Et bona dotalia † non dicuntur in
bonis mariti. Bart. in l. Lucius. §. idẽ reſpondet. el. ij. ad munici. & cum res euicta ſit, an agatur prima actione, vide Bar. l. ſi quis aliam. ff. de ſol.

In l. Neratius.

Argumenta.

1 *Priuilegium datum viuenti, non competit defuncto.*

2 *Interpretatio priuilegij ſpectat ad concedentem.*

3 *Mortuus nõ poteſt doctoratus ſuſcipere dignitatem.*

4 *Priuilegium mortuo quale concedi poſſit.*

REGVLA CLI.

NEratius cõſultus an quod beneficium dare ſe quaſi viuenti Cęſar reſcripſerat, iam defuncto dediſſe exiſtimaretur, reſpondit non videri ſibi principem quod ei quem viuere exiſtimabat conceſsiſſet, defuncto cõceſsiſſe: quem tamen modum eſſe beneficij ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe.

Duo

1 DVo dicta colliguntur. † Primũ,
quòd priuilegium datum alicui tanquã viuenti mortuo nõ cõpetit.
2 Secundum, † quod interpretatio be-
neficij vel priuilegij ſpectat ad principem qui conceſſit. Circa primum gl. adducit ſimile, quòd iudicium inchoatum pro aliquo tanquam viuẽte, illo mortuo extinguitur. & ad idem text. alleg. in gl. in l. pe. ſupra quæ ſen. ſine appel. reſcin.
Et regula videtur loqui quando vnus credebatur eſſe ille cui datum ſit priuilegium, à fortiori ſi conſtaret illum mortuum eſſe, idem eſſet dicendum: quia mortuo legari non poteſt. l. j. §. in primo. de cad. toll. l. ij. §. j. l. diuus. §. fin. de iure cod. Et
3 † mortuus doctorari non poteſt: vt
no. Abb. in c. à nobis. de ſent. el. ij. in ij. col. in ver. item infero ad aliam quæſt. & mortuo literæ dari nõ poſſunt: vt not. q. tradit Bal. in l. Arethuſa. col. ij. ver. & prædicta faciunt ad quæſtionẽ. de ſtatu ho. Alia tamen ratio videtur, quando cogitabat illum viuum, & ſit mortuus, quia non cogitauit de illo mortuo. Secus ſi cogitauit illum mortuum, & priuilegium etiam mortuo conueniret: quia videtur quòd etiam mortuo conferri poſſit priuilegium, gratia exempli: qui non poteſt ſtare viuus in ciuitate, etiam mortuus ibi non
a poteſt [a] ſepeliri. l. ij. vbi Bar. l. ij. de
cadauer. pun. & ſepulchra hoſtium poſſunt violari. l. ſepulchra. ff. de ſe-
4 pulch. viol. † ideo videtur quòd
etiam mortuo dari poſſit priuilegium, quod ſepulchrum hoſtis violari nõ poſſit: vel quòd corpus mortui in ciuitatem deferri poſſit. vide dicta Aret. in §. licet. ex quibus cau. ma. in vlti. not. circa ſecundum dictum, adde tex. in l. ex facto. in prin. de vulg. & pupill. & in ca. cum veniſſent. de iud. declarando, vt dixi ibi.

ADDITIO.

a Poteſt. De quo vide Iaſ. qui plura congerit in l. ij. C. qui teſta. fa. poſ. Hipol. de Marſ. in l. final. ſupra de quæſt. col. antepe. vſque in fin.

In §. ea quæ in partes.

Argumenta.

1 *Seruitus viæ, itineris, aquæductus in obligationem pro parte non deducitur.*

2 *Hæredes plures ad opus faciendum grauati, obligantur inſolidum.*

REGVLA CLII.

EA quæ in partes diuidi nõ poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur.

EXemplum habetur in l. viæ. ſu-
1 pra de ſerui. vbi dicitur, † quòd
ſeruitus viæ, itineris, & aquæductus pro parte in obligationem deduci non poteſt: quia vſus eorum indiuiduus eſt, & ideo ſi ſtipulator deceſſerit pluribus hæredibus relictis, ſinguli inſolidum viam petunt: & promiſſor ſi pluribus relictis hæredi-
a bus deceſſerit: à ſingulis hęredibus [a]
ſolida petitio eſt. & idem dicitur in l. ij. §. ex his. ſupra de ver. oblig. ibi, dum inquit: & ideo ſi diuiſionem res promiſſa nõ recipiat, veluti via, hæredes promiſſoris ſinguli inſoli-
2 dum tenentur. † & ideo ſi plures
hæredes grauati ſunt à teſtatore ad faciẽdum opus: quilibet in ſolidum tenetur, l. fideicommiſſa. §. pen. inci. ſi in opere. de le. iij. vbi Bar. & ratio videtur, quia facta indiuidua ſunt ſicut ſeruitutes. l. ſtipulationes non diuiduntur. in prin. de verb. oblig. & de illo §. pe. vide Alexand. in l. ij. §. & harum. col. j. de ver. oblg. Et in indiuiduis quis conſequitur ex perſona alterius quod ex propria perſona nõ competeret l. ſi cõmunem ff. quemadmo. ſerui. amit. cum ſim.

vt

vt per Feli.in c.de præſcrip.

ADDITIO.

a Hæredibus. Sic etiam mortuo vaſallo hęredes eius tenentur iurare fidelitatem domino inſolidũ, licet poſſideant feudum pro parte. ita Ang. in §. ex his. hic alleg. arg. illius §. & ibi Aret. in ij. col. ver. ij. not. ibi quærit quid contra, an vnus vaſallus teneatur iurare fidelitatem omnibus hæredibus patroni. & concludit ſecũdum communem opi. quòd non tenetur niſi vni, & quòd erit in eius electione cui iurabit, per gl. in c. j. §. omnes filij ſi de feu. fue. contro. inter dom. & agn. H. C.

IN re dubia benigniorem interpretationem ſequi nõ minus iuſtius eſt, quàm tutius.

DIctum eſt ſupra eo. in regula, l. ſemper in dubiis.

In l. Omnia ferè. Arg.

1 *Statutum loquens de dominio, non habet locum in eo, quod hæres retro habuiſſe fingitur.*

2 *Fictio in præiudicium tertij non trahitur retro.*

3 *Fictio non habet locũ, vbi extrema requiſita nõ ſunt habilia in fictione de tẽpore ad tẽpus tranſlatiua.*

4 *Filius familias hæres inſtitutus, ſi ſui iuris fiat, hæreditatem poſtea aditam ſibi acquirit.*

Iudicium quando retrotrahatur.

REGVLA CLIII.

OMnia ferè iura hæredum perinde habentur, ac ſi continuo ſub tempore mortis hæredes extitiſſent.

COncordat tex. in l. omnis hæreditas. infra eodem & in l. hęres quandoque. ſupra de acqui. hær. & in l. ſi ex te. § fi. de ſtipul. ſeruorum. Et iſta regula procedit ſecundum fictionem, vt dicit Bart. poſt gl. in d. l.
1 hæres quandoque. † ex quo infert quòd ſtatutum quod loqueretur de dominio non haberet locum in tali dominio, quod hæres fingitur retro habuiſſe. quia in ſtatutis verba propriè accipiuntur. l. iij. §. hæc verba ſupra de ne. ge. vbi gl. & Bar. in terminis huius regulæ loquuntur. Et hoc facit quod dicit Bart. in d. l. hęres quandoque. quòd regula non habet locum in caſibus in quibus veritas requiritur, declarando text. in l. hæreditariæ. ſupra de fur. alle. gl. hic & ibi. Et ex hoc infert Rom. in d. l. hæres quandoq; ad q. de gabella in qualitate. ibi inſiſtit Aret.
2 Secundo infertur, † quòd talis fictio non trahitur retro in præiudicium alterius: vt not. Bar. per illum tex. in l. nam & ſeruitus. §. qui negotia. ſupra de neg. geſt. facit quod not. Bar. in l. ſi indebitum. §. ſi procurator. & in l. bonorum. ff. rem. rat. habe. cum ſimi. vt dixi ſupra in regu. l. ſemper qui non prohibet. §. j. ſupra eod.
3 Tertio infertur † quòd regula quæ procedit ſecundum fictionem non habet locum vbi extrema non ſunt habilia quæ requiruntur in fictione tranſlatiua de tempore ad tempus. l. denique. ſupra ex quibus cauſ. ma. l. huic ſcripturæ. ad leg. Aquil. in l. quoties. ff. de nouat. & ideo, quia quędam extinguuntur morte defuncti, quæ cùm non r[illegible]eriantur tempore aditionis, non poſſunt ad hæredem pertinere: quia vltimum extremum deficit, l. hæres in omne. ff. de acqui. hær. cũ not. ibi in gl. Quædam etiam nõ erant tempore mortis, & etiam iacente hæreditate inchoari non potuerunt, vt acquiſitio vſusfructus. l. vſusfructus, de ſtipu. ſeru. vel vſucapio. l. vſucapio. & l. ceptam ſupra de vſucap. Et in iſtis iſta fictio non habet locum. & ad

iſtam reſolutionem dicit Bart. in d. l. hæres quandoque. reducũtur contraria alleg. in gl. ibi & hic. Et propter prædictos caſus in quibus regula non procedit hic dicitur ferè. & in d. l. hæres ad denotandum, quòd regula non ſemper procedit. Et adde, quòd regula iſta etiam non videtur procedere quo ad perſonam
4 cui hæreditas acquirẽda ſit: † quia ſi filiusfamilias ſit hæres inſtitutus, & priuſquàm adeat efficiatur ſui iuris, hæreditas poſtea adita ſibi acquiritur: nec illa aditio retrotrahitur, vt patri acquiratur. l. non dubiũ. C. de iure deliber. & facit tex. in l. ſi ſolus. §. fin. de acquir. hæred. & cum attendatur tempus aditionis quo ad acquiſitionem.
5 † Ex ſupradictis [illegible] fertur ad quæſtionem, qu[illegible] aditio trahitur retro, quòd [illegible] procurator generalis eius cui erat delata hæreditas intentauit iudicium nomine hæredis inſtituti, & opponatur quòd hæres non adiuit hæreditatem, adeundo confirmatur iudicium, quia aditio retrotrahitur: [illegible] no. Bal. & Imo. poſt Cy. in d. l. hæres quandoque, quod declaratur, vt ibi per Aret. & adde Imol. qui ſimilem ponit quæſtionẽ quam dicit de facto habuiſſe in l. ſi filius qui patri. de vulg. col. ij. in verſ. & ſecundum hoc facit ad quæſtionem, de vulg.

In l. Qui [illegible]ceſsionẽ. Argu[illegible]

1 *Conditio de dando hæredi impletur, ſi hæredi hæredis detur.*

2 *Papa quilibet, Petri ſucceſſor dicitur.*

3 *Videtur verbum, improprietatem quandam deſignat.*

4 *Hæres hæredis capit omnia, quæ ſunt iuris.*

5 *Pœna hæredi impoſita, nõ tranſit in hæredem hæredis.*

6 *Prohibitio alienandi facta hæredi, in hæredem hæredis tranſmittitur. & nu. 7.*

REGVLA CLIIII.

QVi per ſucceſſionẽ quanuis longiſſimã defuncto hæredes extiterint, nõ minus hæredes intelligũtur, quã qui prĩcipaliter hęredes extiterĩt.

CVm iſta regula concordat tex. in l. fi. C. de hær. inſt. vbi hæres
a hæredis, dicitur [a] hæres teſtatoris. & in l. iij. §. ſed & ſi Titio. ff. de petit. hæred. in l. hæredis appellatione. in l. ſciendũ. de verb. ſig. in l. ſi quis filiũ. §. fi. de acq. hær. † Ideo cõditio de dãdo hęredi, impleta dicitur dã-
b do hæredi hæredis. [b] l. ſi peculium. §. hæredi. ff. de ſtat. lib. & in l. cũ ita datur. §. fi. de cond. & demonſtr.
Et quod dicitur hic de hærede, idẽ eſt
2 in alio ſucceſſore: † quia ſucceſſor Petri dicitur quilibet Papa, licet quãplures in medio fuerint: vt not. Dom. in c. j. in prin. in tertio notabili, per illũ textũ de homic. in vj. idẽ Domi. in prœmio. vj. §. ſanè. per illum text. & in c. j. in princ. ne cleric. vel monac. in vj. in cap. j. in iiij. notab. de cler. coniug. in vj. in c. cum expediat. in ſecundo not. de elect. in vj. in c. præſenti. in princi. & in c. penul. in princip. de præbend. in vj. ad idem tex. in clem. dudum. in princip. de ſepult. & facit text. in l. j. ſupra de caſtren. pecul. & quod per illum textum tradit Rom. in ſingulari dclxxxiij. hæred. hæredis.
Et prædicta largo modo & impro-
c priè [c] procedunt: vt dicit gloſſ. in l. hæredis appel. de verb. ſignifi. & ad hoc

hoc facit text. in d.l. ſi quis filium.
3 §.fi. in † verbo videtur.quod deno-
tat improprietatem:vt no. per Doc.
in l.j.§.deieciſſe. de vi & vi arm.in
l.naturaliter. de acq.poſſ.& ad hoc
facit tex.in l.j.§.hoc edictum.ſupra
quorum leg. quem ad hoc allegat
Are.in l.fi.§.fi.in verbo,not.de vulg.
& pup.dicens,quòd non eſt de pro-
prietate verbi, quòd hæres hæredis
dicatur hæres teſtatoris.& hæc con
firmatur, quia dicitur hæres ſecun-
dum quid, & non ſimpliciter, dum
appellatur hæres hæredis.d.l.fin.C.
de hær.inſti.ergo non propriè:quia
verba accipiuntur ſimpliciter,& nõ
ſecundum quid. l. hoc legatum.vbi
Bart.de leg.iij.
Et hoc verum eſt, niſi agatur de his
4 † quæ iuris ſunt: quia verè & pro-
priè in hæredem hæredis tranſmit-
tuntur: vt not Bal.in d.l.fi.xxj.quæ-
ſtio.vnde infert, quòd hæres hære-
dis contraueniendo incidit in pœ-
nam quæ fuit promiſſa,ſi hæres cõ-
trauenirer.
Secundo regula iſta nõ habet locum,
quando dicitur de hæredibus infra-
d ſcriptis: d vt not.Bart.in l.qui libe-
ris.§. hæc verba.de vulg. in fin.col.
verſic. quæro quid ſi teſtator. quia
infraſcripti dicuntur hæredes qui
legi poſſunt.l.j. ſuprà de his quæ in
teſta. delentur. & idem Imol. in l.ſi
quis filium.§.fi.ff. de acquir. hæred.
Et hoc procedit quando ſubeſt aliqua
ratio particularis affectionis in ſcri
ptis hæredibus:aliàs ſecus,vt tradit
Coraeus in conſil. lxix. quanquàm
libro iiij. Et per iſtã diſtinctionem
reduci poſſunt omnia iura quæ con
tra Bartol.adducunt Aretin.& Mo-
dern.in d.l.qui liberis.§. hæc verba,
conſiderando in effectu an ſit ea-
dem ratio.
e Tertio fallit,vbi agitur de pœna: e
5 † quia ſi hæredi impoſita ſit, non
habet locum in hærede hæredis: vt
no,Bar.in l.mulcta.de condi. & de-
monſt.in verſ. & per hoc dicitur.&
Bal.in l.fin.in q.xxiij.C. de hær.inſt.
Prohibitio tamen alienandi facta hæ-
6 redi,† ad hæredem hæredis exten-
ditur,vt not.Bar.in l. filiusfamilias.
§.diui. col fin.in verſ.quæro vtrum.
de lega.j.& in l. Lucius. §. Sempro-
niæ. de lega.iij.cum ſimili.vt tradit
Ro in conſil.cccclvij.circa propoſi-
tam conſultationẽ,in primo dubio.
7 Et hoc intelligitur, † niſi nomina-
tio hæredis facta ſit proprio nomi-
ne,vt not.Bart.in d.§. ſempronius.
cum ſimili. vt tradit Alex. in conſil.
lx.ponderatis his,in fi.lib.iij.

ADDITIO.

a Dicitur.Adde Alexan.conſil.cccvj.
lib.iij. latè Andr. Tiraquel. in tract.
Retract.conuen. [...] glоſ.vj num.17.
cum ſequen.
b Hæredis. Contrarium tenuit in l.
qui legat.ff.eod.in fi.verbis,vbi vi-
de quæ poſui in apoſtil. ſuper verb.
hæredis.& Corneus conſil. cclxxix.
incip.videtur prima facie.iij.vol.&
do.Philip. conſil. lxxxj.in j.colum.
incip.in caſu.
c Impropriè.Nam propriè,& regula-
riter appellatione hæredum veniũt
hæredes hæreditatis ipſius teſtato-
ris etiam extranei: vt tradit Corn.
conſil.cclxxij. incip. in hac conſul-
tatione.ij.colum.
d Infraſcriptis.Alexan.conſil.clxxiij.
colum.ij.lib. [...] è.l.fi.C.de hæ-
redib.inſtit.
e Pœna. Alexand. [...] conſil. cxl.num.4.
lib.vj.

In l.Expreſſa nocent. Argumenta.

1 *Effectus rei quando & per quid*
præſumatur mutari.
2 *Taciti & expreßi nõ eſt æqua vir*
tus quo ad actus nullitatem.

3 *Iuramentum calumniæ remitti po*
teſt tacite ſed non expreſſe.
4 *Error iuris expreſſus ſententiam*
vitiat.
5 *Expreßio quando proſit,& quan-*
do noceat.
6 *Renunciatio expreſſa efficacior eſt*
tacita.
7 *Dominium rei legatæ quando in*
legatarium tranſeat.
8 *Conditio expreſſa in vltimis volun*
tatibus quando tranſmißionẽ im-
pediat.
9 *Pignus per pactum expreſſum ipſo*
iure tollitur.
10 *Taciti & expreßi in cõtractibus*
eſt eadem virtus.

REGVLA CLV.

a EXpreſſa nocent a, non ex-
preſſa non nocent.

GLoſſ. ad declarationem regu-
læ firmauit tres concluſiones.
1 Prima † ſecundum regulam,vt ver-
ba ſonant. ad idem text. in l. non-
nunquam.in prin.& in l. ſi in diem.
§.fi.de cond.& demon. vbi dicitur,
quòd ſæpenumero effectus rei mu-
tatur, ex eo quod teſtator expreſſit
quod abſque expreſſione intelligi-
tur.ad idẽ text.in l. Sempronium. ff.
de hæred. inſtit.& in l. actus legiti-
mi.ſuprà eod.
Et iſta concluſio procedit quantum
ad annullationem actus, quia ma-
gis inficitur ex diſpoſitione expreſ-
2 ſa,quàm tacita. † vnde quo ad nul-
b litatem b actus, non eſt par virtus
taciti & expreſſi: vt dicit Bald. in
l.eleganter.§.ſi quis poſt.col. penul.
ſuprà de condict.indeb. & colligi-
3 tur in iuribus ſuprà allegat. † & vi-
demus quòd remiſſio iuramenti
calumniæ,expreſſe facta non valet,
& tacitè admittitur.c.j.de iuramen-
calum.in vj.c.cæterum. de iuramen.
ca. & in l. ij. §. ſed quia veremur.C.
eod.tit.
4 Et † error iuris expreſſus c in ſen-
c tentia, vitiat:ſecus ſi tacitè colliga-
tur vt not.in c j.de re iud. & per gl.
in l.ex diuerſo.§.fi.ff.ſol. matrim.
Et in caſu.d.l. nonnunquam. cũ ſimil.
ſuprà alleg.nõ procedit regula quæ
dicit quòd expreſſio eorum quæ ta-
citè inſunt, nihil operatur. l. iij. de
leg.j.l.hæredis.§.tractari. ff. quando
dies legat. ced. l. non rectè.C.de fi-
deiuſſ. Quia in dictis iuribus vide-
tur aliter facta expreſſio, quam in-
eſſet:vt declarat Imol.in d. l.ſi quis
Sempronium.& Doct. latè tradunt
in d.l.iij.de legat.j.
5 Secunda concluſio gloſ.eſt, † quòd
cõtra quãdoque expreſſio prodeſt.
l.fin.C.de nouat.cum ſimil.alleg. in
gloſ.Et expreſſa pupillaris ſubſtitu-
tio matrem excludit. l. Papinianus.
§.ſed nec impuberes.ff.de inoffic.te-
ſtamen.in c.ſi pater.de teſta.in vj.
Secus eſt in tacita:vt not.in l.precibus,
C.de impube. ſecundũ communem
intellectum.
6 Et expreſſa † renunciatio plus va-
let quàm tacita,gl. not.in clemen.
ſæpè.in ver. partibus.de verb. ſign.
Et expreſſa repudiatio plus nocet,
quàm tacita:vt not.Paul de Caſt in
l. C. qui admit. per gloſſ. in l.j.§.ſed
videndum. de cuius intellectu dixi
in d.l j.col.iij.
7 Et † quando res expreſſe legata ſit
tranſit dominium in legatarium.l.à
Titio.ſuprà de fur.l.ſi ibi homo. §.
cum ſeruus.de leg.j.
Secus eſt ſi tacitè relictum ſit, vt not.
Bar.in l. emptor §.ancilla. ff. de rei
vend.in verſic.ex quo nota.& in l.
ſeruum filij.§.fi.de leg.j.
8 Et † expreſſa conditio in vltimis
voluntatibus impedit tranſmiſſio-
nem.l.j.§.ſin autem aliquid ſub con

ditione.C.de cad.tollen.ſecus eſt in tacita.l.conditiones extrinſecus.de condi.& demonſtr.& not. Bal in l. qui ſub conditione. §.fin.in prin.ff. de cond. inſtit.

9 Et † per pactum expreſſum ipſo iure pignus tollitur. Secus eſt in tacito[d]: vt not.per glo.in l.tibi.§.de pi-
d gnore.ff. de pact. & procurator qui habet poteſtatem reuocandi ſubſti tutum ab eo,poteſt expreſſe reuoca
e re,non tacite[e]: vt not.Oldr.in conſ. cxxx. col.ij. de qua not. Domin. in c.ſi quem.de procur.in vj.& Nellus in tract.bannitorum,in ix.quęſt.iij. partis,primi temporis.

Tertia concluſio eſt ſecundum regu-
10 lam. l.cum quid.ff.ſi cer.pet.† quòd in contractibus par virtus eſt taciti & expreſſi.ad idē text. in l.triticum. de verbor.oblig.& hoc procedit in his quæ ſunt de natura contractus de quibus partes videntur cogitare: non tamen propriè hoc videtur ex intentione partium:ſed potius hoc videtur ex prouiſione.l. ſicut intereſſe.quod tacite venit in obligationibus facti, non dicitur eſſe ex diſpoſitionè hominis ſed legis vt no. Bart.in l.cum ſtipulatur. de verbor. oblig. & facit text. in d.l.cum quid. ibi,agi videtur,& ibi pro cauto habetur. iſta enim verba denotant fictionem.& ita Aret.dicit in l.iiij. §. Cato.col.xiiij.de verbor.oblig.d.xi in d. l. cum quid.vbi plenè materia explicatur.

ADDITIO.

a Nocent. Dicit Iaſ. in l. iij. §. filius. col. fi. ff.de liber.& poſth.quòd non eſt regula minus rationis habens.

b Nullitatem.Alex.conſ.lix.nu.15.lib. iij. vide ff eo.l.actus.nu.10. C. M.

c Expreſſus.Adde Socin.in tract. fall. in regu. cccl. Phil. Cor. conſil. liiij. col. iiij. incip. pro decitione. & in conſil. lxxj. col. ij. incip. ſuper. inj. vol.& in conſi.lxij.incip.quāquam. ij.col.iiij.vol.

d Tacito. imò idem Bald.& alij in d §.de pignore. C. M.

e Tacitè.Imo etiam tacitè. C. M.

REGVLA CLVI.

PRiuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ :& ideo quædam ad hęredes tranſ mittuntur,quæ cauſæ ſunt:quę perſonæ ſunt, ad hæredes non tranſeunt.

DE iſta regula dictū eſt ff.eod. l. in omnibus cauſis id obſeruat.

In l.Semper in contract.

Argumenta.

1 *Contractus liciti eſſe debent, & honeſti.*

2 *Honeſtatis cauſa ab omni reuerentia cenſetur exempta.*

3 *Vxores ſubditorum non debent cogi ad domos dominorum ingrediendum gratia chorearum.*

Mulier inhoneſta debet expelli de vicinia.

4 *Meretrices poſſunt ſigno notari.*

Maritus ad cōcubinam dimittendam compelli poteſt.

5 *Vxor adulterium committens dotem non perdit,marito cōcubinam tenente.*

6 *Vxor agere poteſt ad dotē & thori ſeparationem,marito concubina vtente.*

7 *Contrahentes & ſi licitè ſe mutuo decipiant,non tamen honeſte.*

8 *Turpitudo non dicitur, quæ iure permittente perpetratur.*

9 *Deceptio,etiam iure Canonico,contrahentibus permittitur.*

REG

REGVLA CLVII.

SEmper in cōtractibus non ſolum quod liceat,conſiderandum eſt,ſed & quod honeſtum eſt.

1 NOta quòd † in contractibus conſideratur non ſolùm quod licet, ſed etiam quod honeſtum ſit. nam vnum eſt præceptum iuſtitiæ, quòd viuat quis honeſtè. l. iuſtitia. §. iuris præcepta. de iuſti. & iur.&
2 ideo † ius honeſtatis ab omni reuerentia ſemper exemptum eſſe intelligitur : vt not. Bald.in l.quod ex libera.C.de oper.liber.vbi per illum
3 textum infertur, quòd † ſubditi alicui domino non debent compelli, vt eorum mulieres vadant ad domum domini ad tripudiandum,ratione honeſtatis.Et propter hoc dicit Pau.de Ca.in l.nullus.C. de ſumma Trin. quòd ſi aliqua mulier inhoneſta veniat ad habitandum, vicini illam expellere poſſunt, alleg. not.in §.fi.in auth.de leno.

4 Et † ideo meretrices cogi poſſunt portare aliquod ſignum, vt diſcernantur ab aliis:vt not.Bal.per illum tex.in l.minimè.C.de epiſc.aud.

Et ratione honeſtatis ad inſtantiam vxoris & coniunctorū poteſt compelli maritus ad dimittendum concubinam : vt not. Paul.de Caſt.poſt antiquos,vbi refert in d.l.iuſtitia.§. iuris præcepta.

5 Et † quando maritus tenet concubinam, ſi vxor committit adulterium,non perdit dotem : vt not.di-
a cit Paul.de Caſt.in conſil.cxxviij[a]. hęc mulier non debet excludi:quia paria delicta mutua compenſatio-
b ne tolluntur. l. viro[b] atque vxore. ff.ſol.matrimon.& in c. ſignificaſti. de adulteriis.

6 Et † quando maritus tenet concu-
c binam, poteſt vxor agere[c] ad ſeparationē thori,& dotem repetere & debet lucrari donat. propter nuptias,vt Raph.Cuman.concludit,in conſ.lxxv.domina Andriola.in fi.

Et ad tex.hic qui dicit, quòd honeſtas attenditur in cōtractibus, dicit glo.
7 quòd † licet iura permittant contrahentibus ſe adinuicem decipere.l.in cauſæ.la ij.§.pen.ff.de minoribus l.item ſi pretio. §.fin.ff.locati: non tamen hoc honeſtū eſt, & non conuenit bono viro. & in hoc glo. iſta eſt not. quam Bald. ſequitur in auth. ad hæc.in pen. col.ff. de vſur. in c.quanto.de iureiur. in c.proponente.de reſcript.Et dicit Bald.in l. cum ipſe.in prin. C.de contrahend. empt.in princ.quòd ad bonā fidem ſpectat iuſto pretio vendere.

Et per iſtam gloſ. not.cautelam tradit Io. de An. in c.in ciuitate.col.viij. de vſur.dicēs apud Ferrarien.conſuluiſſe, vt interrogetur ille qui minus iuſto pretio emit, an ſit bonus vir : & ſi confitebitur hoc quòd veriſimiliter nō negauit, tenebitur ad iuſtum pretium.

Iſtam cautelā videtur reprobare Feli. in c.fin.de præſumptio.col.iiij.quia non videtur quòd cogatur illi poſitioni reſpondere,quia continet turpitudinē iuxta not.per glo.& Doct. in l. qui iuraſſe.§.ſi pater.de iureiur.

8 Sed † reſponderi poteſt, quòd iſta non videtur turpitudo, ex quo iura permittunt.argum.l.Gracchus.C.de adulter.

Videtur tamen,quòd alia ratione non teneatur reſpondere, quia illa poſitio captioſa videtur: ideo illi nō eſt reſpondendum,vt per glo.in c.ij.in ver.rationabili.de confeſ.in vj.

Vlterius ad iſtam glo. conſiderādum eſt,quòd licet gloſ.dicat, quòd non conueniat bono viro, non per hoc ſequitur quod cogatur ad iuſtum pretium in foro contentioſo : quia gloſ.videtur loqui de honeſtate,vel

in foro conſcientiæ.

9 Propterea † regula quæ dicit licitũ eſſe cõtrahentibus ſe decipere, etiã procedit de iure canonico. c. cum dilecti.c.pen.de empt. & vend.ergo videtur permiſſum etiã in foro con
d ſcientiæ [d]:vt per glo.in c.cum contingat.de iureiuran. Et certè ſi quis vendit ſcienti valorem rei, non videtur læſa conſcientia,vt dicit Sali. in auth.ad hæc, in xxj.q.C.de viur. & not.Imol.in c.j.de emp.& vend. & dixi in l.penult.C.de pact.

Et ſi in foro conſcientiæ hoc licet,ergo etiã bono viro hoc permiſſum videtur,contra gloſſ.hic:quia conſcientia idẽ eſt,& bonus vir,vt not. Bald. in c.cum cauſam. el ij.in fi.de teſta. Et ad ſupradicta de honeſtate, not.Luc.de Penna in l.retractare. in princip. C.ne fiſcus rem quam vend.lib.x.

ADDITIO.

a In conſil. cxxviij. Alias in conſilio ccccij.in j.vol.in nouiſſimis.
b L. viro. Vbi videas Doct. in l. cum mulier.eod.tit.& Soci. in tract.fallentia.in reg.clxxxvj.
c Agere.Idem Pau.c.tuæ.in fi.de procurat.Deci.l.pacta quę contra.col.j. C.de pact.Stepha.Bert. Repet.l.hac edictali.q.iiij.C.de ſec.nupt. C.M.
d Conſcientiæ. Deci.l.ſi quis in conſcribẽdo.col.ij.C.de pact.c.j. lect.j. col.vij.de conſtit.idem Ant.Burgos in d.c.cum dilecti.col.iiij. Sed veritas, ꝙ non eſt licitum ſcienti ignorantem decipere in foro conſcientiæ: ſed bene ignoranti, vt dixi in tract.vſurar. q.xiiij. vide Pantha.de Crema.d.l.ij. col. xxxiiij. Cæpol.de ſimul.contract.præſumpt.ij. C.M.

REGVLA XLVIII.

NEque in interdicto, neq; in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris: ſiue ſoluendo eſt,ſiue non eſt.

ISta reg. declaratur ſecundum diſtinctionẽ Bar.in l.ſi dolo tutoris. ff.ſi quis omiſ.cauſ. teſta.& in l.j.§. ſi procurator.ſ.ſi quis ius dicen. nõ obtemp.ſupplendo ibi, vt per Alex.

REGVLA CLIX.

NOn poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non obtemperat.

FAcit tex.in l.j.ſ.ſi quis ius dicen. & in l. iniuriarum. §.ſi quis.ſ.de iniur. & regula iſta declaratur quatuor modis, vt tradit Paul.de Caſt. in l. vt vim.ſ. de iuſti. & iur.& vide dicta in l.non videntur. §. qui iuſſu. ſ.co.tit.& vide Abb.& quę dixi ibi, in c.ſi quando.de offic.deleg.

In l. Qui in ſeruitute.

Argumenta.

1 *Poteſtatem ſui non habens, alium in poteſtate nequit habere.*
2 *Poteſtas patria in tutore non attenditur.*

REGVLA CLX.

QVi in ſeruitutę eſt, vſucapere nõ poteſt: nam cum poſſideatur, poſſidere non videtur.

AD idem text.in l.homo liber.§. quicquid.ſ.de acquir.rer. dom. ibi, nec poſſidere intelligitur qui ipſe poſſidetur. & in l.ſic eueniet. ſ.
1 de adult.dicitur † quòd ille qui non eſt ſuæ poteſtatis, alium in poteſtate habere non poteſt. & ſecundum Bart.ibi, hoc intelligitur in eadem qualitate poteſtatis: ſecus in poteſtate diuerſæ qualitatis: vt patet in filiofamilias, qui eſt in poteſtate patris: & tamen poteſt eſſe tutor qui habet pupillum in poteſtate. ita arguit gl.in d.l.ſi eueniet.Sed Bart.reſpondet hoc eſſe propter diuerſam qualitatem poteſtatis.

Sed

Sed contra iſtam reſolutionem videtur text. hic, vbi agitur de diuerſa ſpecie poteſtatis:& tamen argumẽtum procedit.

Et idem probatur in l. homo liber.§.
2 quicquid. & † ideo ratio ſubiectæ materiæ debet conſiderari: nam in tutore agitur de vtilitate publica, quo caſu patria poteſtas non attenditur, vt not.Aretin. inſtit. qui dare tut.in princ.

In l. Non alienat.

Argumenta.

1 *Donatio inter virum & vxorem quo ad dominium prohibetur, non autem quo ad poſſeſſionem.*
2 *Alienatio verè dicitur, vbi dominium transfertur.*
3 *Poſſeſſionis occupatio, dicitur quædam alienatio.*

REGVLA CLXI.

NOn alienat qui duntaxat omittit poſſeſſionem.

ET iſta reg. habetur in l.itẽ ſi res. §.ſi ſunt & alia.ſ.de alie.iud. mut. cau.fact. vbi eadem verba habẽtur.
1 Et † ideo licet donatio ſit prohibita quo ad dominiũ inter maritum & vxorem.l.iij. in §. ſciendum. de donat.inter vir.poſſeſſio tamen nõ
a prohibetur transferri. l.j.§. ſi vir [a]. de acquir.poſſ.& facit tex.in l.fiſtulas.§.fundum. de contrahen. empt. vbi poſſeſſio poteſt transferri, licet non dominium. Et ratio videtur
2 manifeſta, † quia alienatio dicitur
b quando transfertur dominium [b].l. alienatũ.ſ.de verb.ſign.l.j C.de fun. dot.c. nulli.de reb. eccleſ.nõ alien.

Et iſta regula intelligitur propriè:largo modo tamen etiam alienare videtur, qui transfert poſſeſſionem.l. non ſolum,in princ. ſ.de alien. iud. facit tex.in l.mulier.§.qui poſſeſſio-
3 ne.ſ.quod met.cauſ.Et ideo † ſi per reſcriptum committatur, quòd alienata ad ius & proprietatem eccleſiæ reducantur, etiam de poſſeſſione occupata poterit cognoſcere, licet propriè non dicatur alienata:vt eſt dictũ Imol.in c.epiſcopi.de reb. eccleſ. cum ſimilib. vt tradit Felin. in rubr.de reſcript.

ADDITIO.

a Si vir.Vbi videas Doct.& ibi Iaſ. in iij colum. in ij.qui facit plures illationes, & ex iſta reg. videtur etiam dicendũ, quod vaſallus ſeu quicunque alius prohibitus alienare, ſi tradunt poſſeſſ ſine titulo, quod non cadat in pœnam: ſi verò ex inutili contractu, tunc ſecus videtur dicendũ, per ea quæ dominus præceptor meus concludit in tracta. feud. in iiij. parte, in xvij.q. quem omnino videas. Hier. Cuch.
b Dominium. Adde tex.quem ibi no. pro ſingul.Bart.& Bald. in l.fi. C.de reb.alien. non alien. qui vult, quòd prohibita alienatione intelligatur prohibita omnis tranſlatio, ſiue iuris directi, ſiue vtilis, ſiue alterius cuiuſlibet iuris: & quæ propriè dicatur alienatio, & quot modis capiatur, vide Iaſ. remiſſ.in §.item ſi quis in fraudem.de act. inſtit. col.iij.in fi.& Fel.in rubr. de fide inſtr.iij.col. & prohibita alienatione rei cenſetur etiam prohibita diuiſio.ita Feli. in c.quæ in eccleſiarum. de conſtit. per col.verſicu.generaliter. melius quàm alibi. Bald. in c.j.col. fin.de alien.feud. Hier. Cuch.

REGVLA CLXII.

NEmo plus commodi hæredi ſuo reliquit, quàm ipſe habuit.

VIde dicta ſuprà in l. hæredem. eod.titulo.

REGVLA CLXIII.

QVi non facit quod facere debet, videtur facere aduerſus ea quæ non facit: & qui facit quod facere non debet, non videtur facere quod facere iuſſus eſt.

FAcit etiam text. in l. non quicquid. §. iudex. ſuprà de iudi. cum ſimil. alleg. in glo. Et vide per iſtam regulam quòd decidit Bald. nouellus. & Corn. in conſilio xcix. dominus Bald. in princ. lib. j.

Et nota hic, quòd non facere, dicitur facere. & hoc etiam in pœnalibus procedit. vide Alex. qui reprobat deciſionẽ Petr. de Anch. quã ibi refert in l. vbi autẽ. §. ſi id quod, de ver. ob.

REGVLA CLXIIII.

LIbertas omnibus rebus fauorabilior eſt.

VIde dicta ſuprà in l. quoties. & in l. in obſcura voluntate. eo. ti. ſuprà & not. limitationes gloſſ. hic.

In l. Nemo alieno.

Argumenta.

1 *Agere alieno nomine, duobus modis intelligi poteſt.*

2 *Agere ad alterius vtilitatem poteſt quis nomine proprio.*

3 *Defenſionem ſuſcipere poteſt quis alieno nomine.*

4 *Coniuncti pro cõiunctis defenſionem ſuſcipere poſſunt.*

REGVLA CLXV.

NEmo alieno nomine lege agere poteſt.

AD declarationem regulæ notã-
1 dum eſt, † quòd alieno nomine quis agere duobus modis intelligitur: vt notat Bart. in l. j. C. de obſeq. Et regula hic videtur intelligenda, quando quis agit pro alio, & nomine alterius: quia agere non poteſt ſine mãdato, vel niſi ratione officij: vt in l. quæſitũ. ſuprà de in ius voc. in l. tutorem. de his quib. vt indig.

Et ideo de ſuo quis & non de alieno agere debet: vt dicitur in l. vti frui. in prin. ſuprà ſi vſuf. pet. & facit tex. in l. cum te. C. ſi cer. pet. vbi duo mutuo dederunt centum, vnuſquiſque quinquaginta, non poteſt vnus agere niſi pro ſua parte, niſi mãdatum habeat: & tunc agit partim nomine ſuo, & partim nomine alieno, etiã in eodẽ libello: vt not. Bal. ibi. & ad idem tex in l. planè. §. famil. erciſ.

2 Et † licet nomine alieno quis ſecundum regulã agere non poſſit: quandoq; tamẽ quis agere poteſt nomine proprio ad vtilitatem alterius. l. non ſolum. §. interdum. de procur.

Et licet nomine alieno quis agere nõ
3 poſſit, vt hic: † nomine tamen alieno quis poteſt defenſionem ſuſcipere, etiã inuito actore: vt notat per gloſſ. in l. Iulianus. ſuprà qui ſatiſd. cog. vbi Ang. limitat, niſi animo nouandi ſuſcipiat defenſionem, quia hoc inuito actore nõ poteſt. de quo not. Bart. in l. ſolutionem. de ſolut. & ſicut defenſor admittitur ſuper tota cauſa, ita ſuper vno articulo: vt not. Bart. in l. ij. in fi. C. de neg. geſt.

4 Et regula fallit † in coniunctis. l. exigendi. C. de procur. l. ſed & hæ. ff. de procurat. declarando vt dixi in c. cum M. de conſtit. col. iiij.

In §. Temporalis.

Argumenta.

1 *Cõſuetudo firmata bino aut terno actu cõtrario nõ tollitur. & nu. 2.*

3 *Poſſeßio vltima in poſſeſſorio eſt attendenda.*

TEmporalis pmutatio ius prouinciæ non innouat.

1 NOt. text. ſecundum glo. † quòd conſuetudo ſi firmata ſit, non tollitur: licet ſemel vel bis contra factũ ſit: & not. Bart. hic. & pro iſta glo. Bal. nõ. text. in l. fi. C. de ſerui. & aqua in prin. cũ ſim. vt tradit Alex. in l. ij. in prin. ad fi. ſuprà ſol. mat. & latè Feli. in c. cum acceſſiſſent, in vltima charta. in verſ. ſeptimo limita. de conſtitut. & dixi ibi addendo Card. in conſil. cxxxj. videndum eſt primo in fin. Abb. in conſi. xciiij. videtur primo, in fin. lib. j. Alexand. in conſil. v. ſi vera ſunt. lib. v. col. iij. Aret. in conſi. xxiij in præſenti conſultatione. colum. fin.

Et iſta concluſio limitatur non proce
2 dere, † quando illi inter quos inducta fuit conſuetudo, collegaliter & ſcienter facerent actum contra conſuetudinem: quia tunc in illo actu videretur derogatum cõſuetudini: vt not. Abb. in c. pro illorum. in vltimo notab. in fin. de præbendis. & dixi in dicto cap. cum acceſſiſſent.

Secundo fallit in conſuetudine quæ non requirit præſcriptionem, videlicet in cõſuetudine patris familias: quia vltimus actus attenditur, ſecundum Bal. in c. j. §. notandum eſt. col. ij. qui feu. dare poſſunt. vbi alleg. l. Mela. §. j. de alim. & cibar. leg. de cuius intellectu dixi in rubr. de cõſue.

3 Tertio † nõ habet locum in poſſeſ-
a ſorio: quia vltima[a] poſſeſſio ſimpliciter attenditur: & ita gloſ. iſtam limitat Bald. in c. j. de cog. feud. col. j. dicens illam procedere in petitorio, & non in poſſeſſorio. allegat not. per Io. And. in ca. cum eccleſia. de elect. & idem Oldr. in conſi. ccc. xij. thema quæſtionis. circa fin. vbi alleg. tex. in c. cum eccleſia Surrina. de cauſa poſſ. & proprie. & Feder. in conſi. ccxxiiij. ſuper primo. in j. dubio. Cald. in conſil. xij. in titul. de iur. patronat. & idem Abb. in conſi. liiij. videtur primo. col. ij. lib. j. vbi allegat c. conſultationibus. de iure patron. & c. querelam. de elect. & dixi in cõſi. cxxix. & conſi. cxxxiiij.

ADDITIO.

a Vltima. Alex. conſil. cxviij. lib. ij. Curt. ſenior conſi. xxiiij. col. ij. limito vt procedat. dummodo vltima illa ſit certa. Secus ſi dubia vel obſcura vel, clandeſtina. Alex. conſil. cx. num. 1. lib. j. conſil. lxxxj. num. 1. lib. iij. conſi. lxxxviij. num. 11. lib. v. conſil. ciij. num. 1. lib. vij. C. M.

In l. Vbi non voce.

Argumenta.

1 *Præſens intelligere præſumitur.*

2 *Mutus procuratorem conſtituere poteſt.*

Mutus & ſurdus & donare, & matrimonium contrahere poſſunt.

3 *Mutus etiã cum alio paciſci poteſt.*

REGVLA CLXVI.

VBi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem & in ſurdo: hic quidem & reſpondere poteſt.

GLo. reſtringit tex. vbi præſentia neceſſaria ſit. Sed tamen text.
1 videtur † conſiderare præſentiã pro intelligentia, vt in l. corã. de verbo. ſign. & intentio regulæ fuit dicere, ꝙ vbi non eſt opus verbis, ſed conſenſu & intelligẽtia mutus obligari poteſt, ſecundũ primũ intellectũ gl.

2 Et ideo † mutus procuratorem conſtituere poteſt. l. mutus. in princ. de procur. & hæredes inſtitui poſſunt. l. j. §. mutus & ſurdus. de hæred. inſtituen. & hæreditatem adire poſſunt. l. mutum. ſuprà de acquirenda hæredit. in princip. & matrimonium contrahere poſſunt. l. mutus.

de iure dot.c.cum apud.& in c.tuæ.
de ſponſal. Et mutus & ſurdus do-
nare non prohibētur.l.qui id quod.
§. mutus. ſuprà de donat. Et mutus
3 paciſci † poteſt. l. item quia. ff. de
pact. Et iſta declarari & ſuppleri
debent, vt per Alexan.in l.in princ.
de verb.oblig.

FVrioſus abſentis loco eſt.
Et ita Pomp. lib.j. Epiſto-
larum ſcripſit.

VIde dicta ſuprà in regula, l. in
negotiis.§.eo.

In l. Fauorabiliores.

Argumenta.

1 *Reo plus fauetur, quàm actori.*
2 *Abſens condemnari non poteſt,*
& tamen abſolui poteſt.
3 *Fiſco etiam in multis fauēdum eſt.*
4 *Reus in deciſione cauſæ in dubio*
abſolui debet.
5 *Actor & reus in medio cauſæ à*
pari procedunt.
6 *Nocentē abſoluere ſatius eſt, quàm*
innocentem damnare.
7 *Quæſtio fieri poteſt huiuſmodi ma*
læ conditionis, ſi aliter veritas cer-
ni non poßit.
8 *Suſpenſus an ſit liberandus, ſi fra-*
cto laqueo cadat in terram.

REGVLA CLXVII.

FAuorabiliores rei potius
quàm actores habentur.

FAcit text.in l.Arrianus.de act.&
oblig. & in reg. cum ſunt par-
tium iura.eod.tit.in vj.& in c.inter
dilectos.in fi. de fide inſtru. & in c.
ex literis, de probat.
1 Et ibi ampliatur † regula, etiam ſi
probationes ex parte actoris in ali-
quo excedāt. quia tamē in fauorem
rei pronuntiandum eſt. vt Abb. ibi
dicit per gloſ. quæ habetur in c.cle-
rici.lxxxj. diſt. quod declarandum
a eſt, vt dixi [a] in d.c.ex literis. col.ij.
Et per iſtam regulam officium iudicis
magis exhuberat in abſoluendo:
2 † ideo licet abſens non poſſit con-
demnari. l. abſentem. ſuprà de pœ-
nis.l.abſentem.C.de accuſ.tamen ſi
apparet de innocentia, abſolui po-
teſt: vt not.Ant.de Butr. poſt Ioan.
Andr.in c.veniens.col.j.de accu. &
ſequitur Barth.Veron.in conſil. xij.
licet inuitus.col.fin.in princ.
Et iſta regula ampliatur, vt procedat
etiam ſi reus efficiatur actor per
accidēs: vt quia debitor prius com-
pareat & petat actori perpetuum ſi-
lentium imponi: nam per hoc ta-
men actor non efficitur, ſed habet
prærogatiuam regulæ, quòd in du-
bio reus abſoluitur. Ita not. dicit An
ton.de Butr.in c.in præſentia. in vj.
not.per illum textum de probat. fa-
cit quod not. voluit gloſ.iij. in cap.
ex inſinuatione de procur. & quod
not.per glo.& Doct.in c.ſignificaue-
runt. de except. gloſſ. & Bart. in l.
circa.in fi.ſuprà de probat.
Et iſta regula non procedit in cauſis
fauorabilibus, puta in libertate, do-
te, & ſimilibus: quia fauor cauſæ
præualet fauori rei. c.fin.de re iud.
l.inter pares.ſuprà de re iud.& in l.
Iulia.ſuprà de manumiſ.not.per gl.
in dicta reg. cum ſint partium iura.
& inter alias cauſas fauorabiles
3 etiam eſt cauſa fiſci, † in cuius fa-
uorē in dubio eſt pronuntiandum:
vt not. Spec. in tit. de teſte. §. poſt-
quam & Ioan.And. & Ant.de Butr.
in c.in noſtra.de teſtib.cum ſimi.vt
tradit Alexander in l.j.in princ. ſu-
pra ſolut.matr. & vbi reſpondet ad
text. qui videtur eſſe in contrarium
in l. non puto. ſuprà de iur.fiſci. de
cuius intellectu dictum fuit ſuprà
in regula, in ambiguis. ſuprà eod.
4 Item regula procedit, vbi † agitur
de

de deciſione cauſæ, quia tunc in du
bio abſoluitur reus, per iura §. alle-
gata: ſecus autē eſt in præparatoriis
iudiciorū, in quibus magis fauetur
actori, quàm reo: vt not.Bar.per illū
text.in l.de die, ſuprà qui ſatiſd.cog.
l.ſi quis intētione.de iudi. & no.per
glo.in c.cum ad ſedem.de reſti.ſpo.
in verbo, cum pertinentiis. in d.re-
gula, cum partium iura.& Bart.in l.
inter ſtipulantē.§.primo.de ver.obl.
5 Et † in medio cauſæ à pari procedūt
actor & reus, ſecundum gl. in locis
præalleg. Sed in contrarium facit:
quia reus non tenetur edere actori
ad probandum eius intentionem. l.
j.l.qui accuſare.C.de edendo. & ta-
men actor tenetur edere res ad pro
bandum eius exceptionem.l.nō eſt
nouum.C.de edēdo. Et ſic in editio
ne & probationibus quæ videntur
eſſe in medio cauſæ magis fauetur
reo, quàm actori. Sed poteſt reſpon
deri quod probationes reſpiciūt de
ciſionē cauſæ, quia actore non pro-
bāte, reus abſoluitur.l.qui accuſare.
ſuprà de eden. vnde ſicut reo in de-
ciſione cauſæ magis fauetur, ita vi-
detur in probationibus: in aliis me-
diis, exceptis probationibus, vide-
tur procedere glo.in c.cū ad ſedem.
vt latius dixi in d. l. nō eſt nouū re-
probādo ea quæ ibi Moderni dicūt.
Et ad regulam noſtram facit text.in l.
abſentem. ſuprà de pœnis. vbi regu-
6 la tradit, † in pœnis, quòd melius
eſt nocentem abſoluere, quàm in-
nocentem condemnare. Et ideo ſi
vnus percuſſus fuit à pluribus, &
vno tantum lethali vulnere mor-
tuus ſit, & ignoratur à quo illatum
ſit, nō poſſunt condemnari omnes
de homicidio, per d. l. abſentem.&
b latè concludit Alex. in conſil. xv. [b]
viſo proceſſu inquiſitionis, lib. j.&
idem Pet.de Anch.in conſ.ccxxvij.
nos Bartholomeus & Sali. vbi alleg.
d. l.abſentem.& gl. quæ idem tenet
in l.item Mela.§.ſed & ſi ſeruū plu-
res.in gloſ.j. ſuprà ad leg. Aquil. &
refert etiam Dy. ita conſuluiſſe. &
ide[illegible].concludit in conſil.cccc.j.
eo pr[illegible]poſito. & Raph. Cum. in
c[illegible]xiiij.viſis. & idem Alex. in
conſ. xiiij. ponderatis narratis.col.
iij.lib.iij.vbi approbat opi.Dy. quã
Bart. videtur reprobare in l. ſi in ri-
xa. ff. de ſicar. col. fin. & in conſil.
xliiij. copioſè adeo ſcriptum. libr.
iiij.& idem Spec.in tit.de homicid.
§.j.verſi.pone quòd quatuor. refert
& ſequitur Imol. in clem.vnica. de
homic.col.fi.verſi. tertio quærit.
Et de intellectu d.l.abſentem. vide Ar
chid.xxiij.q.iij. ca.vlti. quem refert
Floria. in d. l. item Mela. §.ſed & ſi
plures.col.iij.ver.adde tamen.ſuprà
ad leg. Aquil. vbi dicit, quòd illa lex
intelligitur quando aliqui erant in-
nocentes: & hoc non poteſt verifi-
cari, quando omnes percuſſerunt.
Sed poteſt reſponderi, quòd licet
omnes percuſſerint, & non ſint in-
nocentes abſolute, poſſunt dici eſſe
innocentes quo ad pœnam homi-
cidij, prout Doct. loquuntur in lo-
cis ſuprà alleg.
Notandum tamen eſt ſingulariter,
7 quòd † in tali incertitudine ad ve-
ritatem eruendam poterit torqueri
ille qui eſt malæ conditionis & fa-
mæ: ſecundum Salic. in l. fin. C. de
quæſt. col. fin. in verb. idem dico ſi
delictum incertum ſit.
Et per d. l.abſentem, & per ſupradicta
poſt longam diſputationē conclu-
dit Lucas de Pēna in l. ſi quis fortè.
quę eſt l.j.C.de deſer.& occul.c.lib.
xij. col. vij. verſi. ſed pone, damna-
8 tus eſt aliquis, in fi. † quòd damna-
tus ad mortem ſi dum laqueo fuit
ſuſpenſus, & fracto laqueo cecidit
in terram, credendum illud factum
c miraculoſe in dubio. [c] cū ipſe pro-
teſtatus fuiſſet de innocētia: & con
cludit illud eſſe liberādū, quod no.

ADDITIO.

a Dixi. Et in conſil. cccccclxiiij.col.j. Vide latè Alciat. tract. præſumpt. Reg.iij.præſumpt.xliiij. [illegible]

b Conſi.xv.Vbi plene dixi. [illegible] e §.eo. l.ſemper in obſcuris.nu.5.

c Dubio. Sequitur Alciat.in tract.præſump.reg.iij.pręſum.xliiij.nu.6. Sed ego dico iſtud admittendum ſi dubietas refertur ad probationes,quia eſſet damnatus per præſumptiones qđ fieri nõ debet:ſecus ſi clarè conſtabat de delicto morte digno,quia quandoque per incantationes miracula fiunt,vt tradit Bald.in c.venerabili.de teſtib. C. M.

In l. Nemo prædo.

Argumenta.

1 *Emptor rem venditam accipiens autoritate propria, prædo dicitur.*

2 *Prædo quatuor modis quis dici põt.*

REGVLA CLXVIII.

NEmo prædo eſt qui pretium numerauit.

ET hoc etiam videtur habere locum ſi quis ſciens rem alienam
emit, l.etiã.§.ſi quis ſciens ꝟ. de pet.
1 hære.† ſi tamẽ emptor propria autoritate rẽ vẽditã accipit, dicitur prædo.l.ſi ex ſtipulatione.de acqui.poſ.
2 † Et quatuor modis dicitur prædo, vide in ſumma Ang. in ver. prædo. & non dicitur prædo qui poſſidet,& non poteſt rationẽ poſſeſſionis ſuæ aſſignare: vt not.Ang. in l. pro hærede.in princ. ſuprà de peti. hæred.
Et prędo perdit[a] meliorationes rei: vt not. Ang. in l. ex argentar.ſuprà de condit.furt. & de prædone vide dicta Alex.in d.l.ex ſtipulatione.de acqui.poſſeſſ. & Luc. de Penna in l. ob his. C. de nauic.lib.xj.

ADDITIO.

a Perdit. Imò vt plenè dixi in cõſuet. Pariſ.§ j.glo.v.num.87.cum ſe. Sed non obſtante titulo tenetur de fructibus percipiendis, vt contra gloſ. hic, & communem dixi in conſuet. Pariſ.§.xxij.q.x.num.50. C. M.

LOcupletior non eſt factus qui liberum acquiſierit.

ET quando quis dicatur eſſe locupletior, vide dicta ſuprà in regula. l.ex pœnalibus cauſis. eod.tit.

CVm de lucro duorũ quæratur, melior eſt cauſa poſſidentis.

VIde dicta ſuprà in regu. l.in eo quod. eod.tit.

In l. Cùm prætor.

Argumenta.

1 *Momento aliquid fieri ſufficit, vt factum fuiſſe dicatur.*

REGVLA CLXIX.

CVm prætor in heredem dat actionem quatenus ad eum peruenit: ſufficit ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

SVfficit enim ſemel ad hæredem perueniſſe: vt dicitur in l.videamus.ꝟ.quod met.cau. & hoc procedit quando ex delicto defuncti peruenit:ſecus in alio bonę fidei poſſeſſore. quia tunc diſtinguitur, vt per Bar.in l.ſi ipſa res.ff.quod met.cau.
1 †Et no.hic.quòd ſufficit aliquid momento fieri. vide ſimilia, vt dixi in l.ſit ibi.in vlt.not.ſi cert.per.

In l. Pari cauſa.

Argumenta.

1 *Poſſeſſor melioris eſſe conditionis præſumitur in pari cauſa.*

REGVLA CLXX.

IN pari cauſa poſſeſſor potior[a] haberi debet.

Facit

FAcit tex.in §.commodum.inſtit. de interd.in c.ex literis.de prob.
1 Et † vbi res dubia reperitur,melior eſt conditio poſſeſſoris:vt per gl.in c.nulli dubium. xij.q.v. & in not.q. tradit Bald.in c.capitulum. col.j.de reſcript.Bart.in l.j.§.nõ autem.ff.de ſecun.tab.& in l.ſi inter.de reb.dub. cum ſi. vt tradit Andr. Sicul. in c.j. char.pen. de probat. & reaſſumunt Moder.in l.j.ff.ſol.matr.

ADDITIO.

a Potior Bald.conſil.cclxxiiij.lib.ij.

In §. Hi qui in.

Argumenta.

1 *Succeſſor prælatus non cẽſetur eadem perſona cum anteceſſore.*

2 *Hæredis loco habetur is, ad quem bona vniuerſa perueniſſe noſcuntur.*

HI qui in vniuerſum ius ſuccedunt, hæredis loco habentur.

NAm quod dicitur de hærede, idem eſt in aliis ſucceſſoribus vniuerſalibus. l.item veniũt.§.ſi.de
1 pet.hęr.† Nota tamen quòd ſucceſſor in prælatura non cenſetur eadẽ perſona cum anteceſſore:vt no.Bal. in c.ij.ver.tertio not.qui ſucceſ.ten. vide tamẽ Abb. in c.ſignificauit.de reſcrip.col.ij. vbi arguit in contrarium.Sed concordari poteſt,diſtinguendo,vt per Abb.in c.j.de ſol.
Et iſta regula poteſt etiam in fiſco verificari qui eſt loco hæredis. l.ſi vt proponis. C. de bon. proſcript. l.ſi marito.in princ.ſupra ſol.ma.l.ij.C. ad leg.Iul.de vi.no.Ro.in cõſil.ccclxxij.in dubitatione. & conſil.xciij. viſis.col.ij.
2 Et generaliter † ille ad quèm bona vniuerſaliter perueniũt eſt loco hæredis:vt gl.dicit in l. nõ intelligitur. §.cũ ex cauſa.in verbo pertinent.de iure fiſ.vbi Bart.cũ ſim. tradit Alex. in l.marito.in princ.ꝟ.alle.dixi in c. quia V.de iud.col.pen. Et ideo ille apud quẽ hæreditas dimittitur, etiã
a abſq; pacto tenetur[a] creditoribus ſatisfacere:quia nomen hæreditas, hoc importat.glo.& Bar.& Doct.in l.debitor.in fin.C.de pact.

ADDITIO.

a Tenetur.Panor.conſil.cij.in fin.lib. ij.Maria.Socin.in tract.de ob.l.xiij. quæſtio.j. C. M.

REGVLA CLXXI.

NIhil dolo creditor facit, qui ſuum recipit.

VIde dicta ſupra in regula,l.nullus videtur dolo facere.ꝟ.eo.ti.

CVm principalis cauſa nõ conſiſtit : nec ea quidem quę ſequuntur,locum habent.

VIde dicta ſupra in regul. l. cum principalis.ꝟ.eo,

In l. Nunquàm actiones.

Argumenta.

1 *Actio alia aliam non conſumit.*

2 *Actio vna electa quãdo tollatur alia.& nu.3.& 4.*

5 *Abſolutus ſemel,non debet moleſtari.*

REGVLA CLXXII.

NVnquam actiones, præſertim pœnales, de eadẽ cõcurrẽtes,alia aliã cõſumit.

ET loquitur de eadẽ re,& eodem facto.& idem text.habetur in §.ſi.inſt. ſi quadrup. pau.feciſ. & in l. nunquam.de act.& obli.
1 Et regula intelligitur, † quòd vna aliam non conſumit, quo minus concurrant & ſimul competãt. Sed vna electa, alia tollitur.l.idem ait. in ſi. ꝟ.naut.caup.ſtab.ibi, alterutra cõtentus eſſe debeat. & in l.licet.§. poſſumus.eo.ti.ibi,vna cõtenti eſſe debemus. & in l. plura.in princ. de act.

act.& oblig.facit text. in l.quòd in
hæredem.§.eligere.de tribut.
2 Et hoc abſolutè procedit † quando
plures actiones ex eodẽ facto com-
petunt, & vnus eſt titulus criminis:
ſecus ſi ſint plures tituli criminis:
quia tunc electa vna, altera non tol
litur,in eo quòd excedit.l.j.ſupra vi
bon.rapt.l.j.ſupra,arbor. fur.cæſ.&
in l.qui ſeruum.de act.& oblig.not.
in l.cum ex vno.eo.ti.
3 Et prædicta habent locum † quan-
do ſunt plures actiones quæ ex eo-
dem facto & delicto competunt:
ſecus ſi ex diuerſis factis & delictis
oriantur: quia tunc vna aliam non
tollit.l.nunquam plura.de priuat.
delic.& ita breuiter colligitur ex di
ctis Bart.in l.j.§.vnde quæritur. col.
fin.de publi. vbi latius ipſe inſiſtit,
quod & latius diſtinguit Ang. Are.
poſt Io.Fab.in §.ſi.initit.ſi quadrup.
4 Et quod ſupradictum eſt, † quòd
vna electa altera tollitur, habet lo-
cum etiam ſi in actione electa ſuc-
cubuit:quia exceptiones rei iudica-
tæ obſtant etiam in alia:vt not.Bar.
in l.hoc edicto. in ver.ſecũdo quæ-
5 rit Dy.de pub.† quia ſemel abſolu
tus, non debet vlterius moleſtari.c.
de his.de accuſ.cum ſimil.vt dixi in
conſi.ccxxvij.in princ.

In l.Qui dolo.Argu.

1 *Dolo deſinens poßidere æquiparatur ei,qui dolo noluit acquirere.*
2 *Prælatus dolo deſinens poßidere, non præiudicat eccleſiæ.*
3 *Statutũ in poſſeſſore, an intelligatur in eo,qui dolo deſiit poßidere.*

REGVLA CLXXIII.

QVi dolo deſiit poſſidere, pro poſſidente damnatur: quia pro poſſeſſione dolus eſt.

EAdem regula habetur in l.parẽ.
infra eo. & in reg. pro poſſeſſo-
re.eo.ti.in vj.vbi gl. plura exempla
ponit,& pro regula adde text.in l.j.
§.toties. verſ. ſed & ſi poſſideat.§.ſi
1 quis omiſ.cau.teſt.† vbi regula am-
pliatur etiam in eo qui dolo noluit
poſſeſſionem acquirere.& in l.etiã.
§.is qui dolo.de pe[illegible]ære.& ibi q;
licet agatur contra illum qui dolo
deſiit poſſidere: non tamen libera-
tur ille qui poſſidet. Et ſi poſſeſſor
velit iudicium ſuſcipere, liberatur
ille qui dolo deſiit poſſidere.Et con
tra illum qui deſiit poſſidere datur
vtilis:vt not.per glo.hic:& declarat
Bar.in l.quanquam.§.Iulianus.de a-
2 qua plu.† Et ſi prælatus deſiit dolo
poſſidere, hoc non nocet eccleſiæ:
not.per gl. in d.reg. pro poſſeſſore:
3 † Et ſtatutum de poſſeſſore an ha-
beat locũ in eo qui dolo deſiit poſ-
ſidere? Io.And. in reg.pro poſſeſſo-
re.& vide dicta per Aret.in rubr. de
acqui.poſ.col.ſi.vbi diſputat an ſta-
tutum de poſſeſſore habeat locũ in
eo qui habetur pro poſſeſſore con-
tra quem datur vtilis actio non di-
recta,prout in iſto caſu contingit.

In l.Imperitia culpæ.Arg.

1 *Medicus de imperitia tenetur.*
2 *Medicus quando ſit excuſandus.*

REGVLA CLXXIIII.

a IMperitia culpæ [a] annumeratur.

VIde dicta in l. culpa eſt. ſupra
1 eo.Et ideo † medicus de impe-
ritia tenetur. l.illicitas. §. ſicuti. de
offi.præſid.cum ſimil. alleg.in gloſſ.
adde text. in l. qua ratione. §.ij. ad
leg.Aquil.& facit tex. in l.ij.ff.quod
2 quiſque iur. † Excuſatur tamẽ me-
dicus qui diligentiam adhibuit ſe-
cundum præcepta artis.c. ad aures.
de æta.& qualit.& c.tua nos.de ho
mic. & ibi Inn.& not.Ang. Aret.in
§.præ

§.præterea ſi medicus.inſtit.ad leg.
Aquil. & de imperitia aliorum not.
Feli.in d.c.tua nos.in prin.Et ad re-
gulam facit tex.in l.Iulianus.§.quid
tamen.ff.de acti.empt.vbi nõ debet
qs quod ignorat, facilè aſſeuerare.

ADDITIO.

a Culpæ.Non dolo.Alci.l.pen.in fi.C.
de pac.

REGVLA CLXXV.

MElior cõditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt.

REgula iſta declaratur in l.fin.C.
de acquir.poſſ. Et vide quæ no.
in l.ſeruus.C.de pact.
Et idem in aliis perſonis quæ meliorẽ
conditionẽ alterius facere poſſunt,
deteriorem non poſſunt. c.j.§.econ
trario.de inueſt.de re alie.fa.

In l.Non fraudantur. Argumenta.

1 *Damni emergentis & lucri ceſſantis non eadem ratio.*
2 *Repudiatio legati, alienatio quædam dicitur.*

REGVLA CLXXVI.

NOn fraudantur creditores cum quid non acquiritur à debitore,ſed cum quid de bonis minuitur.

ET iſta differentia ſæpenumero
1 fieri ſolet:quia † non eadem eſt
ratio lucri ceſſantis & damni emer
gentis, l.qui autem.in prin.ſ.de his
quæ in fraud.cred. quæ in terminis
huius regulę loquitur.& ad idẽ tex.
in l.j.§.cõfertur.ſ.de coll.bon.in l.ſi
ſponſus.§.ſi maritus.el ij.de don.in-
ter virũ.in l.fin.§.licentia.el.j.C.de
iure delib.Et vide quę allegaui in c.
eccleſia.de conſt. circ.fi.col.ij.verſ,
tertiò prædicta cõcluſio. & adde in
l.j.§.vtrũ.ſ.ſi quid in fraud.pat.cum
ſim.vt per glo.in l.qui autẽ,in prin.
alleg.ſ.& dixi in l.ſeruus.C.de pact.
Et reg.iſta limitatur non procedere in
caſibus in quibus de natura contra-
ctus quis tenebatur acquirere: vt
no.Bar.in l.qui autem.in prin.& la-
tius idem Bar.in l.j.§.nõ quærimus.
§.ſi quis omiſ.cau.teſt.& vide tex.in
l.magis puto.§.fundũ.de reb.eo.vbi
2 † repudiatio legati dicitur aliena-
tio. vnde regula videtur procedere
in his quæ contra ius commune
conceduntur:alias ſecus.

In §.Nemo ex ſuo. Argumenta.

1 *Pœnam & commodum ex eodem facto nullus reportare debet.*
2 *Poſſeſſor bonæ fidei, in quo habeatur loco domini. & nu. 3.*

NEmo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt.

VLtra alleg.in gl.vide tex. ſ.in l.
ſi ab hoſtibus.§.j.ff.ſo.mat. ibi,
nõ enim æquum eſt virum ob faci-
1 nus ſuum dotẽ lucrifacere. † & ad
hoc facit,quia quis eodẽ facto non
debet pœnam & commodum re-
portare.l.ſiue hæreditaria. & ibi gl.
3 de neg.geſt. † & pœna immunitatẽ
tribuere non debet.l. relegatorum.
§.fin.de interd.& releg.in l. ſi cui.&
ibi gl. ſupra ex quibus cau.maio. in
l.ita demum.in princ.ſupra de arbi.
ibi,ne quis doli ſui præmium.

REGVLA CLXXVII.

EA quę ad dandum impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro non adiectis habentur.

VIde dicta ſupra in regula, l.impoſſibilium,ſ.eo.

In l.

In l. Bona fides. Argu.

1 *Bonæ fidei poſſeſſor quo ad fructus penè eſt loco domini.*

2 *Bonæ fidei poſſeſſor eſt loco domini, ſi nõ apparet quis dominus ſit.*

REGVLA CLXXVIII.

BOna fides tantundem poſſidendi præſtat: quantum veritas quoties lex impedimẽto non eſt.

ADde tex. in l.magis puto.§.j.de reb.eod. vbi idem iudicatur de fundo bona fide poſſeſſo, quod de dominio fundi, vt alienatio fieri nõ poſſit. & in l.quoties.§.j. de noxa.l. ſi poſtulauerit.§.de eo.ff.de adulte. text.tamen in l.bonæ fidei.in prin.
1 de acqui.rer.dom. † dicit quòd bonæ fidei poſſeſſor quo ad fructus penè eſt loco domini. & text. in l.j. §. j ſupra ad Sillan. expreſſe dicit, quòd domini appellatione nõ continetur ille q bona fide ſeruit. Ang.
2 ibi concludit, quòd † bonæ fidei poſſeſſor eſt loco domini ſi nõ apparet quis dominus ſit: aliàs ſecus.

REGVLA CLXXIX.

QVi autore iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

VIde dicta ſupra in l. non videntur.§.qui iuſſu.ſupra eod.

REGVLA CLXXX.

OMnis hæreditas quãuis poſtea adeatur: tamen cũ tempore mortis continuatur.

VIDE ſupra in l.omnia ferè.ſ.eo.

In §. Nunquàm ex poſtfacto. Argumenta.

1 *Actio furti ex aſsidua contrectatione non dicitur creſcere.*

2 *Actio furti quãdo dicat augeri.*

NVnquã ex poſtfacto creſcit præteriti delicti æſtimatio.

EXemplũ ſecũdũ gl.habetur in l. ei qui furti.in prin. ſ.de furt. vbi
1 † actio furti non creſcit ex aſſidua cõtrectatione furis. & facit ad quæſtionem Bart. in l.ſi dominium. ſupra de furt.cum ſim. [illegible] contra regulam facit tex.in l.ſi furti.in princ.
2 de furt. † vbi augetur furti actio ſi res furtiua facta ſit pretioſior.ad idẽ tex.in l.in faciẽdo.§.infãs.de furtis.

REGVLA CLXXXI.

OMnes actiones quæ morte aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio, ſaluæ permanent.

VIde dicta ſupra in l. non ſolet, & in l.pœnalia.ſupra eod.

NOn videtur perfectè cuiuſque id eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt.

VIDE dict.ſ.in l.neq; pignus.ſ.eo.

In l. Abſentia. Argu.

1 *Abſenti reipublicæ cauſa datur reſtitutio, etiam aduerſus fiſcum.*

2 *Decretũm primũ contra abſentem cauſa reipublicæ interpoſitũ tenet.*

REGVLA CLXXXII.

ABſentia eius qui reipublicæ cauſa abeſt: neque ei, neq; alij damnoſa eſſe debet.

PRimo ipſi non debet eſſe dam-
1 noſa: † & ideo illi datur reſtitutio etiam contra fiſcum.l.neque.C. de reſtitut.milit. Et etiã contra aliũ abſentem cauſa reipub. datur reſtitutio.l.fin. ſupra ex quibus cau.ma. Et nõ ſolum pro damno, ſed etiam pro lucro quod ceſſauit, datur reſtitutio.l.non ſolum.§.fin.l. ſi quis Titio.§.fi.ex quibus cau.ma.

Limi

Limitatur tamen regula non habere
2 locũ † quo ad primũ decretũ, quod etiã cõtra abſentẽ cauſa reip.interponitur, ſi nõ defendatur. l. ignorare.C.de teſt. mil. Secũdo regula intelligitur quando fuit læſus in omittendo: ſecus ſi faciendo.l.quæ à parte. & ibi Paul. de Caſt. declarat. C. de reſtitu.milit.

In l. Quod contra rationem. Argumenta.

1 *Lex recepta contra rationem iuris, non trahitur in conſequentiam.*

2 *Statuto in ſola volũtate fundato nõ proceditur de ſimilibus ad ſimilia.*

3 *Statutũ non ratione, ſed errore fundatũ, ad ſimilia nõ eſt extẽdẽdum.*

4 *Extentio fieri non debet in materia odioſa.*

REGVLA CLXXXIII.

QVod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendũ ad conſequẽtiam.

ADidem text.in l.quòd vero. ſupra de legibus.
1 † Et iſta regula maximè habet locum quando illa lex recepta contra rationem iuris non eſſet fundata in ratione, ſed errore quodã introducta: vt eſt tex.in l.antepenult. quæ incip. quod non ratione.ſupra de leg.facit quod not. Bald. in l. iij.
2 col.ij.C.de iure dot.vbi inquit, † quòd quando ſtatutũ eſt fundatum in ſola voluntate, nõ proceditur de ſimilibus ad ſimilia & in d. l. quod non ratione.dum inquit, † quòd non ratione, ſed errore introductum eſt, & conſuetudine comprobatum, non extenditur ad ſimilia, intelligitur de errore iuris: quo caſu valet conſuetudo, vt ibi præſupponitur.
Secus ſi errore facti hoc introductum fuiſſet, quia non valet conſuetudo: vt no.Pau.de Caſt.in d.l. de quibus. in col.fi. quia tũc deficit conſenſus.
Et in effectu Bart.idem dicit in l.iij.§. ij.de ſupel.leg.
4 Sed quantum ad regulam noſtram, & l. quòd verò. iſta iura intelliguntur quando aliquid eſt conſtitutum contra regulas iuris: quia ponitur vna exceptio à regula, & talis exceptio potuit tamen fundari ratione:
a & tunc non extenditur [a] ſi materia ſit odioſa: aliàs ſecus, vt tradit Paul.de Caſt.in l. neque.ff.de leg.& vide quæ dixi in caſibus exceptuatis in l.j.de reg.iur.

ADDITIO.

a Extenditur. Vide Dy. in reg.in arg. & ibi eius addit.iſto tit.lib.vj.

b Tacere.Idem Dy.in regulis quæ hic alle.in prin.de qua materia vide lõgas remiſſiones per eius addic. reg. qui tacet. & vltra eum Soc. in trac. fall.in reg.cccxciiij. & reg. cccxcv. Iaſ.in §. item Seruiana.col.ix verſi. ſed pulchrũ dubium, &c. & d.Phil. in conſi.xcv.fi.col.ver.nõ ob. incip. iudicium eſſe. & in c. cum M. de conſti.vj.col.verſi.tertio Abb.concludit.& ibi Feli. xvj. col.qui ponit regulam cum fallen.& idẽ Feli. vbi ponit tres regulas in hac materia cum ſuis fall.in c.nõne.de præſum. & Iaſ. latè in l. quæ dotis. hic alle. vbi melius quã alius poſt Bar. examinat iſtam materiam. col.ij.verſi. quarto & vlti.vſque in fi.l. H. C.

VNi duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt.

ADde in l.iij.§.econtrario. ſupra de acqui. poſſ. in l.ſi vt certo.§. ſi duobus vehiculum. ſupra commod.in l.duo.de precar.

In l. Qui tacet. Argu.

1 *Tacens nec conſentire, nec contra*

dicere

dicere præſumitur.
2 *Tacere,medium quoddam eſt inter contradicere, & conſentire.*
3 *Tacens in ſtatuto non dicitur conſentire.*

REG. CLXXXIIII.

QVi tacet, non vtique fatetur:ſed tamen verum eſt eum non negare.

EAdem regula habetur in regu.is qui tacet.eo.tit.in vj. & vera eſt
1 iſta regula:† quia qui tacet, nihil
dicit,vnde non videtur conſentire,
nec contradicere,& exemplum eſt
ſecundum gloſſ. hic, in l.j. §.ſcientiam. de tribut. Et eſt ſimile inter
velle,nolle, & non velle:vt dixi ſuprà, in reg.l.eius eſt velle.ſ.eo.
Et quantum ad regulam, dicit Bart.in
2 l.quę dotis.col.pen.ſol.mat.†quòd
b verè loquendo tacere[b] eſt medium
inter conſentire & contradicere. &
not.per glo.in clemen.ſæpe.in.§.in
verbo cõtradicentibus.in fi.de verbor.ſign.vbi Cardi. in prin. & Abb.
in c.nónne.de præſump.col.ij.dicit
quòd tacens propriè non conſentit,
nec contradicit.& idem Feli.ibi, in
ij.col.in verſic.prima regula eſt. ta-
3 cens ex quo infert,†quòd tacens in
ſtatuto non dicitur conſentire. &
ſentit Bal.in l.ij.§.voluntatem.ſolu.
matr. Et adde quòd in no. q. iſtam
concluſionem ſequitur Soc.in conſil.clxvij.non inutilis.col.iiij.verſic.
ſecundo probatur.

In l. Quod ipſis. Argu.

1 *Hæres impeditur præſcribere per malam fidem defuncti.*
2 *Vitia realia in quẽuis ſucceſſorem tranſmittuntur.*

REGVLA CLXXXV.

QVod ipſis qui contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

REgula de plano procedit in ſuc
a ceſſoribus[a] vniuerſalibus:item
1 † mala fides defuncti impedit hæ-
redem præſcribere.l.cum hæres.de
diuer.& tempo. præſcri. cum ſimil.
vt dixi in conſil. cclxxij. in char. 3.
in j.facie. Et hoc an habeat locum
in ſucceſſione beneficij, Bartol. in
l. j. col.ij. verſic. quæro vtrum. ff.
de priuat. delict. in l. qui opus. de
oper. noui. vide text. in capi. ij. de
oper.nou.& Abb. ibi. Et dicit Bart.
2 in l. vitia. alleg. in glo. quòd† vitia
b realia[b] tranſeunt in quemlibet ſuc-
ceſſorẽ:perſonalia verò tranſeũt in
vniuerſalẽ ſucceſſorẽ non in ſingularem.l.j. C.de long.temp.pręſcrip.

ADDITIO.

a Succeſſoribus. Adde Soci. in tract. fallen. in regula ccclxxxix.
b Vitia realia. Vitium rei qualiter ſumatur, vide Paulum de Caſtr. in l. fluminum. §. vitium autem. ff. de damno infecto.

REGVLA CLXXXVI.

NOn omne quod licet,honeſtum eſt.

DE hoc ſuprà in l.ſemper in contractibus.ſ.eod.

IN ſtipulationibus id tẽpus ſpectatur quo contrahimus.

VIDE ſuprà eod. l. quæ legata.

In l.Nemo fraudare.

Argumenta.

1 *Iniuria volenti non irrogatur.*
2 *Mulier nõ committit adulterium volens.*
3 *Percuſſus volens non aget actione iniuriarum.*
4 *Filius teſtamentũ patris nõ impugnabit, ſi volẽs exhæredatus fuit.*
5 *Mulier de conſenſu filiorum ſecundo nubens non incidit in pœnam.*
6 *Perſuaſio doloſa non excuſatur à pœna.*
7 *Mulier adulterata non præſumitur iniuriam paſſa.*
8 *Iniuria in corpus illata non poteſt remitti.*
9 *Quæſtio an ſit plebeio inferenda priùs,quàm nobili.*
Quæſtio ſine indiciis applicanda nemini.
10 *Indicium vnicum ad quæſtionem ſufficit, iudicis arbitrio.*
11 *Iniuriam non fieri volenti,qualiter intelligendum.*

REG. CLXXXVII.

NEmo fraudare videtur eos,qui ſciunt & conſentiunt.

AD idem text. in l. qui autem.§.
præterea.ſ.de his quæ in fraud.
cred.cum ſimil.allegatis in gloſſ.ſi-
1 cut etiã dicitur,†quod volenti non
ſit iniuria.l.j.§. vſque adeò ſ. de in-
a iur.& in regu.ſcienti.[a] eod tit.in vj.
Et not.Bart.in l.quamuis.in fin.ſ.de in
ius vocan.facit text.in l.cum donationis. C.de tranſact.in l. non putauit.§. ſi quis ſua manu ſ. de contra-
2 tabul.† vide in muliere cum qua
commiſſum eſt adulterium non eſt
opus facere pacem: quia ipſa non
eſt iniuriata,quę voluit,ſed tantum
maritus:vt not. Bart.in conſi.clxxv.
domine poteſt.
3 Et † ſi me volentem percuſſiſti, nõ
poteſt agi actione iniuriarũ,vt not.
Ang.in l.ſi vnus.§ pactũ.ſ.de pact.
4 Et ideò † filius exhæredatus de voluntate ſua, non poteſt impugnare
teſtamentum: vt not. Bartol. in l.ſi
quando.§ ſi.C. de inoffic.teſtamen.
cum ſimil.vt tradit Alex.in authen.
non licet.col.ij.C.de liber.præter.
5 Sic etiam iſta ratione,†mulier quæ
tranſit ad ſecunda vota,de conſen-
b ſu filiorum[b], non incurrit pœnas
quæ fauore filiorum imponuntur:
quia illis volentibus non fit iniuria.
ita glo.concludit in authen.de non
eligen.ſecun.nub. circa medium.in
verbo,copulantur. quam pro ſingulari ibi not.Ang.in prin in verſic.&
prædicta vera. & ſequitur Rom. in
conſilio cxxix. ex themate. col.j.in
verſic.iiij.idem probatur. & ſufficit
cõſenſus etiam tacitus filiorum: vt
not.Bald. in authen.ex teſtamento.
col.ij. verſic. pone quod iſta Betta.
C.de ſecund. nupt. Alexàn. in conſi.
lxiij.in dubitationem præmiſſa.lib.
v.& idẽ tradit Ang.in conſ.cccxcvj.
doctor inſignis.col.ij.& dixi in conſil.ccvj.
Et regula videtur procedere: niſi agat
de fraude: vt quia quis conſentiret
c in fraudem legis: vt not.Bald.[c] in
c.j.colum.ij.verſic. ſed nunquid. de
plus petit.
6 Itẽ † regula nõ habet locum in do-
loſa perſuaſione.l.j.§. perſuadere.ſ.
de ſeruo corrupto. in l.vnica. C.de
raptu virgin. & not. Dyn.in d. regu.
ſcienti. & not. Bart.in l.iij.§. ſi quis
volentem.de lib.hom.exhib.per illum text. de illo qui ſubducit puellam,& retinet illam in domo:& facit quod dicit,voluntariè ſtare.
Et per hoc videtur quòd non bene di-
7 cat Bart.in conſi.ſuprà alleg.†quòd
mulier adulterata non patiatur iniuriam. & licet Bart. in d.conſil.faciat differentiã inter mulierem raptam & illam cum qua cõmiſſum
fuit adulterium, talis differẽtia non
videtur habere bonam rationẽ diuerſitatis: quia conſenſus mulieris
non purgat vitium adulterij.
8 Similiter regula non habet locũ† ſi
iniuria inferatur in corpus;quia remitti non poteſt, cum quis non ſit

dominus membrorum ſuorum.l.liber homo.ſ.ad leg. Aquil. ita Ang. dicit in.d.l.quamuis.& Bart.in l.j.§. vſque adeò.ſ. de iniuriis. vbi dicit hoc eſſe verum quando infertur in corpus,& cutis ſcinditur: ſecus, ſecundum eum,eſſet in alapa.Sed tamen ratio illa, quòd non ſit dominus membrorum ſuorum,etiam videtur habere locum in alapa: quia corpori infertur iniuria, licet cutis non ſcindatur.

Et iſta faciunt ad queſtionē not.quam tradit Paris de Puteo,in tractatu de ſyndicatu,in pen.q.in verſic.quæro
9 de vna no.queſtione,de nobili † cui à plebeio erat imputatum delictum quod nobilis negabat, & conuenit ꝙ torqueretur prius plebeius, deinde ipſe nobilis: & poſt torturā plebei,nobilis recuſabat torqueri contra conuentionem, aſſerendo conuentionem talem nō valuiſſe: quia non erat dominus membrorū ſuorum.& Bart.cōtra gl.in l.interdum. §.qui furem.ſ.de furtis.concludit ꝙ quis non poteſt conuenire,vt alter habeat poteſtatem torquendi eum ad crimē inueniendū. & idem Bar. in l.cum ſeruus.ff.de cond.ob cauſ. & Flor.in l.liber homo.la j. in prin. ſ.ad l.Aquil.& facit quod not.Bart. in d.l.j.§.vſqueadeò.de iniur.de ruſtico qui non poteſt paciſci, ꝙ ſi reperiatur in vinea, ꝙ percuti poſſit. & Angel.Aret. in tracta. Maleſi.in verbo,contra voluntatem dicti Titij. & idem dicit Angel.in l ſi vnus. §.illud.ver.pacta.in fi.ſ.de pactis.

Hæc tamen & ſimilia non faciunt ad propoſitū quæſtionis: quia loquuntur vt quis torqueri poſſit à priuato eius aduerſario. Sed in quæſtione prędicta agitur ꝙ debeat torqueri à prætore & magiſtratu: concludit tamen Paris de Puteo, in loco præallegato, ꝙ talis conuentio non facit ꝙ prætor poſſit illum torquere ſine indiciis,& relinquit cogitandum.

Et hoc idem tenet Franc. Brumanus, in trac.Maleſi.in penul.char.in ver. inſuper quæro.vbi dicit, quòd licet Bart.in locis ſuprà allega. loquatur quando quis ſubmittit ſe ad torturam priuati: idē tamen eſt ſi ſubiiciatur iudici: quia tali caſu iudex eſſet vt priuatus: & ideo iudex non eſſet excuſatus ſi virtute talis conuentionis torqueret ſine indiciis.

Sed certe nō videtur torqueri abſque indiciis ex quo alter poſitus fuit ad torturam,& cum tormentis confir-
10 mauit quod prius dixerat. † nam etiam vnum indicium ſufficit arbitrio iudicis: vt not.Bart.in l.fin.col. iij.verſic.ſed quęro vtrum. ſuprà de quæſtionib. Et prædicta procedunt in criminalibus. In ciuilibus verò non deuenitur ad torturam in liberis hominibus.l.diuus Pius.de quæſtionib. vbi Bart. & ideo talis conuentio non valeret.

11 Vltimo dictum eſt,† ꝙ iniuria non fit volenti: verum quòd eſt ille qui conſentit,agere non poteſt.Sed per hoc non tollitur quo minus iudex pro intereſſe publico agere poſſit: vt not.Bart.in d.l.j.§. vſqueadeò.in princ. de iniur. per l. qui cœtu.§ qui vacantem.ſ.de vi public. & l. iuriſgentium. §. ſi paciſcat. ſ. de pact.& idem Bart.in l. inter omnes.§.rectè. in verſic.iuxta hoc quæro.ſ.de furt. cum ſimil.vt tradit Ang.Aret.in §.j. inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. in glo.in verbo,fraudulose.Sed iſta concluſio non videtur tranſire ſine dubio: quia ex quo ille conſentiendo videtur tollere quòd non ſit delictum, non videtur quòd reipublicæ aliquod ius acquiratur: quia aliquod delictum non videtur commiſſum.

ADDITIO.

a Scienti. Vbi videas Dyn. & remiſſ. per eius additiones.

Filior

b Filiorū.Rom.conſil.ccxix. Bertran. conſil. lxxv. inſtrumentum. conſil. cccvj. viſo conſultationis. lib. ij. & in repet.l. hac edictali. C.de ſecun. nupt. dixi ad Alex. conſil.iij.nu.12. lib. vij.& in conſuet. Pariſienſi. §. cxxviij. C. M.

c Bald. Idem Iaſ. in l. cum donationis in princ.C.de tranſact.

In l. Quod quis. Arg.

1 *Seruus manumiſſus, nouus homo dicitur.*

2 *Liberto neque nocet, neque etiam prodeſt quod fecit dū ſeruus eſſet.*

REG. CLXXXVIII.

QVod quis cū ſeruus eſſet, egerit, proficere liberto facto non poteſt.

1 SEruus manumiſſus † nouus homo reputatur.l.qui res.§.aream.
2 de ſolut. † & ideo factum ab eo in ſeruitute,illi liberto facto non prodeſt,neque nocet, quòd non proſit, dicitur hic.Et limitatur,vt in glo.& per Azo.in ſumma. C. an ſeruus ex ſuo facto.Bald.in l.j.C.eod.tit.

SEmper generalibus ſpecialia inſunt.

DE hac regula ſuprà in regula, l. in toto.ſ.eod.

In l. Cuius effectus. Arg.

1 *Argumentum de toto ad partem, eſt in iure validum.& nu.3.& 6.*

2 *Argumentum valet in tempore de toto ad partem.*

4 *Demonſtratio falſa quando vitiat actum.*

5 *Argumentū de toto ad partē non valet, quando lex differentiam fecit inter totum & partem.*

Fiſcus rem alienā non poteſt alienare totam, licet partem poſſit.

7 *Papa nō valens totum tollere, partem poterit quandoque.*

REGVLA CXC.

CVius effectus omnibus prodeſt, eius & partes ad vniuerſos pertinent.

1 VIdetur in effectu colligi † argumentū de toto ad partē, prout habetur in l. quæ de tota. ſ.de rei vendi. & in l. qui ſcit. in princ.ſ. de vſur.cum ſimil. alleg. ibi,in gloſ.& in l.an pars.& ibi Bart.ſ.pro derelicto.in l.qui ſine.vbi Bart.ſ.de cōdi.
2 ſine cauſa. † ſic etiam in tempore[a]
a de toto ad partem arguitur.l. ſi cui. in prin.in verſi.proinde, & ibi Bald. de leg. j. & facit text.in l. tres tutores. & ibi Bart. in j. notab.ſ. de adminiſt.tut.&pro regula etiā eſt tex. in c. paſtoralis.§.item cū in totum. de offic. deleg. vbi gloſ. Et iſta reg. procedit in toto integrali vniuerſali & generali: vt not.Bald.in l. conuenticulam.col.ij.C.de epiſ.& cler. & procedit etiam in exceptione: vt not.Bal.in l.ij.in fi. C.de non num.
3 ſecu.vbi per illum tex.dicit,† quòd etiam in exceptionibus habet locū argumentum de toto ad partem.

Et regula procedit in diuiduis. Secus eſt in indiuiduis: vt not. Bart.per illum tex.in l.per fundum.ſ de ſerui. ruſtic.prædio.& idem Bart. in l.qui ſine ff.de condict.ſine cauſa.vbi allegat l.in executione. §.pro parte. de verbo.oblig.& Alber.in d.l.quæ de tota.

4 Secundo † regula fallit in falſa demonſtratione,quæ ſi in totum falſa ſit,non vitiat.l. demonſtratio falſa, de condi.& demonſt. & tamen ſi in parte falſa ſit, vitiatur legatum: vt not.Alexand.poſt.Cuman.in l.ſerui
b electione.§.fin.[b] in fi.de leg.j.
5 Tertio † regula non habet locum quando lex expreſſè facit differen-

tiam inter totũ & partem, vt probatur in l. ſi dictũ. §. in ſtipulatione. ſ. de euict. vbi de euictione agitur ſi homo in totũ euincatur: ſecus ſi pro parte. Et fiſcus rẽ alienam in totum alienare non poteſt, ſecus ſi pro parte aliena ſit. l. j. C. de vendi. rer. fiſc. lib. x. quia in dictis caſibus lex expreſſe conſtituit differentiam inter totum & partem. & ita videtur procedere quod ſuprà dictum eſt de indiuiduis.

6 Quarto † regula procedit vbi eſt
c eadem ratio [c]: ſecus ſi diuerſa ratio ſit inter totum & partem: vt no. per gl. in l. qui hominem in princip. ſ. de ſolut. in clem. fin. in ver. defenſor. de reb. eccleſ. non alien. & not. Abb. in d. c. paſtoralis. §. item cum in totum. in fi. & idem Bart. dicit in l. iuriſgentiũ § adeo. in pen. oppoſit. ſ. de pact. & Alber. idem concludit in d. l. quæ de toto. & in verb. argumentũ. in dictionario: vt not. Aret. in conſil. clxiiij. diligenter. col. iij. verſic. non obſtat arg. Et ſub iſta limitatione omnes aliæ reduci poſ-
7 ſunt. & ideo † in Papa non valet [d]
d argumentum. In totum tollere non poteſt, ergo nec pro parte, in his quæ ſunt de iure diuino, quia non eſt eadem ratio: vt ex pluribus Felin. deducit in c. ſi. col. fin. de maior. & obedien.

ADDITIO.

a Tempore. Intellige in materia fauorabili, ſecus in materia ſtricta. Item etiam quando eſt eadem ratio, ita Iaſ. ibi, in d. l. ſi cui. iij. colum. in iij. notab.

b §. fin. Vbi vides Iaſ. qui tenet contra, in v. col. verſic. ego teneo.

c Ratio. Idem Iaſ. in d. l. ſerui electione. §. fi. col. v. ver. confirmo. Imol. in d. clemen. ij. in iij. col. in princip.

d Non valet. Imò eſt neceſſarium, quia non eſt poteſtas aduerſus Deum. C. M.

In l. Ex qua perſona.

Argumenta.

1 *Hæres lucrum habens à defuncto, non debet cõtrauenire ipſius facto.*

2 *Hæres, qui inuentariũ confecit, facto defuncti contrauenire poterit.*

3 *Factum eius perſonæ debet quis approbare, ex qua lucrum capit.*

4 *Clerici ſtatutis laicorum qualiter debeant vti.*

REGVLA CXCI.

EX qua perſona quis lucrũ capit, eius factum præſtare debet.

COncordat l. cùm à matre. C. de
1 rei vendi. vbi † hæres qui habet locum ex perſona defuncti, eius facto contrauenire non debet, ad idem text. in l. ſi ab eo. C. de negot. geſt. in l. vxor. C. de bon. auth. iudic. poſſi. in l. ſi tertius: §. fi. de aqua plu. arcen. Et ſecundum iſtam regul. arguit Paul. de Caſt. in conſil. xvij. in cauſa que vertitur. col. iij. Fulgoſ. conſil. lxvij. paterfamilias. col. ij. Cuma. in conſil. xxxiij. quidã Rom. in conſil. xviij. viſa facti narratione. col. fin. & dixi in conſil. clxxxiij. in fine.

Et iſta regula limitatur non procede-
2 re, † quando hæres facit inuentarium, quia tunc cõtrauenire poteſt: vt not. Bald. in l. qui ſe patris. col. x. ver. item quæritur. C. vnde liberi de quo dicto Alex. variauit in conſil. xix. ſuper eod. colum. iiij. lib. v. & in conſil. xxviij. in cauſa & lite. col. penult. lib. v. & late dixi in conſilio clxxxv. in princip. col. penult.

Et quod dictum eſt de inuentario, videtur intelligendum quando hæredi nihil remaneret de bonis defuncti: vt not. dicit Imol. in c. ex par-

te

te colum. viij. verſ. ſed aduerte. quia Iacob. de Bel. de feudis.

Et regula etiam limitatur, vt per Alex. in conſi. cvij. viſo proceſſu. lib. iiij. col. j. & ij. & in conſil. xviij. attentis narratis. in ij. dubio. lib. v. & per Bald. in conſi. ccxv. proponitur. lib. ij. & Bald. in l. ij. in fi. C. de inoffic. don. & etiam Imol. in d. c. ex parte. col. viij. in alio verſic. ſeq.

Sed aduerte, quia mirum videtur. & Franc. de Cur. in conſil. j. in fin.

3 Et ad text. hic dum dicitur, quòd † quis debet approbare factum eius perſonæ ex qua lucrum capit facit text. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poſ. vbi dicitur, quòd ſi quis vtitur adminiculo ex perſona alterius, cum ſua cauſa & ſuis vitiis vti debet. & facit tex. in l. ſecundum naturam. ſ. eod. cum ſimil. vt dixi ibi,
4 † & ideo quando clerici vtuntur ſtatutis laicorum, eo modo quo ſtatutum loquitur vti debeant: vt not. Bal. in l. omni nouatione. C. de ſacroſ. eccleſ. cum ſimil & dixi in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut. in fi. chart. col. j.

Et regula iſta procedit vbi agitur de
a lucro [a], prout loquitur, & quia non poteſt culpa imputari ex qua lucrũ quis conſequitur. l. cum in fundo. §. j. & ibi gloſ. in verſi. lucrum. de iure dot. & in l. nupta. §. j. ſ. ſol. ma. Secus ſi agatur de damno: vt not. tradit Pet. de Anchar. in conſi. ccxlv. quia quæſtio dubitabilis eſt. colum. fi. & Alex. in conſil. vj. viſo proceſſu. col. ij. verſicu. nec etiam obſtat. lib. iiij. vbi idem dicit. nõ tamen facit mentionem de conſil. Pet. de Anchar.

ADDITIO.

a Lucro. Imò in diſtinctè, & conſilium Pet. Anchar. non eſt ad propoſitum, quia non loquitur de contrauenien do facto defuncti: ſed de exceptione perſonali, quæ non nocet hæredi certanti de damno vitãdo. C. M.

REGVLA CXCII.

PArem eſſe conditionem oportet eius qui quid poſſideat vel habeat: atque eius cuius dolo malo factũ ſit quo minus poſſideret vel haberet.

COncordat cum regula, l. qui dolo. ſuprà eod.

REGVLA CXCIII.

NEmo damnum facit, niſi qui id facit quod facere ius non habet.

REſoluitur in eo quod dicitur, quod ſit lege permittente, &c. l. Gracchus. C. de adulter. vide quæ dixi in d. l. Gracchus.

In l. Hoc iure vtimur.

Argumenta.

1 *Vis alia publica, alia priuata.*

2 *Vis priuata in dubio interpretari debet.*

3 *Violentia differt ab actu violenter facto.*

REGVLA CXCIIII.

HOc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat: aut in vis publicæ, aut vis priuatæ crimen incidat.

VIde ſuprà in l. quo tutela. §. vi
1 factũ. eo. tit. Et † ſecundũ iſtam regul. vis diſtinguitur: quia alia publica, alia priuata: vt per glo. hic. & Azo. in ſumm. ad legem Iul. de vi.
2 & † in dubio tamen vbi fit mentio de vi, intelligitur de vi priuata, vt minor ſit pœna. l. ſi præſes. ſ. de pœnis. & not. Alex. in l. viro atque vxo-
3 re. ſol. matr. Et † adde differentiam eſſe inter violentiam, & actum violenter factũ: vt tradit Paul. de Caſt. in conſil. ccclxxix. viſa inquiſitione facta contra Benedictum. & not.

quòd violentia quando iuridicè infertur, non eſt licitum reſiſtere. vide Paul. de Caſtr. in conſil. cxciiij. viſo ſuprà ſcripto puncto. facit text. in l. ſeruus. C. de his qui ad eccle. cõfug. & not. in l. vt vim. ſ. de iuſt. & iure.

DEiecit qui vel iuſſit, vel mandauit, vel ratum habuit. Rati enim habitio mandato comparatur.

DE mandato ſuprà in l. quod iuſſu. Et de ratihabitione ſuprà l. ſemper qui non prohibet. ſ. eod.

IN contractibus quibus doli præſtatio vel bona fides ineſt, hæres inſolidum tenetur.

ISta regula tangit materiam indiuiduorum quæ altiorem poſtularet indaginem. idem habetur in l. ad ea. §. fi. infrà eod.

In l. Ferè quibuſcunque. Argumenta.

1 *Poſſeſſio non acquiritur ſine animo & corpore nec etiã amittitur.*

REGVLA CXCV.

FEre quibuſcunque modis obligamur, iiſdem in contrariũ actis liberamur: quum quibus modis acquirimus iiſdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla poſſeſſio acquiri, niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur niſi in qua vtrunque in contrarium actum eſt.

POnit reg. & illationem facit ad regulam: vide dicta ſuprà in l. nihil tam naturale. eod. tit. De illa-
1 tione, quòd ſicut † nulla poſſeſſio acquiritur ſine animo & corpore, ita non amittitur. ad idem text. in l. quemadmodum, de acquir. poſſ. Et iſta regula procedit quando in perdenda poſſeſſione incipio à corpore: nam tunc etiam animus requiritur: ſecus ſi ab animo inchoetur: quia animus ſolus ſufficit, l. iij. §. in amittenda. de acquir. poſſ. vbi doct. communiter ita tenent. ibi videndum, quia Mod. laborant: & Soci. ibi ponderat & inducit iſtum textum.

REGVLA CXCVI.

CVm par delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa: ſicut fit cum de dolo excipitur petitoris., neque enim datur talis replicatio petitori, aut ſi rei quoque in ea dolo actum ſit.

VIde dicta ſuprà in regula, l. in pari cauſa. eod. tit.

In §. Illi debet. Argum.

1 *Pœnam petere nequit, qui in illam incidit.*
2 *Pacem cõtrahentes, ſi poſtmodum ſimul ruperint, agere nõ poterunt.*
3 *Agere volens ad pœnam debet prius pro ſua parte implere.*
4 *Petitio pœnæ liquida debet eſſe.*

ILli debet permitti pœnam petere qui in ipſam incidit.

1 ET qui incidit † in pœnam illam petere non poteſt. facit tex. in l. cum pater. §. libertis. de le. ij. & Bar.
2 ibi in fi. infert, † ꝗ quando qui contraxerunt pacem, & contrauenerũt, & ignoratur quis primo pacẽ rupit, nullus agere poteſt. Sed ſi conſtaret alterum rupiſſe, alter qui non incidit in pœnam, agere ad pœnam potuiſſet: vt Bar. ibi per illum tex. concludit. Et ad hoc vide plene dicta per Alex. in l. ſemel mora. col. j. & ij. ſolu-

3 ſolut. matr. Et † qui velit agere ad pœnã, debet prius implere pro ſua parte, not. Angel. conſi. xliiij fratres ſeruorũ. in fin. & latè tradit Corn. in conſil. cccliiij. in cauſa vertente. lib. j. & dixi in l. cum proponas. la ij. C.
4 de pact. † Et liquida debet eſſe petitio pœnæ: vt dixi in l. factum. §. in pœnalibus. infrà eod.

REGVLA CXCVII.

FActum cuique ſuũ non aduerſario ſuo nocere debet.

VIDE ſuprà, in regula leg. non debet.

NOn videtur vim facere qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur.

VIde ſuprà, in reg. nullus videtur dolo facere. ſ. eod.

In §. In pœnalibus. Argumenta.

1 *Pœna non committitur ipſo iure, quando aliquid ſub pœna præcipitur.*
2 *Probatio in pœnis liqda eſſe debet.*
3 *Pœnales caſus ſunt ſtricti iuris.*
4 *Pœna ex conuentione appoſita pro parte, ad aliam partem non debet extendi.*
5 *Pœnalia nullo modo ſunt extendenda.*
6 *Diſpoſitio principalis extendi poteſt pœna autẽ adiecta non poteſt.*
7 *Initium facti attenditur, vt pœna euitetur.*
Venditionis nomine, quando cæteri contractus comprehendantur.
8 *Hæres hæredis quando non veniat nomine hæredis.*
9 *Pœna locũ non habet, niſi ſtatuta.*
10 *Extẽſio fit in pœnis, quatenus proprietas verborum exigit.*
11 *Pœna extenditur, dum de fraude remouenda agitur.*
12 *Pœna extenditur quandoque ratione reipublicæ.*
13 *Pœna extenditur in æquiparatis.*
14 *Pœna in fauorem eccleſiæ extenditur quandoque.*
15 *Pœna tunc extenditur, quando ratio extendi exprimitur.*
16 *Pœna extenditur de ſimilibus ad ſimilia.*

IN pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt.

EX iſta regula ſumpta eſt reg. in pœnis. eod. tit. in vj. & facit tex. in l. ſi præſes. in l. interpretatione. ſ. de pœn. diſt. j. in c. pœnæ. Et ad iſtã regulam plura dicta ſunt ſ. in reg. l. ſemper in obſcuris. Et ibi dictis ad-
1 de † quòd ſi præceptũ ſit, ꝗ aliquid fiat ſub pœna, nõ intelligitur quòd
a ipſo [a] iure pœna committatur. Sed videtur quædam cõminatio: vt no. per gloſſ. in c. ſicut tuis. de ſimon. in ver. ſub interminatione. & in c. j. in gloſ. ij. de ſagit. in c. j. in gl. pe. de eo qui fur. ord. ſuſcep. & in reg. in pœnis. eod. tit. in vj. & in c. cum eſſes. in gl. f. de teſt. & iſta eſt cõmunis opi. vt dicit Imol. in c. j. de loca. col. ij. in verſ. & aduerte. & ibi rationem adducit per iſtam regulam: quia cùm agatur de pœna, mitior interpretatio fieri debet, per iſtam regulam. & idem tradit Ioan. de Anan. in d. c. j. de ſagit. colum. pen.
2 Sic etiam † in pœnis liquida [b] debet
b eſſe probatio vt pœna cõmittatur: vt not. Bal. in c. j. col. fi. quali. domi. propr. feu. priuc. vbi alleg. text. in l. ex teſtamento. la j. de condit. & demon. & no. etiam Bal. in l. cum pro-
3 ponas. col. fin. C. de hære. inſti. † vbi inquit, quòd caſus pœnales ſunt

ſtricti iuris, & non recipiunt inter-
pretationem extenſiuam per illum
tex.in d.l.in teſtamento.
Et in pœnis.quia liquida & plena pro-
batio requiritur, nunquã iuramen-
tũ defertur in defectũ probationis:
vt not.Bart.dicit in l.j.col.ij.ver.ex
hoc patet.C.de his quę pœnę nomi.
4 Et†odio pœnæ ſi pœna ex conuen-
tione pro vna parte ſit appoſita, ad
aliam partem non extẽditur:vt not.
Bal. concludit in d.c j.col.j.verſ.&
ſume hic argumentũ.qualiter dom.
proprie.priue.feu. Et idem in teſta-
tore, quia ſubſtitutio quæ aliàs ex-
tenditur de vno caſu ad alium,non
habet locum ſi pœna apponatur: vt
not.Bar.in l.pater Seuerinã.in prin.
per illum tex.de condi.& demon.Et
ideo pœna à perſona nõ receditur,
vt not.Bart.in l.mulcta. de condi.&
demon.& Bal.in d.l.j. in iij. opp.C.
de his quæ pœnæ nomine.
5 Et pœna quia odioſa eſt,†ſi in vno
capitulo apponatur,non videtur in
c alio repetita:[c] vt not.Bar.in l.in te-
ſtamẽto. ſuprà alle.in prin. & idem
Bal. in l.cum pater.§. pater certam.
de leg.ij. & ad idem eſt gl. in clem.
ij.in verb.ſanctioni. de vita & hon.
cler.& in cle. fin.de pœnis. in gl.fin.
& hoc tamen declarandum eſt, vt
dixi in c.ij.requiris.de app.
6 Et dato†ꝙ diſpoſitio principalis ex
tendatur, pœna tamen quia odioſa
eſt extendi non debet: vt not.Ioan.
And. in c.diſpendia. in princ.de re-
ſcript. in vj.Domi.ibi col.iij.in ver.
no.incidenter. hoc dictum ſequitur
pro dicto not.do.Abb. in c.j. de lo-
cato.col.fin.Domi. in c.ſi fortè.col.
ij.in ver.not. incidenter.de elect.in
vj.& idem tenet Imol. poſt Ant. de
Butr.quem ibi refert in c.fin.col.iij.
de reſcript.de quo inferius dicam.
7 Et in pœnis†vt pœna euitetur attẽ-
ditur initium.l. quod ait.§.quod ait
lex.ff.de adult.vbi Bart.in ij. not.&
not.Domin.in c.auaritiæ.in gloſ.eo
ipſo de elect.in vj.& facit quod no.
Bar.in l.j.C.de nund. Et licet nomi-
ne vẽditionis etiam alij contractus
comprehendun tur, l. ſtatuliberi.§.
Quintus.ff.de ſtatulib. tamẽ in ma-
teria pœnali ſtrictè accipitur pro
contractu venditionis: vt no.Bar.in
l.qui duobus.§. de fal.in tit.de emp.
& ven.§.nunc vidẽdum.ver.ſed po-
ne.& no.in c.j.de exceſ.præla.in vj.
8 Et licet † appellatione hæredis ve-
niat hæres hęredis.l fi.C.de hęre.in-
ſtit.hoc nõ habet locum.vbi agitur
de pœna:vt not.Bald.in d.l.fi.q.xxj.
& not.Bar.in l.mulcta.ſuprà de con
dit.& demonſtr. & dixi in l.qui per
ſucceſſionem.ſuprà eod.tit.
9 Et pœna † non habet locũ niſi ſta-
tuta ſit.l & ſi quis.§. diuus. ff.de re-
lig.& per illũ tex. dicit Bald.in l.iij.
C.de ſac.ſan.eccle.in prin.ꝙ pœnæ
odioſæ ſunt,& non habent locũ niſi
in caſibus expreſſis in iure. & quòd
in pœnis non fiat extenſio not.Do-
min. in c.quãquam. de elec.in vj.&
in c.j.co.fi.ver. ex his no.de bigam.
in vj.in c.ſi ciuitas. in princ.de ſent.
excom.in vj.& in c.j.col.j.de temp.
ordin.Et ſecundum regulam arguit
Ang.in conſil.c. præmitto. in princ.
Cuma. in conſil. xlj. ad primum.in
tertio dubio.Fulg.in conſil. vij.iam
pluribus annis.col.penul.
Et regula iſta limitatur nõ procedere
10 quantum ad vim verborum:† quia
quatenus verborũ proprietas ſigni-
ficat,ſit extenſio etiam in pœnis: vt
not.Aret.in l.cum lege.per illũ text.
ſuprà de teſt.& idẽ no.Cal.in conſi.
j.in tit. de conſang.& affin. Secus ſi
ageretur de lata ſignificatione:quia
tunc illa in materia pœnali non at-
tenditur, vt dixi in regula l.ſemper
in obſcuris.ſuprà eod.dum ibi dictũ
fuit de pœna capitali.
Secundo etiam ibi regula iſta limita-
tur,non habere locum in pœna ex-
commu

communicationis,per.c.pe.de ſent.
excomm.de cuius intellectu dixi in
d.regula.l.ſemper in obſcuris.
11 Tertia regula fallit†quando agitur
d de remouendo [d] fraudẽ: quia tunc
etiam in pœnalibus fit extenſio, ne
diſpoſitio eluſoria redderetur. c. ſi
ciuitas.& ibi Do.in ij.notab.de ſen.
excom.in vj. & ad hoc gloſſ.not.in
gloſſ.fin.in c.nunquam.de vſuris.in
vj.ibi dum inquit, aliàs facile eſſet
hanc conſtitutionem eludere, & il-
lam glo.not.Dom.ibi,col.pen.verſ.
no.bene iſtam gloſ. ad idem glo.in
clem.j.in verbo,ſepelire.in fi.de ſe
pulturis,& facit text.in l.j.§.fi. ſuprà
de cal.& in l.ſed Iul.§. mutui datio-
nem.ſuprà ad ſenatuſcõſul.Maced.
12 Quarto fallit † vbi agitur de vtili-
tate publica: quia tunc etiã in mate
ria pœnali extenſio fieri debet, ne
delictum ſit impunitum l.ij.§.exer-
citũ.per illũ tex.ſuprà de his qui no.
infam. & idem not.Bart. in l.quem
admodum.in v.not. per illum text.
C.de agric. & cenſi. lib.xj.cum ſim.
vt dixi in conſil. lxv. & idem tradit
Rom.in conſi.cv.viſo themate,col.
fin.& Paul. de Caſtr. in conſil.xxiij.
viſo puncto col.penult.
13 Quinto fallit,†quando duo ſunt æ-
quiparata de iure antiquo:quia pœ-
na ſtatuta in vno,habebit locum in
alio: & iſta extẽſio eſt facta à lege,
vt not. Bart. in l.ſi quis ſeruo. C.de
furt.per glo. ibi.& in l.vt tantum.ff.
de ſer.corrupt.gl.in c. ſi poſtquã. in
gl.fin.de elec.in vj & in c.de multa.
de præb. & ibi Abb. & debet æqui-
paratio fieri per viã regulæ: vt not.
Matth.& in trac.extenſionis, quem
refert & ſequitur Angel. Areti.in §.
ius autem ciuile.char.antepen.col.
iij.verſi.iij.fallit.
14 Sexto fallit, † vbi agitur de fauore
eccleſiæ: quia conſtitutio pœnalis
extenditur:vt no.per gloſ.in c.ſciãt
e cuncti,& no.ibi Dom.[e] circa fin.in
verſ.no.primo ex hac gl.de elec.in
vj.& not.Abb. in c.nihil.col.antep.
de elec.in verſ.ſecũdo principaliter
poteſt reſponderi. Et eodem modo
ſi agatur de fauore fidei: vt no.Abb.
in c.ij.in fin.de diuortiis. ſimiliter ſi
agatur de fauore animarum, conſti
tutio pœnalis extenditur,vt not.Io.
Andr. in c.ex tenore. & ibi Abb. in
ver.no.ſingulariter.qui fil.ſint legit.
no.Bar.in auth.ſacramẽta pub.col.
pe.verſ.quęro vtrũ.C.ſi aduer.vend.
cum ſim.vt Feli. tradit in c.trãſlato.
de conſtit.col.fi.& adde Ro. conſil.
cclxxxv.omnia. in fi.Imol.in conſi.
cxxiij.in cauſa col.ij.Alex.in conſi.
xlij.ſuper præmiſſo.lib.j.in fin.
15 Septimo fallit †ſi ratio ſit expreſſa:
quia tunc etiam in pœnalibus extẽ-
ſio fieri poteſt: vt no.Alex.in l.cum
mulier.per illum tex.in v.not.ff.ſol.
matr.& idem not. Dom.in c.ſi ciui-
tas §.j.in prin.de ſent. excom.in vj.
16 Octauo generaliter † dici poteſt,ꝙ
etiam vbi agitur ad pœnã,fiat extẽ-
ſio de ſimilibus ad ſimilia ab iden-
f titate rationis [f],vt no.Bal.per gl.ibi
in l.ſi quis id quod. §.de iuriſd. om.
iud.& Alex ibi col.pe.& ad hoc eſt
tex.in c.j.§.porrò,in tit.quæ fuit pri
ma cauſa benef.amit.& Bal.ibi col.
iij.dicit illum tex.eſſe meliorem de
iure.ibi tamẽ tex.ex noua prouiſio-
ne vlterius procedendo in illo caſu
videtur ſtatuere, ita quòd abſq; illa
noua diſpoſitione aliud fuiſſet di-
cendum. Ad §.porrò.reſpõdetur du-
pliciter: vt per Imol.in l.ſi viro.col.
viij.ſol.mat. tamen pro iſta conclu
ſione,quòd fiat extẽſio etiam in pœ-
nalibus ſunt gloſ.tredecim quas al-
legat Ang.Aret. in §.ius autem ciui
le.in penult. char.col.ij. de iuſtit.&
iure.& ibi etiam duodecim glo.con
trarias adducit.
Et pro reſolutione recurrẽdum eſt ad
ea quæ ſcribit Io. de Imol. in l.ſi ve-
rò §.de viro.ſuprà ſol.mat.Ex cuius

dictis firmari poteſt regula negatiua, quòd vbi agitur de pœna, non debet extenſio fieri, per text. cum ſim. ſuprà alleg.

ADDITIO.

a Ipſo. Alexand. conſi. cxxiiij. in princip. lib. j.
b Liquida. Dec. rub. de proba. col. pe. conſ. ccxc. col. ij. Alex. conſil. xxxiij. col. j. lib. ij. vbi dixi. C. M.
c Repetita. Etiã in æquiparatis Ant. Butr. c. ad noſtram. col. ij. num. 8. de empt. & vend. adde Alb. parte j. ſtatut. quęſtio. lxx. in fi. Anton. Corſ. in ſingul. verſi. additio. C. M.
d Remouendo. Dixi in conſue. Pariſ. §. xiij. gloſ. iij. nu. 9. & in annotat. ad Philip Deci. conſ. cclxxvij. & in regul. cancella. de publican. reſig. q. v. num. 27. C. M.
e Domin. & in conſil. xxxvij. colum. ij. C. M.
f Rationis. Alb. par. j. ſtatut. q. ciiij. fallit vbi imponitur ipſo iure. And. Tiraq. tep. l. ſi vnquam. ver. reuertatur, num. 248. C. de reuoc. don. C. M.

In l. Inuitus. Argum.

1 *Procurator inuitus nemo conſtituendus.*
2 *Aduocatus patrocinium ſuſcipere cogitur inuitus.*
3 *Procurator fiſci an poßit ad officium cogi.*
4 *Notarius inſtrumenta conficere cogi poteſt.*
5 *Caupo & tabernarius hoſpites recipere coguntur inuiti.*
6 *Doctor ad conſilium præſtandum cogi poteſt.*
7 *Meretrix in lupanari an poßit ad coitum cogi.*
8 *Officium neceſſariũ quod dicatur.*

REGVLA CXCIX.

INuitus, nemo cogitur defendere.

1 ET inuitus † procurator non conſtituitur. l. inuitus. C. de procura. & in l. filiusfam. §. inuitus. ſuprà de procu. Et idem in executore, qui inuitus nõ cogitur officiũ executoris ſuſcipere, not. Bald. in l. at ſi quis. in verſ. credo tamen. de relig. ſuprà & no. Card. in cle. j. in iiij. q. de teſtam.
2 † Secus eſt in aduocato qui cogitur patrocinium ſuſcipere, vt no. Bal. & Salic. poſt Goffr. in l. inuitus. per tex. in l. prouidendum. C. de poſtul. not. per gl. in l. j. §. ait prætor. ff. de poſtu. in verbo, habebunt. & ibi Ang. not. illã glo. Et idẽ eſt in procuratoribus qui ſoliti ſunt exercere ſe in pala-
a tiis, qui largo [a] modo dicũtur aduocati. & ita dicũt Fulg. Pau. de Caſt. & Alex. in d. l. inuitus. facit tex. in l. j. §. aduocatos. ff. de var. & extraor. cog.
3 Et idẽ eſt † in procuratore fiſci ſeu reipublicæ ſecundum Salic. in d. l. inuitus. arg. l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. & in l. ſi quis magiſtratus. ſuprà de munc. & hon. Et ideo ſyndicus vniuerſitatis cogitur officium ſuſcipere: vt not. Bal. in d. l. filiusfamiliàs. §. inuitus. in princ.
Et idem dicit Ang. in d. §. ait prętor.
4 † in notario qui compellitur inſtrumenta conficere: vt not. Bart. in l. j. ff. furti aduerſ. naut. & Bald. in rub. C. de fide inſtr. col. ij. verſi. ſed dubitatur. Idem Hoſt. in ſumma. de fide inſtru. in §. ex quibus. ver. & hi qui. vbi dicit ꝙ ſi recuſat ſuſcipere rogatus, eſt periurus, & poteſt priuari officio: & hoc dictũ refert & ſequitᷣ Card. in clc. j. verſic. dudum. in xiij.
5 not. de iureiur. † Et idem dicit Ang. in d. §. ait pretor. in caupone, hoſpite, & tabernario: quia etiam inuitus cogitur hoſpites recipere. & idem no. Bart. in d. l. j. ff. furti aduerſ. naut. & in

& in l. j. §. j. ſupra nautæ, caup. in l. j. §. cura carnis. de offic. præfe. vrb. Sic
6 etiam † doctor cogitur conſulere: vt not. per gl. in l. ij. in verb. conſenſum. C. de proxi. ſacr. ſcrin. lib. xij. & ibi Bart. & glo. ibi alleg. l. ſancimus. la j. C. de aduoc. diuer. iud. & Salic. ibidem dicit. & idem Bart. in l. proximè. in princ. ff. de his quæ in teſta. delen. & Anto. de But. in c. ſi pro debilitate. col. iiij. de off. deleg.
7 Et idem videtur † in meretrice quę ſit in lupanari: & in artifice, qui tenet ſignum artis, per rationem quæ allegatur in hoſpite, per Bart. in d. l. j. furti aduer. nau. & Bal. in d. l. filiuſ. familiàs. §. inuitus. concludit in gl.
8 j. ibi, † quòd omne officium vtilitate & autoritate publicũ, vel vtroque modo publicũ, dicitur officiũ neceſſarium, & recuſari non poteſt. & ad hoc not. gl. ibi: facit text. in l. munerum. §. iudicandi. ff. de mun. & hon.

ADDITIO.

a Largo. dixi ad Alexand. conſi. ij. lib. vj. C. M.

In §. Cui damus. Argu.

1 *Exceptio an ſemper competat ei, cui & actio.*
2 *Actio & exceptio ſimul competunt, quando ad eundem finem tendunt. & nu. 3. & 4.*

CVi damus actionẽ, eidem exceptionem competere multò magis quis dixerit.

HÆc regula etiam habetur in c. qui ad agendum. eo. tit. in vj. & probatur in l. j. §. his autẽ. ſupra de ſuperficiebus. & in l. creditori. in fi. & gl. ibi per illum text. C. de pact. & ſecundum reg. arguit Bal. in conſil. cclxxxv. ſuper eodem. col. ij. lib. iiij.
1 Et iſta regula procedit † vbi ratio diuerſitatis non datur: ſecus eſt vbi ſit ratio diuerſitatis, propter quam actio datur & exceptio denegatur: vt not. Abb. poſt Anto. de But. in c. debitores. per illum text, de iureiurand. vbi exemplum habetur.
2 Secundo principaliter † regula limitatur procedere, & declaratur quando actio & exceptio tendunt ad eundem finem: quia tũc ſi actio datur, à fortiori exceptio videtur competere: quia in exceptione eſt reus cuius cauſa fauorabilior eſt. l. fauorabiliores. ff. eod. & in l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & quia in exceptione agitur de retentione quæ facilius conceditur. l. per retentionem. C. de vſur. l. ij. vbi Bald. in iij.
3 not. C. de fideic. † Secus eſt ſi exceptio & actio tendunt ad diuerſa: quia tũc exceptio vno reſpectu denegatur: & tamẽ actio alio reſpectu cõcedi poteſt: vt not. Inn. & Hoſt. in c. inter dilectos. de exceſ. præla. & Abb. ibi in fi. & Pet. de Anc. & Io. de Ana. in c. accedens. col. j. de accuſ. Et hoc modo omnia reſoluuntur quæ in cõtrarium allegari poſſunt.
4 † nam in iudiciis poſſeſſoriis recuperandæ poſſeſſionis ille, qui ſpoliauit, non poteſt exceptionem opponere ad impediendum reſtitutionem poſſeſſionis: quia ſpoliatus an-
a te omnia reſtitui debet. [a] c. In literis. de reſt. ſpol l. ſi quis à ſe fundum. C. vnde vi. Sed facta reſtitutione datur ibi actio reſpectu proprietatis. & ſic actio & exceptio diuerſa recipiunt: & ita etiam videtur procedere text. in l. ſi quis conditionis. C. locati. & hoc modo etiam videtur procedere text. in d. c. debitores. & adde text. in d. c. indemnitatibus. §. verum. & ibi glo. in verbo, facultas. de elect. in vj vbi glo. dicit eſſe ſpeciale in monialibus. & regula iſta non habet locum. Sed poteſt reſponderi: quòd ille text. procedit ſecundum not. in c. accedens. de accuſa. & in c. conſtitutus. de appellatio.

Addi

ADDITIO.

a Debet. Vide ad iſtam reg. Soci. in
tracta. fallen. in regu. ccclxxix. vbi
ponit xij. limitationes. & Hippo. de
Marſil. qui ponit alias ij. in ſing. xj.
& in ſing. cxcix. doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. poſ. vbi Bal. poſuit xij limitationes, quas refert ibi Alex. in viij. col. cum ſeq. & Spe. in ti. de pe. & poſ. §. fi. vbi ponit xxij. fallen. Lanfran. de Oriano in repe. rubri. de cauſ. poſ. & proprie. in viij. col. in fin. vbi ponit xj. fal. & Corſe. in tract. fallen. ad reg. ſpoliatus ante omnia, &c. vbi ponit 50. fallen. qui trac. eſt in ij. vol. trac. diuerſorum doctorum. H. C.

CVm quis in alicuius locũ ſucceſſerit, nõ eſt æquum ei nocere hoc quod aduerſus eum non nocuit, in cuius locum ſucceſſerit.

DE iſta regula dictum fuit ſuprà in reg. l. quod ipſis qui contraxerunt. ſ. eod.

PLerũque emptoris eadem cauſa debet eſſe circa petendum ac defendendum, quæ fuit autoris.

DE iſta regula gloſ. hic remittit ad ſupradicta, in regul. nemo plus iuris. ſ. eod.

In §. Quod cuique. Arg.

1 *Beneficium non confertur in inuitum.*

2 *Exigere qui nequit, nec à ſponte offerente capere poterit.*

3 *Exactum licite non poteſt remitti.*

4 *Notarij plus iuſto accipientes, merito puniendi.*

5 *Statutum prohibens accipere, non permittit accipi ab eo qui offert ſponte.*

QVod cuique præſtatur, inuito non tribuitur.

1 QVia beneficium † inuito non
datur. in regula, l. inuito. ſ. eo.
Et notandum dictum Bart. hic, qui per gl. infert, quòd ſi notarius priorum non poteſt ſalarium accipere de aliqua ſcriptura, quòd etiam à ſponte ſoluentibus accipere non licet. & ad hoc facit text. in capitu. exigit. de
2 cenſi. in vj. † vbi ſicut non poteſt
a quis exigere, pariter à ſponte [a] ſol-
uente recipere non licet. & gl. ibi in
verbo, volente. ad idem facit tex. in
cap. ſtatutum. §. acceſſorem. in verſ.
3 ſi quis autem. de reſcript. in vj. † vbi
quod licitè exactum fuit, remitti nõ poteſt. ad idem tex. in clemen. nolentes. de hære. & ad idem eſt gloſ. in l. vnica. C. publicæ letitiæ, vel Conſul. lib. xij. in verſi. accipientem quæ etiam dicit, quòd pari pœna punitur ille qui accipit à ſpõte dantibus, & ille qui exigit: & illam no. ibi Io. de Pla. & idem not. Bald per illum tex. in authẽ. ſed hodie. C. de
epiſcop. & cleri. vbi colligit argu-
4 mentum, quòd † notarij puniuntur
ſi vltra debitum aliquid accipiant
à ſponte ſoluentibus.
Et iſta concluſio videtur procedere vbi agitur de intereſſe publico, & in cauſis à iure expreſſis. aliâs ſecus videtur. quia quædam honeſtè accipiuntur, quæ inhoneſtè petuntur: vt dicit text. in l. j. §. proinde. de variis & extraord. cog. & glo. in l. ij. circa fi. in verb. ſed præſtari, ſupra de origin. iur. per illum tex. ibi, hoc non peti, ſed pręſtari ſolere. & idem glo. in d. cap. exigit. de cenſi. in vj. in d. verbo, voluntate. quæ dicit hoc regulariter procedere. & alleg. ſupra in contrarium habere locum in quibuſdam caſibus. & ad idem tex. cum glo. xviij. diſt. in c. de eulogiis. in gl. fi. & in c. dilectus. el. ij. in fin. de ſimoniacis.

Item

Item dictum Bart. hic videtur proce-
5 dere, prout ipſe loquitur, † quando
ſtatutum prohibet ſalarium accipere: iſta verba generalia ſunt, & comprehendunt etiam ſponte ſoluentem. Secus videtur ſi quis eſſet prohibitus petere: quia non prohiberetur accipere ab eo qui ſponte ſolueret, dicto cap. dilectus. cum ſimil. ſupra alleg.

ADDITIO.

a Sponte. Fran. Rip. c. cùm M. Ferra. col. ij. de conſtit. in tracta. de Peſte. fol. 66. & 139. C. M.

REGVLA CC.

a AD ea quę nõ habent atrocitatem [a] facinoris vel ſceleris, in iis ignoſcitur ſeruis, ſiue dominis ſiue iis qui vice dominorũ ſunt, velut tutoribus & curatoribus obtemperauerint.

VIde dicta ſuprà in l. velle non creditur. ſ. eod.

ADDITIO.

a Atrocitatem. aliàs. non ignoſcitur. Iaſ. conſi. cxxxvj. lib. j. C. M.

SEmper qui dolo fecit quo minus haberet, pro eo eſt habendus ac ſi haberet.

VIDE dict. ſ. eod. in l. qui dolo.

IN contractibus ſucceſſores ex dolo eorum quibus ſucceſſerunt non tantũ in id quod ad eos peruenit, verùm etiam inſolidum tenentur: hoc eſt vt vnuſquiſque pro ea parte qua hæres eſt, conueniatur.

VIde dicta ſuprà eo. in l. hoc iure. §. finali.

In l. Quoties nihil. Argumenta.

1 *Præiudiciale minus in dubio eligi debet.*

2 *Appellatio non præſumitur deſerta in dubio.*

3 *Appellatio admittenda videtur in dubio.*

REGVLA CCI.

QVoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt quod minimum habeat iniquitatis.

VIde dicta ſuprà in regula, l. in
obſcuris. & adde regulã quam
tradit Paul. de Caſtr. in l. j. ff. ſi quis
1 cau. per illum tex. † quòd in dubio
eligi debet quod ſit minus præiudi-
2 ciale. vnde infert, † quòd in dubio
pronuntiandum ſit appellationem
non eſſe deſertam: & pari ratione
3 † in dubio eſt pronuntiandum ap-
a pellationem admittendam. [a] & no.
per gl. in cap. vt debitus, de appella. cum ſimil. vt dixi ibi.
Et ad reg. hic faciunt iura quæ dicunt de duobus malis minus eſſe eligendum. l. ſi procurator rei. & ibi glo. ſupra de except. doli. cum ſim. alle. in glo. hic. & in c. j. xiij. diſt. in prin. & in c. ij. in fin. eadem diſtin. & glo. ibi in verſic. minimus. alleg. iſtum text. & ad idem text. in cap. non ſolum. xxxiij. quæſtio. iiij. & glo. ibi ſimiliter allegat iſtum textum.

ADDITIO.

a Admittendam. Deci. cap. de priore. de appella. conſil. ccclvj. Alexand. conſil. cxxxix. nu. 7. lib. vij. C. M.

REGVLA CCII.

OMnia quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum euentus capiunt ſi initium ſine vitio ceperint.

VIde dicta ſuprà in regula l. quod ab initio. ſ. eo.

In l.

In l. Omnis definitio.

Argumenta.

1 *Definitio rei definitæ ſubſtantialia debet ponere.*
2 *Definitio bona cenſetur, quæ cum ſuo definito conuertitur.*
3 *Cauſa non bene definitur per effectum.*

REGVLA CCIII.

OMnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt : pa-
a rum [a] eſt enim vt non ſubuerti
poſſit.

GLoſſ. intelligitur omnis definitio, pro reg. ſed capiendo definitioné vt verba ſonant, dicendum
eſt, vt not. Bartol. in l. j. col. j. ſupra
1 de teſta. † quòd definitio debet ponere ſubſtantialia rei definitæ, &
per hoc debet continere genus ſub
quo res eſt definita.
Item debet continere differentias, vt
apparеat quòd res definita differt
ab illis ſpeciebus contentis ſub illo
genere, vt patet in d. l. j. de teſta. &
in aliis diffinitionibus. & idem Bal.
in l. cum quis. col. ij. C. de iuris &
fact. igno. & in rub. C. qui admit.
colum. ij.
2 † Et illa eſt bona definitio quæ con
uertitur cum definito. l. ij. §. dolum.
vbi Bar. ff. de dolo. ad idem eſt text.
in l. mortis cauſa capitur. in princi.
ff. de dona. cauſa mort. in l. Quintus. la ij. in §. cum aurum. ſupra de
auro & argent. legat.
3 † Et non eſt bona definitio ſi cauſa
definitur per effectum: vt no. Bar. in
l. j. in princ. col. vij. ſupra de appel.
quod dictum declaratur vt dixi in
rubr. de probationibus. col. v.
Et propter hoc dicitur hic, quòd definitio eſt periculoſa in iure : quia
difficile eſt explicare quiditatem
& eſſentiam rei definitæ, ſecũdum
quod Philoſophi veram definitionem perſcrutantur, conſiderando
quiditatem & eſſentiã rei definitæ.
Sed ſecundum Legiſtas videtur quòd
definitio non ſit ita periculoſa:
quia dato quòd quiditas & eſſentia
rei non exprimatur, ſatis eſt definitionem conſtare ex genere &
differentiis, ideo quandoque res
definitur conſiderando rem prout
eſt in fieri. l. libertas. §. ſeruitus. de
ſtatu homi. & in l. v. §. ſtipulatio. de
verb. oblig. & dixi in dicta rubr. de
probatio. col. iiij.

ADDITIO.

a Parum. Budæus noſter legendum
cenſuit rarum, & ſequitur Gregor.
Halo. Sed Ioan. Ferra. Monta. hic
communem literam rectè tuetur: vt
ſit ſenſus, non quòd vix vlla regula, vlla definitio conſtitui aut ſtare poſſit in iure: ſed quòd niſi circunſpectiſſimus, parum ſit, hoc eſt,
non multum deſit, quin ſubuerti
queat. C. M.

In l. Quod quis.

Argumenta.

1 *Procurator pœnam recuperare non debet, quando ob ſuum paſſus eſt delictum.*
2 *Victus quando ad expenſas victori non teneatur.*
3 *Fideiuſſor quas culpa ſua ſoluit vſuras à principali non repetet.*

REGVLA CCIIII.

QVodquis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire.

Eadem regula habetur in regula,
damnum. eo. tit. in vj.
Et vltra gl. hic facit text. in l. qui proprio. §. item. ſupra de procurat. vbi
1 dicitur, quòd † procurator pœnam
quam ex ſuo delicto paſſus eſt, recuperare non debet. ad idem tex. in
l. ſi communis familia. ſupra de noxa. in l. inter cohæredes. §. quòd ex
facto. ſupra fam. erc. cum ſim. vt per
Dy. in d. reg. damnum.
Et per iura prædicta infert Alber. hic:
2 † quòd victus non tenetur victori
ad expenſas in quibus condemnatus fuit propter eius contumaciam,
quia culpa ſua habuit illud damnũ:
& idem dicit Spec. in tit. de expen.
§. nunc de expenſis. verſi. cæterum.
& idem Bar. in l. ſi pignore. ſupra de
pign. act. Abb. in c. finem litibus. de
dolo & contu. col. vj. verſic. inſuper
quæro. & not. Imol. per illum tex. in
l. damni infecti quidam. §. cum parietem. in prin. ff. de damno infecto.
3 Eodem modo infert Albe. hic, † q;
fideiuſſor nõ poterit repetere à principali vſuras quas ſoluit culpa ſua,
eo caſu quo illas ſoluere non cogebatur: in quo latè diſputãdo inſiſtit:
de quo videndum eſt quod Alexan.
ſcribit conſi. ccxix. quoniã in q. li. ij.

REGVLA CCV.

MInus eſt actionem habere, quàm rem.

IƐta regula declarata fuit ſuprà in
regula l. quæ actionem. vbi videndum eſt.

In l. Plerunque.

Argumenta.

1 *Status de præſenti quare debeat attendi.*
Legatum ſub conditione, an poſſit alienari.
2 *Venditio de præſenti pura dicitur, licet ſub conditione poſſit reſolui.*
3 *Sententia quando conditionalis dicatur.*
4 *Confeſſio debitoris quando dicatur certa de præſenti.*

REGVLA CCVI.

PLerunque fit, vt etiã ea quæ
à nobis poſſunt abire, perinde in eo ſtatu ſint, atq; ſi non
eſſent eius conditionis vt abire poſſint: & ideo quod fiſco
obligamus, & vẽdicare interdum, & alienare, & ſeruitutem
prædio imponere poſſumus.

1 NOto quòd † ſtatus de præſenti
conſideratur: nec attenditur,
quòd ſtatus qui eſt de præſenti reſolui poſſit: vnde res legata ſub con
ditione, cum interim ſit hæres, alienari poteſt. l. fin. §. ſed quia. C. communia de leg. & no. per gl. hic.
Et adde text. in l. ij. ſupra de in diẽ ad-
2 dict. † vbi venditio de præſenti eſt
pura, licet ſub conditione reſolui
poſſit. ad idem text. in l. hæc venditio. §. ſi. de contrahen. empt. vbi ven
ditio fuit facta pro centum, & quan
ti plurimi poſtea repertum fuerit,
interim dicitur certa venditio quæ
certum habet pretium, licet illud
alterari in futurum poſſit.
Et ad hoc facit not. quæſtio quam tradit Bar. in l. Iulianus. in fi. de condi.
indeb. vbi concludit, quòd facta reformatione quòd omnes repræſaliæ debeant reuideri, & quæ fuerint
reprobatæ non valeãt, interim exe
a cutio fieri poteſt, [a] licet in futurum
poſſent reuocari: & idem in ſimili
caſu not. Bar. in l. iudex poſtquam. ff.
3 de re iudic. in fi. † de iudice qui cõdẽnauit reũ in certa quantitate, addita clauſula, plus & minus ſecun-
dum

du:n formam ſtatuto um:aam talis ſententia non eſt conditionalis, ſed reſoluenda ſub conditione. d. l. ij. de in diem addict.& ſic de præſenti eſt certa:& idem Bald.in r b.C. de
4 poſit.in vj.q. † vbi inquit, ſi mercator ſcribit ſe debitorem in x.ex cauſa depoſiti, & plus & minus prout in libro rationum continetur, iſta confeſſio dicitur certa de præſenti, per l.publia.§ fin.ff.de poſi.& quod ibi Bart.

Quæ omnia dicta confirmantur per iſtam regulam quę ſecundum gl.intelligitur, quòd diſpoſitio conſiderato præſenti ſtatu fieri poſſit cum ſua cauſa, & cum illa cõditione reſolutiua.l. ſi debitor.C.de diſtr.pig. & ad hoc facit, quia reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.l. lex vectigalis.ſupra de pignor.not. Bald.in c.j.in conſi.ix.de alien.feu. Imol. in conſil. viij.in caſu præmiſſo.col.penu.Alex.conſ.xxxviij.conſideratis his. col.ij. lib.ij. in conſil. clxxij.viſo themate.col.iij.eod.lib. ij.in conſi.xj.ponderatis his.col.xj. lib.iij.Bal.conſ.ccclxxxj.Maſſiolus lib j.Soci.conſil.lxxxv.viſo compromiſſo.colum.penul.

ADDITIO.

a Poteſt. Imò vt dixi ſupra eod. l.is damnum.§.quod pendet. C. M.

In l.Iure naturæ.Arg.

1 *Lucrum quærens ex aliena iactura in dolo eſſe præſumitur.*
Pupillus obligatur in eo quo locupletior factus eſt.
2 *Eccleſia etiam obligatur ſi locupletior efficiatur.*
3 *Statutum tollens exceptionem locum non habet, ſi quis lucretur cũ iactura alterius.*
4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quando opponi poſſit de iure can.*
5 *Debitor etiam poſt biennium probare poteſt pecuniã ſe non recepiſſe.*
6 *Iure ſuo priuari poteſt quis ob publicam vtilitatem.*

REGVLA CCVII.

IVre naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.

HÆc regula habetur in l. nã hoc natura.de condit.indeb.& in reg.locupletari.eo.tit.in vj. Et licet text.hic copulatiuè loquatur:tex.in dicta regula locupletari. loquitur alternatiuè:& ſic ſufficit,quod alterum verificetur. l. cum pupillus. de condi.& demonſtr.c. inter cæteras. de reſcript.

Et pro regu.facit tex. in l.ſi quis mancipiis.§.fin.ff.de inſtitut.vbi dicitur,
1 quod † dolo malo facere dicitur, qui ex aliena iactura lucrũ quærit.

Et iſta ratione etiam pupillus obligatur in eo in quo factus ſit locupletior.l.j.§ j.in fi.ff.de auth.tut.& in §. ſin autem.inſtit.quib.alie.licet. & in l.fi.C.de vſucap pro empt.
2 Et pari ratione † etiã obligatur eccleſia ſi facta ſit locupletior: vt not. per gloſ.& ibi Bart.in auth.qui res. in verbo,cum.C.de ſacroſanc.eccl. Bald.in l.iubemus.§. ſanè.in prin.C. de ſacroſan.eccleſ. in l.ſi prædium. C.de præd. minor. Abb. in c. ſi quis presby.in fi.de reb. eccle.non alien. Alex.conſil.iiij viſo proceſſu.col.j. in fin.lib.iij.Andr.Sicul.in conſil.xl. col.x.lib.j.
3 Et hac ratione † ſi ſtatutum tollit exceptionem, non habet locum ſi contingat alium lucrari cum iactura alterius: quia tali caſu officium iudicis poteſt implorari:vt not.Bar. in l.planè.in fin.ff. de petit.hæredit. Abb.

Abb.in c.ex parte.el ij. de offic. de. leg.cũ ſimil. vt dixi ibi poſt Moder.

Et hac ratione iudex ne quis lucretur cum iactura alterius, mouetur etiã ad priuatam vtilitatẽ: vt not. Abb. poſt alios in c.ad noſtram.col.ij.de iureiuran.

Et eadem ratione concludit Dyn.in d.
4 regul. locupletari.in fin. † quòd de
a æquitate canonica [a] exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi
b etiam poſt biennium [b],& not.Bal. in l.ſi ex cautione.in ix.q.in l.in cõtractibus.in princ.C.de non numer. pecun.

Sed tamen idem videtur de iure ciuili:quia militat ratio regulæ, ne creditor lucretur cũ iactura debitoris.
5 Et † hoc ſi ipſe debitor probet ſe pecuniam non recepiſſe: quia poteſt probare etiam poſt bienniũ:vt not. per glo.in l.in contractibus.in prin. in verſic.nullo modo.C.de non numer.pecu.cum ſimil. vt tradit Alex. conſil.clviij in cauſa & lite.col.penult.lib.ij.de quo videndũ eſt,quod ſcribit Felin. in c. ſi cautio. de fide inſtrumen.in 4.charta.

Et regula limitatur non procedere ex cauſa,prout in vſucapione,ſeu pręſcriptione glo.dicit & in d.l.nã hoc natura. & in dicta reg. locupletari.
6 Et † in caſibus in quibus quis priuatur iure ſuo propter vtilitatẽ publicam: vt in l. item ſi verberatum. §. item ſi ager.ff.de rei vendic. & in l. Lucius.ff.de euict. in l.venditor.§.ſi conſtat.§.cõmunia pręd. cum ſimil. vt not. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit.& in l.ij.C.ſi contra ius.

Et idẽ eſt in eo qui in alieno ædificat: vt in §.& ex diuerſo.inſtit.de rer.diuiſ.& in l.ſi is contra quẽ.C. de ædific.priuat.nam imputatur illi qui in alieno ſolo ſcienter ædificauit; vt per Dyn.in d.regul. locupletari. Et quando quis dicatur locupletior,dixi ſuprà in regula,l.factum.§.in pœnalibus cauſis.ſuprà eod.

ADDITIO.

a Canonica. Hæc eſt magis communis opin.de qua vide ſatis latè additio. Dyn.in reg. locupletari.hic alleg. ſuper verb.biennium. ſed vltra ea quæ ipſe alleg. vide Iaſ.in l. cum quis.C. de iur. & fact. igno.col.viij. in princ. verſic. ſed hic moneo, vbi tenet contra Dyn. & communem. Hier. Cuch.
b Biennium. Probando ſemper opponi poteſt: alioquin non ſeruatur in hoc regno. C. M.

In l.Res iudicata.
Argumenta.

1 *Res iudicata propriè tunc dicitur quando appellari non poteſt, quæ tũc pro veritate habetur. & nu.2.*
3 *Reſcriptum principis nil poteſt contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.*
4 *Rei iudicatæ renuntiari poteſt.*

REG. CCVIII.

RES iudicata, pro veritate accipitur.

QVia regula loquitur de re iud.
1 Notandum eſt, † quod res iu-
a dicata dicitur [a] propriè, quãdo appellari non poteſt: vt not.per gloſſ. in c.non ſolum.in verbo,innouata. de appel.in vj.& Domi.ibi,in princ. d.c.non ſolum.in fi.not.illam gloſſ. ad ſtatuta quæ de iudicato loquuntur.& not. Bart.in rubr. C.de re iud. Abb.in rub. de re iud.facit tex.in c. dilecti. in fin.de elect. in c,quod ad conſultationem. de re iudi.in l.eleganter. §.ſi quid poſt.ff.de condict. indebiti.

Et in not. caſu Rom. tradit in conſil. cccxxxiiij. circa primum. col. ij. & Alexan. in conſil. xciiij in cauſa & lite. in princ. lib.ij. vbi propter hoc concludit, quod licet dicatur non

obſtante priori ſententia, non per
hoc videtur eſſe derogatũ rei iudi.
b Et talis res iudicata pro veritate b
2 habetur, vt hic. Et † ideo ſententia
lata contra rem iudicatam non va-
let. l. j. C. quando prouocare non eſt
3 neceſ. & † reſcriptum principis non
valet contra ſententiam quæ tranſ-
iuit in rem iudic. l. fin. C. ſent. reſcin.
non poſſe. l. cauſas vel lites. C. de
tranſact. & bonus tex. in c. expoſita.
de arbitris.

Et hoc intelligitur, niſi præciſè conſta
ret de mente principis quòd voluiſ-
ſet derogare rei iudicatæ: quia po-
teſt, cum illud ſit ius quæſitum de
iure ciuili: vt not. Bald. in l. fin. col. ij.
in verſic. ſed immediatè opponitur.
C. ſent. reſcin. non poſſe. Angel. in l.
Lucius. ff. de euict. Paul. de Caſt. in l.
cum hæredes. de acquir. poſſeſ. cum
ſimil. vt tradunt Moder. in c. quæ in
eccleſiarum. de conſtitut. & dixi ibi
col. xj. & hoc modo regula limita-
4 tur. Secundo † regula fallit ſi renun
tiatum ſit rei iudicatæ: quia illi re-
nuntiari poteſt, & valet renuntia-
tio. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de
pact. Et non ſolum expreſſè, ſed etiã
tacitè renuntiare poteſt: quia ſi quis
fuit admiſſus ad probandum de ini
quitate ſententiæ, & ita probatum
fuit parte non opponente iudex de-
bet primam ſententiam quæ tranſi-
uerat in rem iudicatam reuocare,
vt not. voluit Innoc. in c. cum dile-
ctam. de reſcript. in c. cum Bertol-
dus. de re iudic. & ſequitur Alex. in
l. iudex poſtquam. col. ij. verſi. ſex: o
fallit. de re iud. & idem Alex. conſil.
lxxvij. in cauſa & lite. col. fin. lib. ij.
& in conſi. ccxij. viſo, in prin. lib. ij.
& not. Anton. de Butr. in c. quoniam
contra. col. fin. & Abb. ibi, de pro-
bat. & idem Ant. in conſil. xxvij. vi-
ſis. col. iij. Abb. in conſil. lxxxix. in
quæſtione. lib. j. Rom. conſ. clxxxiiij.
ampliſſime doctor. in fin. Aret. con-
ſil. lxxiij. diligẽter. col. ij. & hoc de-
claratur, vt dixi in d. c. quoniam cõ-
tra. charta 5. verſic. quartus caſus.

ADDITIO.

a Dicitur. Adde Iaſ. in l. j. ſuprà de re
iudicata.
b Veritate. L. ingenuum. de ſtatu ho-
minum. Amplia etiam cum inique
decernit. l. pen. de iuſti. & iure. l. ſer-
uo inuito. §. cum prætor. ad Trebel.
l. ſed ſi contra. in prin. de lib. agnoſ.
etiam in his quæ ſunt iuris natura-
lis, quia naturæ comparatur. l. j. in
fin. cum l. ſequ. de liber. agnoſ. en. l.
quotieſcunque. de decur. lib. x. C. vbi
text. comparat hæc duo naturam &
originem, vel iudicium inter partes
latum. & ait gloſ. in l. ſi non ſortem.
§. hæred. de condi. indeb. quod iudi
ces faciunt de non iure ius, & ente
non ens. Limita per not. Bar. & Ale-
xand. in l. Iulianus, verum debito-
rem. de condict. indeb. & in l. iiij. §.
condemnatum. col. j. de re iud. & ibi
Iaſ. col. j. & in l. ij. § j. col. v. ſoluto
matrimonio. C. M.

REGVLA CCIX.

NOn poteſt videri deſiiſſe habere qui nunquam habuit.

DE iſta regula dictum fuit in regula, l. non videtur rem amittere, ſuprà eodem.

In l. Seruitutem. Arg.

1 *Seruitus morti aſsimilatur.*
2 *Seruus pœnæ manumitti nõ poteſt.*
3 *Seruus pœnæ eſt penitus incapax,*
nec reſtitutus habilitatur. nu. 4.
5 *Seruus pœnæ propter delictum nul*
lus efficitur hodie.

REGVLA CCX.

SEruitutem mortalitati ferè comparamus.

1 ET ſeruitus † morti aſſimilatur,
vt dicit tex. in l. intercidit. in fin.
de cond. & demon. & in l. cùm hic
ſtatus. § ſi donator, ibi, licet ſeruitus
morti comparetur. & iſta regula vi
detur generaliter procedere, ſiue
quis efficiatur ſeruus pœnæ, prout
loquitur text. in d. l. intercidit. ſiue
efficiatur ſeruus alicuius priuati. d.
l. cùm hic ſtatus. §. ſi donator. ad idẽ
tex. in l. res vxoris. C. de donatio. in-
ter vir. & in l. ex facto. §. ſi quis ro-
gatus. verſ. ſed ſi ſeruus pœnæ. ff. ad
Treb. & in l. j. § filius qui mortis. ſu-
prà ad Tertul. facit text. in l. qui vl-
timo. ſuprà de pœnis. Aliàs tamen
2 eſt differentia †, quia ſeruus pœnæ
manumitti non poteſt, vt not. Ioan.
And. in c. ita quorundam. de Iudæ.
& ibi Abb. in fin. per text. in l. ij. C.
quib. ad liber. proclam. non licet. &
hoc dictũ pro ſingulari tradit Rom.
in ſingul. cccccclxxvj. nullus qui ex
ſuo delicto.
3 Et † ſeruus pœnæ eſt omnino inca-
pax. l. ſi in metallum. ff. de his quæ
pro non ſcript. l. ſi quis mihi bona.
§. ſi quis planè. de acquir. hære. non
ſic in ſeruo priuati: quia domino
acquiritur. l. ſi paterfamiliàs. ff. de
hære. inſti. & not. Bar. in l. ſi cogna-
tis, de reb. dub. in prin. & ibi propter
4 hoc dicit, † quòd ſeruus pœnæ non
habilitatur, dato quòd reſtituatur. l.
intercidit. in fi. de condi. & demon.
Secus in ſeruo priuati. l. ex facto. §.
ſi. de vulg. & pup. & Imol. ibi ſequi-
tur, col. ij. quod tamen limitatur &
declaratur: vt per Bart. in l. j. §. ſi fi-
lius qui mortis. ff. ad Tertul.

Et quæ dicta ſunt de ſeruo pœnæ pro-
cedunt ſecundum iura antiqua: ho-
5 die † verò propter delictum nullus
ſeruus pœnæ efficitur. auth. ſed ho-
die. C. de dona. inter virum.

Et hoc intelligitur in illis qui viui re-
manent poſt condemnationem, pu
ta in deportatis. Secus eſt in damna
tis ad mortem vt no. Bar. in d. auth.
ſed hodie. & in d. l. qui vltimo. de
pœnis. in d. l. ſi eius. §. ſi cui. de teſta.
& in l. ſi quis mihi bona. §. ſi ſeruus.
de acquir. hæred. & idem Ang. in l.
ſi quis filio. §. irritum. ff. de iniuſto
rupto.

In l. Quæ ab initio.

Argumenta.

1 *Inſtitutio inutilis quando recon-*
ualeſcere poſsit.

REGVLA CCXI.

QVæ ab initio inutilis fuit inſtitutio tẽporis tractu conualeſcere non poteſt.

DE iſta regula dictum fuit gene-
raliter in regula, l. quod ab ini-
tio ſuprà eo. & quantum ad inſtitu
tionẽ de qua ſpecialiter tex. hic lo-
1 quitur, regula procedit, † quãdo eſt
defectus in ſubſtãtialibus. Secus eſt
ſi defectus ſit in accidentalibus, qui
extrinſecus cõtingunt: quia tunc cõ
firmatur inſtitutio quæ à principio
fuit nulla. l. qui ſoluẽdo. la j. vbi Bar.
hoc dicit. ff. de hæred. inſti ad idem
facit tex. in l. pignori. ff. eod. tit.

In l. Seruus Reipub.

Argumenta.

1 *Seruus quando poſsit abeſſe cauſa*
reipublicæ.
2 *Inhabiles etiam admittũtur, quan*
do de vtilitate publica tractatur.
3 *Inhabiles quo caſu ad feudum ſint*
admittendi.
4 *Accuſare poteſt homicidium etiã*
aliàs inhabilis, ſtatuto hoc permit-
tente.
5 *Conuentio inter priuatos facta nõ*
attenditur, ſi de vtilitate publica
agatur.

6 *Promittens aliquē non offendere, poteſt eū bānitum licitè offendere.*

REGVLA CCXII.

SEruus, reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

ISta regula videtur procedere pro-
1 ut loquitur, † quando abeſſet titu-
lo honorabili: aliâs videtur quòd
ſeruus cùm poſſit eſſe procurator ad
negotia.l. ſeruum quoque.§.j.ſuprà
de procur. quòd etiam pro republi-
ca procurator conſtitui poſſit: quia
officiū procuratoris viliſſimum eſt.
§.fi.inſtit.de excep.

Et hoc ſaltē videtur procedere, quan-
do non eſſet alius æquè idoneus.
arg.l.generaliter.§.ſpurios.ff.de de-
cur.& facit text. in c.inter quatuor.
de relig. domib. cum ſi. vt dixi in c.
ij. de iudic. col.v.in verſ.& retenta
communi opin.

Imo quod fortius eſt, videtur quòd
etiam abſolutè ſeruus abeſſe poſſit
2 cauſa reipub. † quia vbi agitur de
vtilitate publica, etiam inhabiles
admittūtur.l.ſi quis in graui.§.vtrū.
in verſ. hi quoque. ff. ad Sillan. vbi
Bar.dicit, quòd lex, vel ſtatutū quod
reſpicit vtilitatem publicam, non
reſpicit reſtrictionem de habilitate
perſonæ.

3 Et ideo ſi proclamatum ſit, † quòd
quicunq; ceperit talem bannitum,
habeat caſtrum in feudum, etiam
inhabiles ad feudum tali caſu ad-
a mittuntur: vt Alex.[a] concludit poſt
Guliel.de Cug. in l.filiusfam.§.ſi cer.
4 pet. Et ſi ſtatutum dicat † quòd qui-
libet admittatur ad accuſandum de
homic.etiam aliàs inhabiles admit
tuntur, vt not.Bald.in rub.C qui ac-
cuſ.col.pen.quæro ſi ſtatutum.ergo
pariter eſſet dicendum, quòd ſeruus
propter vtilitatem publicam cauſa
reipub. abeſſe poſſit: niſi dicamus
hoc non procedere in officio hono-
rabili legationis, vel quia ita ſpecia-
liter hic expreſſum eſt. Vel dicamus,
vt dixi in d.l.filiusfamil. quòd in-
habiles non admittuntur. & patet,
quia multi ſunt inhabiles ad accu-
ſandū, l.ſenatuſconſulto.l.non pro-
hibentur.C.qui accuſ.non poſ.in l.j.
in l.qui accuſare ſuprà.de accuſ.

Et non obſtat tex.in d.l.ſi quis in gra-
ui. §. vtrum. quia non probat illud
quod Bart.& Doc. dicunt: quia lo-
quitur in eo ſeruo qui alienatus erat
cum illa conditione, ne manumit-
teretur ab emptore, & ſic ab homi-
b ne,[b] meritò non habet locum in
manumiſſione quæ procedit ex diſ-
poſitione legis ſecundum ſenatuſ-
conſul. Sillaniā. quia verba prohibi
tionis, ne manumittatur ab empto-
re, non conueniunt manumiſſioni,
quæ inducitur à lege propter vtili-
5 tatem publicam: † quia conuentio
facta inter priuatos, non attenditur
vbi tractatur de vtilitate publica, vt
not.Bart.in l.qui ſeruum.de ver.obl.
6 † de illo qui promiſit aliquem non
offendere: nam ſi ille bānitus ſit, of-
fendendo illum bannitum, non di-
citur contrà facere, vt latius dixi in
d.l.ſi filiusfa. Et per illum §.vtrum.
nō bene infertur ad quæſtionem de
feudo: quia inhabiles ad feudum e-
rant prohibiti à lege, & per illa ver-
ba generalia non videntur habili-
tati: quia ſtatutum ſatis operatur in
habilibus, ergo debet reſtringi ad
habiles.l.vt gradatim.§.& ſi lege.de
mun. & ho. Secus ſi aliàs ſtatutum
nihil operaretur, & ita videtur pro-
cedere quod no.Bal.in d.rubr.infrà
qui accu, & latius dixi in dicta lege,
ſi filiusfamilias, vbi videndum eſt.

ADDITIO.

a Alexand.Conſil.xxxv.num.5.lib.vj.
Alberic.part.j.ſtatuto.quæſt.clxxxj.
Bal.in tract.ſtat.ver.capere.verſ.ca-
ſtrum. Iaſ.l.j.col.iij.C.de ſacroſanc.
eccleſ.l.j §. nunciatio. de oper. no-
uan. Alciat.de verb.ſig.lib.j.char.8.
Sed non puto indiſtinctè verū.C.M.
b Homine. Pariter Curt.Iunior conſi.
j.num.3.dicit, quòd verba generalia
non reſtringuntur ad habilitatem,
quando ſunt geminata prolata ab
homine, ſed non eſt ſimpliciter ve-
rum. C. M.

HAbetis, feruentiſſimi ſcholares, annotationes quaſdam ſuper hoc titul.ff.de regu.iur.quas inſtantiſſimis precibus veſtris deuictus, coactus fui præcipitato ſtudio abſoluere. Et in his non potui diligentiam maximam adhibere propter onus lectionis quod aſſiduè mihi incumbit. Licet enim multa dicta ſunt, plura omiſſa fuerunt. Polliceor tamen vobis, in maiori otio, ſi Deo placuerit, operi imperfecto addere ſupplementum: ita quòd illud quod nunc in rudi maſſa editū eſt, expolitum magis reddetur. Scio etiam quòd hæc induſtria mea à pleriſque non cōmēdabitur: ex eo quod dici ſolet, laborioſum eſſe opus potius, quàm ſubtile: mihi autem ſatis erit ſcholaſticis meis aliqua ex parte ſatisfeciſſe. Quibus à me vti de me benemeritis, nihil, qualiſcunque meæ facultatis ſit, denegari poteſt. Philippus Decius Piſis. Ad laudem Dei omnipotentis, Amen.

FINIS.

LVGDVNI,
EXCVDEBAT
Petrus Rufinus.